



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Thomæ Comptoni Carleton, Cantabrigiensis,  
Societatis Jesu, In Collegio Anglicano Leodiensi Sacrae  
Theologiae Professoris, Cursus Philosophicus Universus**

**Carleton, Thomas Compton**

**Antverpiæ, M.DC.XCVII.**

Ex Logica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95656)



# DISPUTATIONES IN VNIVERSAM ARISTOTELIS LOGICAM. PROOEMIUM.

Quidam  
dum Logi-  
cam breuem  
facere vo-  
lunt, man-  
cam faciunt.



Mediocritas  
omni in re  
seruanda.

**D**ivplex auctorum genus video, qui, ut varia sunt hominum studia, in, non diversas tantum, sed oppositas abiere sententias. Alij namque cum de natura Logicae, dignitate, ac Nomine sermo instituendus foret, nihil potius, quam nimium, dicere eligunt, ac festinationis studiosiores quam decori, debita eam laude, cultu, & ornatu spoliunt, dumque Logicam brevem facere volunt, mancam faciunt. Alij nullum his de rebus dicendi finem faciunt, & in antiquitate Logicae, origine, & Inventoribus enarrandis, non dies tantum & hebdomadas, sed ipsos etiam totos menses, si non inutili, minus certe necessario labore collocant. Illi in Logicae commendatione nimis mihi Logici, vel etiam Laconici videntur, & dum verborum superfluitatem fugiunt, in taceriturnitatem, dum Scyllam, in Charybdim incidunt. Hi quasi solem cum Iosue sistere valerent, dum velitationes suas literarias, ac praelia conficiunt; totas hic disputationes, & tractatus, sedula magis quam sapienti industria contexunt. Illorum ego ut vituperandum silentium, ita horum nimiam non laudandam diligentiam censeo; quippe qui in minutioribus hisce otio & opera abutentes, res postea majores, vel non omnino, vel non pro dignitate tradere coguntur. Isthaec proinde ita percurram, ut non siluisse potius, quam de iis dixisse, & ut instituti memor, ita temporis non immemor fuisse videar.

## DISPUTATIO PRIMA.

*De Natura & proprietatibus Logicae.*

Quatuor in  
rei cuiusque  
investigatio-  
ne quaerenda.



Uatuor in cuiusque rei tractatione investiganda docet Philosophus. 2. Post. c. 1. An sit, Quid sit, Quale sit, & Propter quid sit. An sit Existentiam, Quid sit, Naturam, Quale sit. Proprietates, Propter quid sit, Finem indicat. Ex his quatuor veluti quatuor elementis, perfecta uniuscuiusque rei notitia constituitur.

### SECTIO PRIMA.

*De Origine Dialecticae & fine.*

I. Nihil simul  
inventum  
& perfectum.

**N**ihil simul inventum, & perfectum. Quod ut aliis in rebus, ita in scientiis verissimum esse quotidianam constat experientiam. Cum ergo Logica Adamo primum infusa, & ab eo posteris tradita, labentibus paulatim saeculis intercederet: quas vicissitudines varietatesque subierit nobilissima haec scientia, ut coeperit, ut adoleverit, ut senuerit, ut orta denuo, ut decursu temporis aucta, ac locupletata fuerit: quibus demum incrementis ad hunc perfectionis apicem pervenerit, paucis recensebo.

II.

Quoad primum itaque, quod inquirendum praescribit Aristoteles: dari Dialecticam certum omni-

no, & exploratum est, quod proinde quisquis negaverit, is eadem opera viros quosque gravissimos, qui illam vel autoritate sua firmarunt, vel illustrarunt commentariis, inscitiae, ne dicam amentiae condemnaverit. Imo vero non solum est, sed ita ad caeterarum scientiarum acquisitionem utilis est, ac prope necessaria, ut sine ea nulla omnino scientia plenè obtineri ac perfectè possit, ut postea latius dicetur.

Est porro Dialectica veritatis indagatrix, hoc enim ei elogium in artium liberalium enumeratione assignatur.

Gram: loquitur, Dia: vera docet, Rhe: verba colorat,

Mus: canit, Ar: numerat, Geo: ponderat, Ar: colit astra.

Unde sicut sol inter planetas, ita Dialectica inter septem haec sidera emicat, iisque splendore suo, dignitate, ac praestantia, multis gradibus antecellit.

Est scientiarum clavis, utpote cuius ope abditissima quaeque, maximeque recondita, in suis singulae materiis recludunt, ac referant. Est filum, cuius ductu intricatissimos mens humana labyrinthos, in naturis rerum indagandis percurrit, ac peruestigat. Est demum rectitudinis regula, ad quam scientiae reliquae suos explorare actus debent, ne à praescri-

Nemo dubit  
tare potest an  
datur Dialectica.

III.  
Dialectica  
veritatis in-  
dagatrix.

IV.  
Scientiarum  
clavis.

pro



pto artis, rectitudineque debita aberrant.

V.  
Cum ipso  
nascente  
mundo nata  
est Dialectica.  
S. Thomas.

Quoad originem verò, cum ipso nascente mundo nata est Dialectica, nempe in primum Parentem cum cæteris scientiis in prima rerum constitutione à Deo infusa. Ita D. Tho. 1. p. q. 94. a. 3. pulcherrimè more suo hac de re diccurrens: Cum enim, ait ille, res in principio productæ sint, non solum ut in seipsis essent, sed etiam ut essent principia aliorum, perfectæ esse debebant: sicut ergo primus homo creatus est in statu perfectò quoad corpus, ita constitui debet in statu perfectò quoad animam, ac proinde optimis quibusq; artibus & disciplinis imbui, præsertim cum caput cæterorum constitutus sit, quos instruere, & gubernare debuit: idcirco, ita constitutus est à Deo, ut haberet omnium scientiam, unde illa omnia perfectè à principio novit, ad quorum cognitionem homines pertingere lumine natura possunt, sicq; inter cæteras scientias etiam Logicam accepit, ejusdè tamen rationis cum nostra, sicut oculi quos dedit Christus cæco nato, quoad substantiam erant ejusdem rationis, cum oculis quos natura producit, & sola diveritas est, quoad modum producendi. Ita S. Doctor.

VI.  
Ab Adamo  
derivata est  
ad posterum.

Ab Adamo verò in Posterum est derivata, & à Noë post diluvium, ut ait Iulianus Martyr, Armenis primum tradita & Chaldaeis, à quibus ad Aegyptios, ab Aegyptiis ad Græcos, à Græcis longo demùm intervallo ad nos pervenit. Cum verò, ut sit, diuturnitate temporis cum cæteris etiam rebus senescens quasi Logica multum vigoris pristini, & antiqui splendoris amisisset, non defuerunt viri quidam è Græcia sagacissimi, qui in ea, cum cæteris scientiis restituenda utem reipub. literariæ navarint operam. Unde Definitionem Socrates, Plato Divisionem, Aristoteles Argumentationem denuo invenit, quorum in primis ingenio, labore, & industria effectum est, ut scientiarum omnium inventrices Athenæ nuncuparentur. Inter hos tamen, ita hac in parte enituit opera Aristotelis, ita ab ejus vel ingenij vel eloquentiæ flumine locupletata est hæc nostra Dialectica, ut illi quasi uni eam denuò acceptam referamus. Quem proinde ita venerata semper est antiquitas, ut ad eum tanquam ad oraculum, responsa omnes petitori accurrerent: unde Suidas Aristotelem Naturæ à secretis fuisse dicebat, cui secreti ipsa dicitur naturæ, & secretissima quæq; cum eo communicaret confisa. Unde factum nec immerito censet Toletus, ut Ecclesia præ cæteris Philosphis unum Aristotelem in Academiis Adolefcen- tibus prælegendum elegerit.

Aristoteles  
naturæ à se-  
cretis dice-  
batur.

VII.  
artes omnes  
experientia  
sunt inventæ.

Modus Dialecticæ invenendi communis est cum cæteris artibus, quæ ut testatur Aristot. 1. Metaph. c. 1. *Experientia rerum omnium Magistra sunt inventæ*: supra nostros quippè actus reflectendo, & errores notando, eos corrigimus, & regulas quasdam, ad quas tanquam ad normam operationes nostras exigentes, sine errore deinceps procedamus, nobis præcribimus.

VIII.  
De quibus  
actibus sint,  
aut non sint  
artes, & re-  
gulæ.

Quod si quis Aristotelem objiciat 6. Eth. c. 4. asserentem de actibus naturalibus, nec artem esse, nec regulas. Respondeo, de iis solum naturæ actibus loqui Philosphum, qui eodem semper tenore, eadè serie procedunt, quales sunt operationes sensuum, visio, auditus, & reliquæ. At verò in intellectum, ubi tanta actuum varietas reperitur, ut error, ita directorio, artificiosusque procedendi modus cadere potest, certæque eidem regulæ præscribi.

IX.  
Ars longa  
vita brevis,  
experimen-  
tum fallax.

Instabile fortasse aliquis, experientia fallax est ac dubia, nihil proinde certi in ea fundari potest, nam ut rectè Hypocrates Aphor. 1. l. 1. *Ars longa, vita brevis, occasio præceps, experimentum fallax, iudicium difficile*. Respondeo, experientiam ut firma sit, & ad regulas præscribendas apta, debere esse diuturnam, & vario rum hominum, vel simul, vel sibi succeden-

R. P. Th. Comptani Philosophia.

tium observatione probatam, quæ ubi contigerit, tantam cerè gignet certitudinem, quanta in hac vita haberi potest.

Finis porrò Logicæ est trium intellectus operationum directio, ut potè in quibus errores varij ac defectus contingere possunt, & solent. De quo brevior hic sum, quòd toto Logicæ decursu nihil admodum aliud tractandum mihi præfixum habeam.

X.  
Finis Logicæ  
est directio  
intellectus.

## SECTIO II.

### De nomine, & divisionibus Logicæ.

Artes reales aliæ, aliæ sermocinales, illæ de rebus, hæ de sermone differunt; inter quas Artes reales merito Logica primas obtinet. Quod ut melius intelligatur.

Advertendum, sermonem, qui græcè λόγος dicitur, esse duplicem, internum, quo nobis loquimur, externum quo aliis. Internus, aliud nihil est, quam ipsi intellectus nostri actus; his quippè nobiscum discurremus, his nobis loquendo discimus, dum unam veritatem post aliam & per aliam indagamus. Externus hominibus à natura concessus est, ut cum animal, ut ajunt, lociabile sit, animi sui sentia & conceptus aliis communicare possit. Ad hunc dirigendum spectat Grammatica, quæ emendatè, & Rhetorica, quæ ornatè dicendi præcepta tradit, ad quam postremam revocatur Poësis, quippè quæ loquens pictura dicitur, ut pictura tacens Poësis. Priorem dirigit Dialectica, quæ definiendi artem ac dividendi, & argumentandi methodum aperit. Cum ergo sermo internus, externum multis gradibus antecedit, nullus neget Dialecticam quæ ad eum dirigendum ordinatur primam inter sermocinales nuncupandam: est enim Logica vis quædam, vel facultas rectè sermone interno rationis utendi.

Dividitur Logica in naturalem, & artificialem, licet enim præceptis ut plurimum & regulis com- paretur, nō tamen sterilis adeo est natura, quin sicut aliarum scientiarum, ita Logicæ quoddam in se scintillas habeat, & semina, per quæ nullo artis adjuncto subsidio nonnunquam se in Dialecticæ actibus exercent. Quod tamen ut melius percipiatur.

Notandum, vel de habituali Logica sermonem esse posse, vel de actuali. Actualis naturalis nihil aliud est, quam actus illi quibus nulla artis ope, nullis regulis adjunctus, in quavis scientia discurre, cum nullus actus ejusqueq; scientiæ sit, cui non aliquid Logicum insit, vel enim componendo, rerumque naturas per definitionem manifestando, vel dividendo, vel demum unum ex altero per argumentationem deducendo procedit. Actualis artificialis actus est priori similis, non tamen solis naturæ viribus, sed artis præsidio ac regulis habitus.

De habituali major est difficultas, dici tamen potest Logica habitualis naturalis, vel habitus per naturales illos actus acquisitus, & in intellectu per eosdè relictus, qui ad similes postea actus inclinatur, & intellectum facilitate quadam ac promptitudine ad eos eliciendos instruit, vel generalia quadam & evidētissima principia de materia Logicæ, quæ sine Magistro, sine præceptis, sine labore, vel discursu acquiruntur, ut quæ sunt eadem uni terro, sunt eadè inter se. Dici de omni, dici de nullo &c. quorū notitia cum primo statim aspectu intellectui manifesta appareat, & illi videatur ingenta, meritò naturalis vocatur. Artificialis Logica sunt regulæ quadam, ac præcepta non à natura indita, sed vel labore proprio, & industria, vel Magistri directione acquisita. Cum enim intellectus solus difficulter actus suos sine errore eliceret, adinventæ est facultas quædam,



cujus ope, ac praesidio rectius in suis operationibus, ac securius procedat.

VI.

Dices, hinc sequi videtur, nostram Logicam non esse scientificam, utpote quae per praeccepta ab aliis tradita habeatur, haec ergo praeccepta non habent majorem certitudinem, quam eorum auctoritas cui innituntur: fides enim cum dicentis, vel docentis auctoritate nitatur, tantam solum habebit certitudinem, quantum ille veritatem, nec illa fides est scientifica; quisquis ergo per praeccepta ab aliis accepta procedat, nunquam procedit scientificè, alienis quippe videt oculis, non suis: Respondetur, illos qui praeccepta Logicae tradunt, simul cum praecceptis rationem eorum pariter & fundamenta adscribere, quae dum examinamus, praeccepta, discimus scientificè, & non solum ob auctoritatem docentis. Quod si quis sola fide in praecceptis traditis procederet, is Logicam non calleret scientificè, sed hanc artem solum exerceret sicut mechanici exercent suas, quarum opera exercent, rationes reddere non possunt.

VII.

Idem actus esse  
simul potest  
artificialis,  
& naturalis.

Illud hic notandum eisdem numero actus secundam diversam rationem naturales simul & artificiales esse posse. Ex.g. qui per praeccepta Logicae didicerit debere definitionem constare genere & differentia, & ad discendum requiri duas praemissas cum conclusionem, poterit artificiosè conficere hunc syllogismum, *omnis definitio constare debet genere & differentia, sed animal rationale est definitio; ergo constare debet genere & differentia*. Hi actus in quantum sunt discursus, & definitio, artificiales sunt, quia fiunt ex regulis artis Logicae; ut supponimus:

in quantum verò judicia, sunt naturales, nam suppono efficientem hoc actus nulla adhuc sibi praeccepta de iudicio tradita habuisse, seu artem necendi praedicatum cum subiecto, sed mera vi naturali intellectus secundum rationem iudicii, propositiones illas elicere.

Naturalis etiam Logica eadem numero, quae inerat Adamo potuisset esse artificialis, nam eandem numero poterit illi Deus per accidens infundere, quam vidit fore ut praecceptis postea, & industria acquisivisset. Quod verò hic aliqui disputant, usum intellectus vocandum sit Logica naturalis, quaestio est de nomine, quam pluribus discurrere nec tempus est, nec animus: Generalia enim illa principia, quae Logicam naturalem appellamus, aliud nihil sunt quam vis ipsa intellectiva, seu lumen illi naturaliter ingenitum.

Nec propterea obijcias cum Soto qu. 2. protem, posse pari ratione dici dari physicam naturalem, cum intellectus non minorem vim naturalem habeat ad discurrendum in rebus physicis seu naturalibus, quam Logicis: Negatur enim sequela; Nam Logica peculiari modo dicitur à S. Augustino & aliis *scientia veritatis, & scientia intellectualis*, quod ad intellectum juvandum specialiter ordinetur. Plura etiam praeccepta generalia desumuntur ex Logica ad veritatem indagandam; quin etiam suos actus pro objecto habet. Quod si quis urgeat aliquo etiam modo dari posse physicam naturalem, concederem potius quam longam hac super re cum eo contentionem instituerem.

VIII.

Naturalis  
Logica in  
Adamo po-  
tuisse esse  
artificialis.

IX.

Logica  
scientia ver-  
itatis.

## DISPUTATIO II.

### De Objecto Logicae.

Expediissi-  
ma scientias  
indagandi  
via per ob-  
jecta.

**N**ulla melior scientias indagandi, & suis eas limitibus definiendi via, quam per objecta. Haec enim scientie de caelo, de terra ille, nonnulla de rebus spiritualibus, de corporeis aliae discunt, sicque universum hoc inter se (quaque partem ejus sibi vendicante) partiuntur, ac dividunt. Ut ergo clarius in objecto Logicae discurrendo procedatur, quaque illi pars in hac rerum partitione obtingat intelligamus, nonnulla de objecto in communi praemittenda.

#### SECTIO PRIMA.

##### De Objecto in communi.

I.  
Objectum  
quod obex  
actum.

**O**bjectum ab obijciendo dicitur, quasi *obex actum*, quod eo tanquam objecto quodam obice sistantur & determinantur actus ne vage & in incertum ferantur. Quod licet aliqui cum P. Molina l.p. q. 25. a. 3 extendant ad actum cuiusque potentiae, sicque terminum omnipotentiae Divinae objectum appellent, si tamen vim vocis spectemus, & propriè loqui velimus, est terminus tantum potentiae vitalis, sive internae, sive externae, ut visus, appetitus, intellectus, voluntatis &c.

II.  
Objectum  
adequatum,  
& inadequatum.

Dividitur primum objectum in *adequatum & par- tiale*. Partiale illud est, quod ab aliqua solum parte alicujus scientiae consideratur; adequatum verò sunt omnia quae in quavis scientia tractantur, & vocari solet aggregationis, quia est aggregatio ex omnibus quae mihi tractantur, & in Logica vocari potest *Ens Logicum*, in Physica, *Physicum*, & sic de ceteris.

Dividitur 2. in objectum Attributionis & Attributionis; Obj. actum vel subiectum Attributionis est illud de quo in aliqua parte scientiae agitur, & ad quod cetera omnia quae in illa scientia tractantur, referuntur tanquam ad finem ultimum, & cujus cognitio praecipue intenditur, licet de ipsis in recto non praedicetur: sic Deus est subiectum vel objectum Attributionis in Theologia, ut docet D. Tho. l.p. q. 1. a. 7. corp. quia ut ait idem S. Doctor, *omnia quae in Theologia tractantur, tractantur in ordine ad Deum*, licet de iis in recto praedicari non possit, non enim dicimus lumen gloriae est Deus, Angelus est Deus, fides est Deus &c.

III.

Objectum  
attributionis  
& attributi-  
onis.

Objectum attributum illud est, quod ita in scientia aliqua tractatur, ut non propter se, sed in ordine ad aliud tractetur; unde sicut quia proprietates & passionem reipsa attribuuntur essentiae, attributa vocantur in essendo, ita quia haec in ordine ad aliud cognoscuntur, attributa dicuntur in cognoscendo.

IV.

Objecta at-  
tributionis in  
essendo &  
cognoscendo.

Hic fuse disputant aliqui quo pacto objectum & subiectum inter se differant. Sed rem verbo expedirent, qui dixerit, subiectum esse illud de quo aliquid enunciamus, ut cum dico *homo est albus*, *homo* est subiectum, quia de eo aliquid affirmamus, nempe habere albedinem; objectum verò non est solum *homo*, sed tota illa propositio, quia tota menti obijciuntur: objectum autem, ut diximus, ab obijciendo nomen sortitur; unde distinguitur objectum à subiecto, tanquam includens ab incluso, vel totum à parte, sicut in composito physico, homo distinguitur à materia, quia non illam solum continet, sed insuper formam, animam scilicet rationalem, & unionem.

V.

Quomodo  
differant ob-  
jectum &  
subiectum.

Objectum à  
subiecto dis-  
tinguitur sicut in-  
cludens ab  
incluso.



unionem. Libentius tamen vocaverim subiectum attributionis quam obiectum, tum quia ita locutum video S. Thomam, tum quia vel ipsa voce convincitur, debere de eo quod est subiectum attributionis alicujus scientiæ in aliqua illius parte, tanquam de partiali subiecto illius partis agi.

VI.  
Obiectum materiale, & formale.

Hæc obiecta bene explicant particula, ideo & quia.

VII.  
quod respectu unius est materiale obiectum, respectu alterius esse formale.

Primum in intentione est ultimum in executione.

VIII.

Quid sit obiectum materiale negativè.

Obiectum materiale, quod & quo.

IX.

Obiectum materiale primum, & secundarium.

Materiale proximum, & remotum.

Celeberrima autem obiecti divisio est in *materiale & formale*. *Formale* illud est, quod primò & per se attingitur, & propter illud cætera, ut in communi exemplo agri: prius primò & per se vult sanitatem, & propter sanitatem vult incidi vineam, vult medicinam sumere &c. obiectum *formale* hic est sanitas, reliqua sunt *materialia*, quia propter sanitatem, non propter se appetuntur. Item in intellectu conclusioni assentimur propter præmissas prius cognititas, ex quibus deducitur conclusio; obiectum ergo *formale* sunt præmissæ, conclusio, *materiale*, quæ optimè particulis *ideo & quia* explicantur, ita ut *ideo* applicetur materiali obiecto, *quia*, *formali*, sicut cum dicimus, *ideo* volo sumere medicinam, quia volo sanitatem: *ideo* assentior conclusioni, quia assensum præbui præmissis, non è contra.

Id tamen adverterim, posse idem obiectum, quod respectu unius est *materiale*, respectu alterius esse *formale*, ut in agricultura, plantatio arboris est *materiale* obiectum respectu fructus, quem inde expectat agricola; at respectu fossilionis terre est *formale*, immediata enim causa cur terram fodit, est quia vult plantare surculum, licet omnia tandem fiant ob finem ultimum, qui obiectum *formale* simpliciter vel primum vocatur, reliqua verò *formalia* secundum quid & *secundaria*. Item *admirativum*, vel *bi* causa, in homine est *formale* respectu risibilis, quia per illud probatur, hæc enim est bona consequentia, *homo ideo est risibilis, quia est admirativum*, licet *admirativum* respectu discursivi sit *materiale*: unde in his essentia est obiectum *formale* primum, quia per aliud non probatur à priori, *primum enim in intentione, vel cognitione, est ultimum in executione, vel resolutione*, ultima enim ratio, si resolvantur hæc propositiones vel cognitiones, invenietur in plantatione arboris, fructus; essentia in demonstrationibus passionum.

Quæres, cum quis amat Deum propter se, vel cognoscit præmissas non eliciendo conclusionem, utrum tunc Deus & præmissæ sint obiecta *formalia*, videntur enim non esse, cum alia propter ipsa nec amantur, nec cognoscantur. Respondeo, dici posse obiecta *formalia* negativè, scilicet non propter alia amata vel cognita, illa autem sunt obiecta *formalia* positivè, quæ ipsa amantur seu cognoscuntur, & alia propter ipsa. Tandem pro modo loquendi hæc notandum *materiale* nostrum obiectum, ab aliquibus vocari *formale quod*, & nostrum *formale* ab eisdem *formale quo*, re tamen ipsa à nobis non differunt.

*Materiale* etiam aliis modis accipi potest, & dividitur primò in *materiale primum*, seu per se, ut potè ejus consideratio per se intenditur à scientia, ut domus ædificata ab architecto, & Cæli respectu Astrologie. Aliud *secundarium* & per accidens, quod ratione alterius attingitur, ut ejus cognitioni describitur, sic forma, seu figura domus delineata ab Architecto, & sphaera lignea ab Astronomo confecta, sunt obiecta tantum *secundaria*. Item *materiale* obiectum aliud *proximum*, aliud *remotum*, proximum est quod secundum suam rationem verè ab actu attingitur, ut medium à voluntate, color à visu: remotum, quod alij *materialissimum* appellant, est id quod verè non percipitur, sed ideo solum percipi dicitur, quòd aliquod ejus accidens percipiatur: sic homo & equus dicuntur videri, cum tantum eorum color cernatur vel figura.

*Formale* item, seu ratio *formalis* duplex est, *qua* & *sub qua*. Ratio *formalis qua* illa est quæ verè percipitur ab aliquo actu, ut color respectu visus, quæ ratio *formalis sub qua*, in ordine tamen ad rationem *formalem* propriam *sub qua* dicitur *materialis*. Ratio igitur *formalis sub qua*, est *aptitudo ex parte obiecti, ut hoc vel illo modo attingatur a potentia*, & vocari solet *formalissima*, estque ultima ratio per quam obiectum ut obiectum est, dicitur pertinere ad aliquam scientiam vel potentiam: sic color ut visibilis, ad potentiam visivam spectat, ut intelligibilis ad intellectivam, ut amabilis ad voluntatem: sic in scientiis homo ut corpus naturale constans ex materia & forma ad Physicam spectat, ut sanabilis ad Medicinam, ut ens ad Metaphysicam, ut habens animam ad Animalicam.

Non incongruè igitur data sunt hæc nomina obiecti *materialis & formalis*; ut enim in composito physico, materia ex se est indifferens & indeterminata ad hoc vel illud compositum constituendum, determinatur verò per formam (*forma enim determinat, & dat speciem in naturalibus, ut artificialis forma vel figura in arte factis*) sic *materiale* obiectum per se est indifferens ad hanc vel illam potentiam & scientiam, ut vidimus, determinatur verò per *formale*.

Hæc ratione olim obiectum *materiale*, & *formale* obiter explicui; sed quia hunc obiectum *formale* declarandi modum, per *terminabiles* scilicet *intrinsicas*, recentioribus quibusdam (licet nonnulli probent) non usque adeo placere video, ac contra illud multa, eaque digna quibus respondeatur obicerunt, ut iis satisfacere statuiam sect. seq.

## SECTIO II.

Declaratur ulterius idem modus explicandi obiectum *formale* per *scibilitates intrinsicæ*.

VI. Tergo obiectum *formale*, per *terminabiles intrinsicæ* ex parte obiecti (quem adhuc modum verissimum centeo) explicetur.

Notandum cognoscibilitatem, seu perceptibilitatem obiecti duplicem esse, *extrinsecam*, & *intrinsecam*; extrinseca illa est quæ rebus per denominationem extrinsecam à cognitione possibili illis advenit: sicut enim rem aliquam (solem e.g.) esse cognitam, seu actu terminare cognitionem est denominatio extrinseca proveniens à cognitione actuali; ita posse cognosci, & huiusmodi actum terminare est extrinseca similiter denominatio procedens à cognitione possibili. Hæc autem cognoscibilitas cum non se teneat ex parte obiecti seu rerum, sed ex parte potentie vel actus possibili, non potest esse obiectum *formale*, movens intellectum ad cognitionem rerum.

Præter hanc ergo alia est cognoscibilitas, vel perceptibilitas tenens se ex parte rerum, ab iisdem indistincta, quæ rem quamlibet aptam reddit ad variarum actus potentiarum terminet. Sic color, e.g. per suam intrinsecam entitatem aptus est visum terminare, intellectum, imaginationem, voluntatem & appetitum. De hac ergo cognoscibilitate præsens procedit questio.

Sit ergo conclusio. Obiectum *materiale*, seu ratio *formalis qua* (ut ajunt) est res ipsa quæ percipitur, *lux, color, sonus*: obiectum verò *formale*, seu ratio *formalis sub qua*, est prædicatum illud proxime explicatum, *visibilis* scilicet in luce & colore respectu oculi, *intelligibilis* respectu intellectus &c. quæ

X.  
Obiectum, seu ratio formalis, qua & sub qua.

Obiectum formale formalissimum.

XI.  
Congruè data nomina obiecti materialis, & formalis.

XII.

I.

II.

Cognoscibilitas obiecti duplex, extrinseca & intrinseca. Explicatio cognoscibilitatis extrinsecæ.

III.  
Declaratur cognoscibilitas intrinseca.

IV.

Lux est obiectum materiale, visibilis forma male respectu oculi.



verè in re quavis reperiuntur, etsi à reliquis prædicatis realiter indistincta, unde pereunte *visibilitate* (quantumvis fingamus reliqua in luce remanere omnia) non esset visibilis, nec in eam magis ferri posset oculus, quam in sonum; pereunte *intelligibilitate* non posset intelligi, percipi tamen à visu posset, & imaginatione, & sic de cæteris.

V. Hanc conclusionem amplectuntur Thomistæ ad unum omnes, quos proinde singillatim recensere supervacaneum judico. Videtur etiam esse sententia Scoti objectum formale dividens in objectum *quod*, & objectum *quo*. Eam tenet P. Molina 1. p. q. 1. a. 3. d. 2. Conimb. 1. post. c. 23. q. unica a. 1. P. Fallolus q. 1. a. 7. d. 3. P. Vallius 2. Post. d. 4. p. 3. q. 2. & alij.

VI. Ratio est, quia hoc modo optime & commodissime diversæ potentiarum, actuum, & habituum in eandem rem tendentia à se invicem distinguuntur; singulis etiam scientiis sua assignatur specificatio ab aliis diversa, & peculiaris tendendi modus. Confirmatur, hic enim perfecte applicatur regula ad objectum formale à materiali discernendum, nempe per particulas *ideo* & *quia*, ideo enim color ab oculo percipitur, quia est visibilis, ab intellectu, quia est intelligibilis, & sic de aliis. Confir. 2. alias namque sensus externi in his operationibus objecto formali desisterent, cum non comparative, unumque ex alio inferendo, sed simplici quodam ductu in suum, quisque objectum feratur, ibique sistat. Confir. 3. hoc enim modo optime explicatur analogia illa, & peculiaris proportio, quam inter objectum formale & formam physicam omnes constituunt respectu materiae.

### SECTIO III.

#### Objectiones contra rationem sub qua declaratur per seibilitates intrinsecas.

I. Obij. sequi terminabilitate statuatur, sequitur quot sunt diversæ potentia, tot diversas esse perceptibilitates, pari enim secundum nos hæc passu procedunt: cum ergo intellectus Angelici plures sint, & plures in infinitum possibiles specie distincti, in re quavis minima erunt perfectiones specie distinctæ propè infinitæ.

II. Hoc argumentum (cui multum insistere video Adversarios homines perinde urgere existimo. Quod sic ostendo, Materia nostra prima, plures & plures recipere formas potest in infinitum, tot ergo habet perfectiones, tot prædicata formaliter distincta, quot diversas potest formas recipere, idque licet solum iis substat sine ullo influxu, ut materia se modo habet respectu animæ rationalis, & respectu unionis creatæ.

III. Hoc idem ulterius declaro, materia prima unius tantum formæ receptiva (qualem multi autumant esse Cælestem) nostra, ut omnes fateantur, multò esset imperfectior, ut potè quæ unicum tantum haberet prædicatum, quod scilicet unius illius formæ esset susceptiva. ponamus itaq; cæntum huiusmodi materias, imò plures & plures possibiles esse in infinitum, materia nostra omnes earum perfectiones in se identificatas complectitur, ergo tot habet prædicata formaliter, quot materiae tales aut forme sunt realiter distinctæ. En argumentum in simili ab omnibus solvendum. Idem est de actu intellectus quo infinita simul (qualè in Christi anima statuunt Theologi, quem ea omnia videre in Deo asserunt, quæ Deus novit scientia visionis) uno intuitu conspicerentur, & aliis huiusmodi.

IV. Ad argumentum ergo, sicut dicunt adversarii

posse unam & eandem rem plures & perfectiores potentias terminare in infinitum, ita eodem modo respondebimus & nos; cum hæc omnia prædicata aliud nihil sint quam ipsissima illa res realiter indistincta, & radicaliter solum, seu in ordine ad conceptus nostros divisibilis, vel ad summum ex his prædicatis, tanquam ex partibus proportionalibus, & geometricè, ut ajunt, non arithmetice composita.

Confirmatur, vel enim posse terminare potentias infinitas arguit vim infinitam in re, quæ habet hanc aptitudinem, vel non: si ita, ergo etiam secundum ipsos in re quavis est vis quædam terminativa infinita: si non (quod omnes fateantur) quid nobis hoc obijciunt? Sed de hac circa materiam primam difficultate plura suo loco: nobis in præsentia sufficit, argumento proposito utramque æquè urgeri sententiam, & adversarios tela, quæ in nos conjiciunt, à suo debere capite arcere.

Obijcies 2. id non potest esse objectum formale alicujus actus, quod ab actu illo non attingitur, sed seibilitas illa non attingitur ab actu, potest enim quis de re aliqua cogitare, quin cognoscat illam esse seibilem, ergo. Respondetur distinguendo minorem, seibilitas illa non cognoscitur reflexivè, & in actu signato, concedo minorem, non cognoscitur in actu exercito, nego, sicut juxta adversarios quando hominem video à longè, nō cognosco, inquit, animal rationale expressivè, seu in actu signato, ita ut affirmare possim esse animal rationale, sic tamen in actu exercito, cum re vera cognitio in hominem feratur. Et per hoc patet ad probationem, aliud enim est scire rem seibilem, aliud scire esse seibilem, hoc secundum licet aliquando contingat, ad simplicem tamen rei perceptionem non est necessarium, alioqui sensus nihil unquam perciperent.

Obijcies 3. seibilitas illa, seu intelligibilitas est intelligibilis, ergo dari debet alia intelligibilitas per quam intelligatur, & ad hanc alia, & sic in infinitum. Respondetur, facile negando consequentiam, sed ipso facto quod sit ratio formalis, per quam alia prædicata in objecto cognoscuntur, est eadem operatō ratio cognitionis sui, ut in similibus omnibus contingit. Differentia, verbi causa, est secundum omnes formalis ratio per quam res una differt ab alia, simili ergo forma conficiam argumentum: differentia ipsa differt ab aliis rebus, ergo alia dari debet differentia per quam differat, & ad hanc alia, & sic in infinitum. Respondent omnes, differentiam eo ipso quod sit ratio formalis per quam res alia differunt, esse etiam rationem formalem per quam ipsa ab aliis differt. Idem est de unione, ubicatione, & huiusmodi aliis, quæ ipso facto quod sint ratio formalis uniendi, vel certo loco, statuendi alia, statuunt & uniunt se. Idem ergo jure merito de intelligibilitate affirmari poterit.

Obijcies 4. visibilitas, etiam ut visibilitas, est intelligibilis, ergo non datur huiusmodi distinctio prædicatorum. Respondetur, distinguendo antecedens, visibilitas quæ visibilitas est intelligibilis, id est, visibilitas etiam secundum ultimam suam differentiam potest percipi ab intellectu, concedo antecedens, visibilitas est intelligibilis, id est, ratio sub qua percipitur color ab oculo est formaliter ratio sub qua percipitur ab intellectu, nego: sicut etiam animal qua animal, seu ut principium est operationum sensitivarum formaliter & tribuendo, ut ajunt, singula singulis, non est rationale formaliter: quamvis hæc rationes à parte rei in unam realiter entitatem coalescant.

Et eodem modo ad id respondetur, quod obijciunt, ensur ens potest intelligi, seu sub ratione entis, ergo

V. potentia terminandi infinitos actus, aut potentias non arguit virtutem infinitam.

VI. quomodo seibitas obijciunt à quovis actu cognoscatur.

Aliud est scire rem seibilem, aliud scire esse seibilem.

VII. Intelligibilitas obijciunt per aliam intelligibilitatem non intelligitur.

Clarè insistantes solvuntur hac obijcio.

VIII. quo sensu visibilitas, ut visibilitas, sit intelligibilis.

IX. quo pacto ens, ut ens sit intelligibile.



ergo ut ens formaliter, est intelligibile. Respondetur enim facile sensum esse, ultimum etiam entis conceptum posse intelligi, conceptus autem hic formaliter loquendo non est intelligibilitas, sed aptitudo ad existendum. Unde hæc & similes propositiones in sensu formali semper censentur falsæ, homo quæ convenit cum cæteris animantibus differt, ut animal est principium operationum spiritualium, ut rationalis sensitivum &c.

X.

Aliquando obiectum formale distinguitur realiter à materiali.

Hic tamen addiderim nullà ratione me iis assentiri qui ita obiectum formale cum materiali identificari pronunciant, ut nunquam moveri intellectus vel voluntas possit ab objecto formali realiter à materiali distincto: bonitas enim finis tanquam obiectum formale ad medium eligendum voluntatem movet, dictio, & autoritas dicentis ad fidem dædis adhibendam. Addo ulterius; licet, si actus conclusionis non attingat obiectum præmissarum, præmissæ intellectum moveant ad actum conclusionis elicendum, ita ut conclusio elici dicatur propter præmissas, propriè tamen obiectum formale actus conclusionis dici nequeunt. Ratio est quia cum obiectum ab obijciendo dicatur, præmissæ verò per actum conclusionis omnino non attingatur, obiectum certè illius actus esse nullo modo possunt. Confirmatur, cognitio est imago objecti, cum ergo is actus præmissas non repræsentet, quo quæso pacto illarum imago censeretur potest? Quod ergo aliqui affirmant præmissas in hoc casu esse obiectum motivum, non terminativum respectu actus conclusionis, impropria locutio est.

#### SECTIO IV.

Quomodo specificentur scientiæ ab objectis.

I.

Res hac confusio plurimum habet, utilitatis parum.

DE specificatione scientiarum ab objectis fuisse me quosdam disputare video. Res non tanti mihi videtur, ut quis illius discussioni diutius immoretur: eam proinde paucis expediam, maxime, cum confusio plurimum habeat utilitatis parum. Qui plura cupit, adeat P. Hurtado d. i. met. præcipue sec. sextâ. P. Arriaga d. i. log. totâ sec. tertiâ, & P. Oviedo Cont. i. log. pu. tertio, & alios.

II.

Triplex abstractio à materia.

Celebris hac in parte est Thomistarum opinio, triplicem assignantem abstractionem intellectualem à materiâ: prima abstractio est ab individuatione, non tamen à materiâ sensibili, ut dum concipitur homo ut sic abstractus ab omnibus individuis. Secunda abstractio est à materiâ sensibili, non tamen ab intelligibili, ut dum materiam secundum se concipimus, nullo concepto accidente, cum tamen materia non sit sensibilis nisi per accidentia. Tertia demum abstractio est quando mente abstrahimus ab omni omnino materiâ, ut in hoc conceptu substantia.

III.

Non incongrue loquuntur, qui triplicem hanc abstractionem statuunt.

P. Arriaga citatus n. 23. asserit, improprie loqui hos auctores, dum dicunt abstractionem fieri ab individuis, non tamen à sensibili materiâ, cum sensatio non fiat nisi in individuo. Mihi tamen propriè hac in re loqui videntur: non enim est quæstio, an sensus percipere possit rationem aliquam communem, (quamvis id multi non improbabiler affirmant dum videtur color à longè) sed an intellectus in rebus sensibilibus concipere possit rationem communem sensibilitatis, non conceptis particularibus differentiis, vel an concipere possit sensibilia, non ut hoc vel illo modo sensibilia, seu ut differunt, sed merè in quantum sunt sensibilia, & ut conveniunt. In hoc autem non est major difficultas, ut nimirum abstrahatur ratio sensibilis ut sic ab individuatione, seu ab omnibus individuis, quam ut quævis alia ra-

tio abstrahatur ab individuatione, homo scilicet, animal &c.

Dices: quis unquam sensu aliquo percipit rationem communem, quis e. g. calorem in communi vidit, aut audivit rationem soni ab omnibus individuis abstractam? Contra: hoc, ut dixi, probaret nullam omnino rationem communem posse abstrahi ab individuis: homo enim est principium elicendi actus rationis & sensus, equus principium hinniendi &c. quæ rationes secundum omnes possunt abstrahi ab individuatione: quis autem hominem in communi discurrentem unquam, aut loquentem vidit, vel rationem abstractam equi hinniensem? Si ergo improprie loquatur qui dicit se abstrahere ab individuo, & non à materiâ sensibili, improprie similiter loquetur is qui dicit se abstrahere ab individuis, & non à principio elicendi actus rationis ac sensus; cum hi nunquam elicantur nisi ab individuis.

Auctores ergo prædicti scientias dividunt secundum hanc triplicem abstractionem: *Metaphysica* enim abstrahit ab omni materiâ, agit siquidem de Ente ut sic, & rebus spiritualibus: *Physica* abstrahit ab individuis, non tamen à materiâ sensibili: agit enim, inquit, de composito cum suis accidentibus, de cælo &c. non descendendo ad particularia. Tandem *Mathematica* considerat quidem materiam, accidentia autem per quæ redditur sensibilis, non considerat.

Hæc doctrina magna ex parte mihi videtur vera: cur autem eam totam non amplectar, Ratio est primò, quia *Physica* non agit de rebus materialibus tantum in genere; disputat enim de distinctione numerica hujus partis materiæ & formæ ab aliâ, de duabus ubicationibus, aut durationibus numero distinctis etiam in quantum numero distinguuntur: querit an uniones duorum hominum distinguantur solo numero, an etiam specie: agit de principio individuationis, seu quid ad hoc potius individuum determinet, quam ad aliud, & similia. Præterea, non in genere tantum agit de cælo, sed de his cælis in particulari, prout inter se differunt, eorum numerum, influxum, altitudinem, magnitudinem inquirunt. Deinde, multæ sunt scientiæ quæ agunt de rebus merè spiritualibus, & tamen non sunt *Metaphysica*; ergo abstrahere ab omni materiâ, non est proprium *Metaphysicæ*.

Nec quidquam video quod magnopere faciat pro hac sententiâ: quod enim obijcit, actus non specificari ab objecto materiali, videbimus sec. sequente quo pacto sit intelligendum.

#### SECTIO V.

De unitate, & distinctione scientiarum.

VNITAS scientiarum desumitur præcipue ab objectis: cum ergo sectione præcedente egerimus de unitate objectorum, sequitur modò ut agamus de unitate scientiarum: quâ in re non parum de more discrepant auctores.

Notandum, triplicem in rebus dari unitatem, secundum diversos gradus magis vel minus perfectam. Prima & perfectissima unitas illa est, quæ nullas omnino habet partes, sed est res simplicissima, qualis est anima rationalis: & hæc unitas dici solet *Indivisibilis* & *identitas*. Secunda unitas, est unitas compositionis, sive per unionem informationis, ut informationis materiam & formam, quo pacto Petrus est unus homo, seu unum compositum: sive per unionem continuationis, quo sensu dicimus una aqua, unus lapis, &c. & hæc unitas est perfectior præcedente.

Tertia

IV.

Dices quis unquam percipit rationem in sensu communi.

Contra: quia hominem in communi auditur unquam loquentem.

V.

Secundum triplicem illam abstractionem triplex scientiarum partitio.

VI.

Hæc doctrina est in plerisque vera, in quibusdam tamè deficit.

VII.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.

IV.



Tertia demum unitas, & omnium imperfectissima est unitas aggregationis, seu ordinis, ut vocant; quando scilicet vera & realis unio Physica inter aliqua non intercedit: sic dicitur unus exercitus sub uno nimirum Imperatore, & similia.

## III.

Prima sententia u-  
namquam-  
que scien-  
tiam statuit  
unam uni-  
tate indivi-  
sibilitate.

Sed Contra: in uno ob-  
iecto alienius  
sententia ma-  
gnam subin-  
de sententiam  
facilitatem,  
non in alio.

Prima ergo sententia affirmat quamvis scientiam esse simplicem, & unam unitate illa primâ & perfectissimâ, ita nimirum ut sit qualitas indivisibilis, & nullas omnino habens partes, instar animæ rationalis. Sed contra: habitus enim, utpote semen actûs, non inclinat nisi ad actûs iis similes, à quibus est productus: ergo (in habitibus saltem acquisitis) non potest dari unus aliquis indivisibilis habitus, physica exempli g. qui inclinet ad omnes actûs physicos. Conf. experientia constat esse homines aliquando promptos, & sentire magnam facilitatem circa unum objectum, cum tamen non sint prompti, imò magnam sentiant difficultatem in alijs: exempli g. multi periti sunt, & cum magnâ facilitate discunt circa materiam primam, qui tamen difficultatem sentiunt in forma, in unione, ubicatione &c. Aliqui prompti sunt in proprietatibus hominis, leonis, aut equi enarrandis, qui tamen in natura celi explicandâ, rudes sunt & imperiti, ergo non est unus indivisibilis habitus ad hæc omnia inclinans, sic enim eandem quis in omnibus experiretur facilitatem, & promptitudinem.

## IV.

P. Val. q. no-  
vam faci-  
tatem conti-  
nuit in novis  
modis.

Vidit hanc difficultatem P. Vas. qui proinde To. 1. in 1. 2. d. 80. ut scientiam omnem in simplici & indivisibili qualitate consistere defendat, ait habitum quidem non inclinare nisi ad actûs iis similes, à quibus est productus, ad novos tamen actûs circa alia objecta asserit eum extendi per modos quosdam ei superadditos, per quos facilitas illa nova in operando producat. Hæc ille.

## V.

Contra: cum  
nulla sit in  
actibus sub-  
ordinatio,  
doctrina hæc  
de modis non  
subsistit.

Hanc tamen doctrinam nullâ ratione approbo. Primò, quia cum inter actûs (physicæ exempli g.) non sit naturalis aliqua subordinatio, non est major ratio cur hæc pars habitûs sit modus alterius, quam è contra, illa enim pars, quæ acquiritur primo loco, potuisset acquiri secundo, tunc autem fuisset modus secundæ partis, sicut secunda modò est pars primæ. Conf. hinc enim sequitur, partem illam non esse omnino modum; potuisset enim produci & conservari sine primâ parte habitûs, ergo non est modus, sed habitus completus, & absolutus, seu pars habitûs alteri superaddita: ergo habitus acquisitus non est simplex, sed ex variis partibus compositus.

## VI.

Habitus ac-  
quisiti Mis-  
ericordia &  
iustitia sunt  
ut plurimum  
distincti.  
Idem est al-  
quando ha-  
bitus acqui-  
situs diver-  
sarum vir-  
tutum.

Dices: misericordia, iustitia, & aliæ virtutes sunt idem indivisibilis habitus, ergo idem dici debet de habitu scientiæ, alioqui non erit una scientia. Resp. si sermo sit de habitu acquisito iustitiæ, misericordiæ &c. sunt ut plurimum diversi habitus, sicut actûs sunt diversi à quibus eliciuntur. Dixi ut plurimum; si enim idem actûs virtutis eliciatur ob duo motiva, charitatis v. g. & obedientiæ, generabit habitum indivisibiliter inclinantem & efficientem actum qui simul sit charitatis & obedientiæ, actum scilicet similem illi à quo est productus, licet subinde possit elicere actum solius charitatis, vel solius obedientiæ, quando scilicet alterum tantum motivum voluntati proponitur ab intellectu.

## VII.

Habitus in-  
fusi possunt  
singuli pro-  
ducere varios  
actûs vir-  
tutum.

Si verò sermo sit de iustitia, misericordia, & alijs virtutibus supernaturalibus, unicuique habitus producere potest actûs diversarum virtutum: cum enim non acquirantur hi habitus per actûs, sed infundantur à solo Deo, cuius virtus est infinita, nulla est limitatio ex parte principij productivi, sicut in habitibus acquisitis, qui producuntur ab actibus. Deinde, habitus supernaturales, seu infusi, sunt per modum potentia; potentia autem, intellectus exempli

gratiâ, ad varios actûs specie distinctos, & ad objecta diversissima extenditur. Et hæc est ratio cur habitus supernaturalis fidei extendere se possit ad actûs circa diversa objecta materialia sub eadem ratione formali, quod tamen non propterea dici debet de habitu acquisito scientiæ.

Quæres utrum non possit dari unus habitus naturalis intellectûs inclinans ad actûs circa objecta diversissima sub unâ ratione formali, ut ad credendum Petro in omnibus quæ dicit. Resp. frequenter requiri diversos habitus, licet enim Petro circa objecta, quæ talem habent gradum difficultatis, credamus, in iis tamen, quæ majorem habent difficultatem, frequenter sine alio determinativo non credimus. Quod si vis quispiam sit talis auctoritatis, utpote qui nunquam inventus sit vel errasse, vel alios decesse huic in omnibus credere possumus; quod fit non per habitum, sed quia stante universali illâ præmissâ, Petrus est maxime verax, & additâ aliâ, tanquam explicatione quadam, sed hic & nunc dicit hoc, credimus ipso facto, nec ad hoc opus est habitu superaddito, cum ab illis duabus præmissis sufficienter, imò necessario determinemur ad assensum: ut bene P. Arriaga citatus n. trigésimo tertio.

Alij ergo secundo asserunt, habitum cuiusque scientiæ esse unum secundâ unitate supra n. secundo positâ, sicque unamquamque scientiam dicunt esse unam unitate continuationis. Hæc sententia ex eo rejici solet, quod nulla appareat hujus unionis physica necessitas, aut magna etiam convenientia. Quod si gradus qualitatum, caloris, frigoris &c. physice uniantur, est quia in gradibus illis, utpote heterogeneis, peculiaris est subordinatio & connexio, secundus enim uniri debet primo, tertius secundo, & sic deinceps. In habitibus autem scientificis, cum, ut dictum est, non reperiatur hujusmodi subordinatio, & aliunde in alijs qualitativis non sit unio physica, ut in pulchritudine, sanitate &c. ut bene advertit P. Suarez d. 44. Met. sec. 1. n. 57. non est cur unionem etiam physicam ponamus inter habitus.

Tertiò itaque alij nullam omnino unionem physicam statuunt inter habitus, seu partes scientiæ, sed unionem tantum aggregationis, vel ordinis, ut in domino, exercitu, civitate, &c.

Ex hoc postremo modo philosophandi circa scientias, duæ oriuntur opiniones planè oppositæ: prima est Nominalium, qui, teste Soto, aiunt tot esse scientias quot sunt habitus simplices, imò quot conclusiones scientificæ diversæ: quam etiam sententiam reipsa amplecti videtur P. Arriaga hic d. 1. s. 3. n. 37. Secunda sententia est Mirandulani apud Conimbricenses in Proœmio Phys. q. 1. qui unam tantum dicebat esse scientiam ex omnibus per aggregationem compactam: quam opinionem non multum improbat P. Hurtado d. 1. Met. s. 7. n. 185, nec P. Oviedo Cont. 1. log. punct. 3. n. 17.

Neutrâ tamen ex his opinionibus veram existimo: non primam, in omni enim scientia plures actûs, & consequenter habitus sunt, qui non mere per accidens, & ex ordinatione tantum scientis, sed etiam ex ordinatione scientiæ inter se connectuntur, ut in Logica cognitio terminorum ordinatur ad cognitionem, seu compositionem propositionis, cognitio unionis in Physica ad cognitionem compositi, & sic de alijs. Non etiam placet sententia Mirandulani, ægrè enim ostendi potest, quo modo cognitio Angeli ordinetur ex naturâ suâ ad cognitionem rationis, & sic de cæteris.

Existimo itaque, posse assignari scientias vel ex objectis, vel actibus & habitibus ex modo tendendi diversis, specie distinctas. Sic Logica dici potest una scientia ex objecto & fine, ad quem naturâ suâ

## VIII.

Non datur  
unus habitus  
naturalis  
intellectus  
inclinans ad  
diversa ob-  
jecta.

## IX.

Secunda senti-  
entia unâ-  
quamque  
scientiam  
statuit unam  
unitate com-  
positionis.

## X.

Sed Contra:  
nulla enim  
huius unionis  
physica  
est necessitas.

## XI.

Tertia senti-  
entia in  
scientiis u-  
nionem ag-  
gregationis.

## XII.

Nominales  
sc. asserunt  
esse scientias  
quot conclusiones  
diversæ.  
Mirandulani  
autem unam  
dicebant esse  
scientiam  
ex omnibus  
compactam.

## XIII.

Neutrâ ex  
his sententiis  
est admittenda.

## XIV.

Assignari  
possunt variæ  
scientiæ spe-  
cie distinctæ  
in



in omnibus suis actibus ordinatur. Sic Metaphysica est una etiam scientia, quia abstrahit à materiâ, habetque hac in parte modum tendendi sibi peculiariter: & in hoc veram existimo sententiam Thomistarum sec. præcedente, n. quinto relata. Non tamen nego, quin sicut variae domus concurrunt ad constituendam unam civitatem, variae centuriae, cohortes, legiones ad conflandum unum exercitum

&c. ita possint etiam variae scientiae, ob naturalem inter eas subordinationem, ad unam aliquam scientiam totalem constituendam concurrere.

De subalteratione scientiarum, de qua hic aliqui, ob connexionem quam habet cum præsentiquaestione, disputant, dicam in libris de Anima, disputatione 19. sec. secunda.

XIV.

## DISPUTATIO III.

Sintne voces objectum Logicae.

Voces secundum diversas rationes spectant ad diversas scientias.

**V**oces secundum diversas sui rationes ad diversas spectant scientias. Ut Ens sunt, ad Metaphysicam pertinent: ut Sonus ore animalis prolatus, ad Animasticam, quæ aurium, quæ oris, quæ linguae, quæ reliquarum corporis partium structuram, officium, & objecta considerat: ut ex varijis sonorum intervallis ad suavem, & ad animos oblectandos accommodatam harmoniam, ac concentum conveniunt, ad Musicam: ut in ijs ornatus reperitur, appositusque ad persuadendum dicendi modus, ad Rhetoricam: ut ex ijsdem legata oratio certis numeris, certa quæ mensura pedum constans oritur, ad Poësim: ut demum sermonis in ijs proprietates, correctaque spectatur loquendi ratio, ad Grammaticam. De quo plura in hujus disputationis decursu.

## SECTIO PRIMA.

Discutitur Nominalium opinio.

I. Nominales voces statuant objectum Logicæ.

**C**elebris hac in re est Nominalium opinio, utpote quæ nascendi eorum sectæ nomen dedit, qui voces adæquatum Logicæ objectum statuerunt. Hanc sententiam Realium operâ sopitam prope jam, ac sepultam è tenebris suscitavit denuo Okamus Scoti auditor, acutivir ingenij, tantumque apud suos sequaces propterea adeptus est autoritatis, ut quasi novam ipse philosophandi viam instituisset, venerabilis Inceptor nuncuparetur. Quamvis frustra P. Hurtado d. 1. Log. f. 3. subsec. 1. & d. 5. metaph. ab hac eos, ut ait, calumnia vindicare conetur.

II. Ratio fundamentalis sententia Nominalium.

Fundamentum esse videtur, quia quidquid in Logica tractatur, si voces secludas, ad alias scientias spectat, res enim in genus & differentiam, essentias, & passiones dividere, proprietates de essentijs demonstrare &c. ad particulares scientias spectat, in quibus resillæ reperiuntur. Generalia autem principia, ut quodlibet est, vel non est: quæ sunt eadem uni tertio &c. ad Metaphysicam pertinent, & ab eâ accepta ad quamlibet particularem scientiam applicantur. Actus verò intellectus, quibus definimus, dividimus, argumentamur, ad Animasticam spectant, cum actus animi sint: præter hæc autem nil aliud est quam voces, de quo agat Logica.

III. Logica ad conceptus mentis dirigendus est inventa.

At sane leve est hoc fundamentum ad ejusmodi opinionem in scholas invehendam. Dicimus itaque Logicam primò & per se ad conceptus mentis dirigendos esse inventam, quippe quæ rationis scientia, & veritatis à S. Augustino appellatur: voces autem ad Logicam nisi merè per accidens non spectant. Unde idem D. Augustinus l. 2. contra Academicos de Logica differens ait, Non vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem oportet esse sapientem. Vocibus proinde utitur Logicus, non ad eas intelligendum, ac de ijs discurrendum, sed ad conceptus suos alijs ape-

riendos, vel ut aptius loquar, ad sermonem non secum, sed cum alijs ferendum. Ad argumentum ergo respondeo; conceptus, licet ut qualitates vitales sunt, ad Animasticam spectent, ut tamen dirigibiles sunt regulis Logicis, ad Logicam pertinere. Nil ergo opus ad voces recurrere.

Secundò Impugnatur hæc sententia: sicut vocibus, ita scriptura, vel signis uti potest Logica, quidni enim sicut voce, ita nutibus mentem suam explicare possit Logicus (quo pacto inter se loquuntur muti) si homines generali consensu nutibus pro rebus, vel conceptibus uti vellent, & de facto, scripturâ utitur Logicus, nullus tamen vel scriptionem vel nutus ad Logicam spectare asserit, nisi merè secundariò & per accidens. Voces ergo ad externam sive vocalem Logicam spectant, non internam, & mentalem, ad loquendum Logicè, non ad intelligendum.

Tertiò: Quia omnia quæ quis exterius profert, prius mente concepit, non enim aliud loquimur quàm quod cogitavimus, ergo priusquam quis syllogismum profert, discurret, ergo in illo priori est Logicus: quod autem proferat, est ratione aliorum, ut nimirum discursum illis suum manifestet. Unde si possent homines, sicut Angeli suos sibi invicem conceptus aperire sine vocibus, non alia tamen ratione discurrerent quàm modo: voces ergo ad Logicam non spectant.

Obijciunt tamen primò: Logica est scientia sermocinalis, ergo agit de solis vocibus, & sermone. Hæc obiecto soluta est supra d. 1. f. 2. suppositione illâ de sermone interno & externo. Nec pro illis facit quod Porphyrius tractatum suum de quinque prædicabilibus, inscripserit de quinque vocibus, alijs enim passim nominibus vocantur, ut 5. Prædicabilia, 5. Universalia &c. Loquitur ergo Porphyrius de vocibus internis.

Obijciunt secundò: modus sciendi est oratio ignota manifestativa, sed voces manifestant ignotum, ergo sunt modus sciendi, ergo objectum Logicæ. Respondetur; conceptus mentis sunt propriè ignoti manifestativi, in ipsis enim consistit scientia, in vocibus autem solum secundum quid, & ut in signis. Aristoteles verò dum orationem ait esse vocem significativam, vel solum, vel præcipuè definit orationem vocalem, nisi de voce seu sermone interno loqui eam quis velit. Oratio ergo in communi dici potest signum constitutum ex pluribus partibus ex modo significandi unitis. Ex pluribus partibus intellige virtualiter, alioquin orationi mentali non congruet, quippe quæ in si npli qualitate sita est, nullas in se partes habente.

Quomodo actus intellectus spectent ad Logicam.

IV. Sequere tur scripturam, & natus esse obiectum Logica.

V. Logica prior est vocibus.

VI. Logica dirigat sermonem internum, non externum.

VII. Voces ignota manifestant tantum secundum quid.



## SECTIO II.

An voces saltem sint pariale objectum  
Logica?

**I.** **R** Ejecta Nominalium sententiâ, major nobis cum Recentioribus quibusdam restat contro-  
versia, qui cum Fonseca 2. Metaph. c. 3. q. 1. f. 5. licet  
voces adæquatum vel primum Logicæ objectum  
non statuunt, directe tamen de ijs in Logica agi, ut  
de objecto proprio partiali asserunt. Ante conclu-  
sionem.

**II.** Advertendum duobus hominem à bestiis differ-  
re, ratione scilicet & oratione (nempe vocali) ratione,  
ut se instruat, oratione ut alios, unde sicut ad rationem  
& actus ejus moderandos data est Logica, quæ pro-  
pterea universalissima est, & in omnibus scientijs  
versatur, atque ut dans præcepta docens appellatur, ut il-  
la exercens dicitur utens. Ita oratio universalissima et-  
jam est, omnes quippe scientias ut intelligere, ita a-  
lijs explicare possumus. Ad hanc ergo addiscendam  
peculiaris etiam ars assignatur, nempe Grammatica,  
quæ, ut completa, & perfecta sit, docere modum  
debet congruè loquendi in quacunque arte, & scienti-  
â, terminos scilicet aptos ad hoc munus submini-  
strando. Ut ergo generalia præcepta ad hoc præscri-  
bit, vocari potest Grammatica docens, ut eadem usur-  
pans, sive in Logicâ, sive Metaphysicâ, vel aliâ qua-  
cunque arte, aut scientiâ, Grammatica utens dici po-  
test.

**III.** Conclusio, voces, seu ars loquendi, nec pariale  
est objectum directum Logicæ: ita Suares d. 1. Me-  
tap. f. 4. P. Hurtado d. 1. Log. f. 3. §. 2. 3. P. Arriaga d. 2.  
Log. f. 3. P. Vallius in proleg. p. 2. q. 3. c. 13. & Recen-  
tiores communiter. Hæc conclusio: præter argu-  
menta sec. præcedente allata, quæ hic non minorem  
habent vim, Probatur ulterius: quia sequeretur vo-  
ces esse objectum omnium scientiarum, nam sicut  
Logica utitur vocibus ad suum objectum, dum ait:  
Definitio est ratio explicans naturam rei; Ita ipsæ uti-  
tur Physicâ dum dicit: Corpus naturale est compositum  
ex materiâ, & formâ: Utitur Arithmetica dum ait;  
Si ab æqualibus demas æqualia, quæ remanent erunt æ-  
qualia.

**IV.** Dices in syllogismo vocali est artificium quod-  
dam, quod ad Grammaticam non pertinet, non e-  
nim tractat illa de formâ syllogisticâ, ergo spectat  
ad Logicam. Respondetur, per accidens pertinere  
ad Grammaticam, seu artem bene loquendi, nam  
cum quis mente aliquid concepit, si linguam quam-  
piam perfectè calleat, faciliè illud congruè reddet,  
cum autem in mente artificiosum sit, congruè red-  
di nequit sine artificiosa oratione. Unde concludo  
licet syllogismum vocalem facere per se non spectet  
ad Grammaticam, spectat tamen per accidens, qua-  
tenus munus Grammaticæ est, congruè loqui in  
quacunque materiâ, remque mente conceptam ap-  
te verbis exprimere. Et sicut Logica dum applica-  
tur ad materiam Grammaticam (nam Grammatici  
certant, & adhuc sub iudice lis est, de suis inquam rebus  
disputationes & discursus instituunt) non est Gram-  
matica, sicut nec Physica, dum ad materiam se phy-  
sicam extendit; ita nec Grammatica dum applica-  
tur ad materiam Logicam, erit Logica.

**V.** Urgebis, ergo Aristoteles in libris Perihier. & E-  
lencho: Grammaticam docet: egregios vero nos  
Aristotelis laudatores, qui eum ex Philosopho Gram-  
maticum facimus: ibi enim de suppositione forma-  
li, & materiali terminorum, de æquipollentiâ &  
conversione propositionum, de syllogismorum fal-  
lacijs, & similibus agit. Confirmatur quia hac ra-  
tione summulæ erunt Grammaticæ. Ad argumen-  
tum Respondetur, multa ex ijs quæ in illis libris tra-  
ctat Aristoteles, ad conceptus mentis spectare: cum  
verò in disputationibus errores sæpe & fallacias in  
verbis contingere animadverteret, ob magnam eo  
tempore Sophistarum turbam, existimavit non ma-  
lè suam locatum iri operam, si modum etiam lo-  
quendi traderet, & Grammaticæ defectum supple-  
ret, licet id Logicæ munus non sit. Et parte ergo  
Grammaticum illic egisse fateor Aristotelem.

Ad confirmationem dico, summulas, licet mul-  
ta Grammaticis propria tractent, aliquo tamen mo-  
do ad Logicam spectare, & de vocibus agere, non  
quidem ut de proprio objecto Logicæ, sed solum  
indirectè, & ut de signis quibusdam actuum intel-  
lectus, ut in ijs tanquam magis obvijs, ac patien-  
tibus latens in conceptibus artificium exprimitur, &  
melius percipitur. Sicut Astronomus in sphaera  
ligna orbium cælestium motum, astrorum situm,  
solis ac lunæ oppositionem, & concursum cæteras-  
que cælorum affectiones speculatur, sphaera tamen  
illa directè ad Astrologiam non spectat. Quod ex-  
emplum immeritò rejicitur ab adversarijs asserenti-  
bus Astrologum non agere omnino de sphaera, sic  
tamen Logicum de vocibus. Gratis sanè hoc asse-  
runt, cum & confectionem ejus, & usum indirectè  
doceat Astrologus, nempe ubi collocari debeat Zo-  
diacus, ubi circulus æquinoctialis, ubi Còluri, Poli,  
Tropici &c. & in globo quot gradibus attoli de-  
beat supra horizontem, ad elevationem, ut aiunt,  
Poli capiendam; quæ sunt quasi summulæ quædam  
Astrologiæ. Unde Aristoteles in libris Perihier. & E-  
lenchorum, quasi sphaeram quandam confecit Lo-  
gicam, cujus intuitu ad artificium in actibus intel-  
lectus contentum perveniremus. Adde ulterius, ob  
affinitatem fortè quam habent summulæ cum  
Grammaticâ, se jungi ab auctoribus, & separatim à  
Logica tractari.

Instabis Aristoteles libros illos vocavit de inter-  
pretatione, ergo agit de vocibus. Contra ergo illic  
agit de solis vocibus, quod nec concedent adversa-  
rij, sic enim essent puri puri nominales.

Dices secundò quid Grammaticæ cum prædica-  
to, quid cum subjecto, quid cum copulâ interme-  
diâ? in qua quæso Grammaticæ parte traditur hanc  
subjectum inter & prædicatum debere intercedere?  
Contra, quid eidem cum prora, puppi, antennis,  
malis, foris, anchoris? quid cum incude, malleo, se-  
curi, ferra, circino? Dico itaque omnes vocum no-  
tiones, ut in re nautica, & fabrilis, ita & in Dialecti-  
câ ad Grammaticam spectare. Nec voces tantum  
simplices & sigillatim considerat, sed earum etiam  
inter se coordinationem ac situm, ut congrua inde  
oriatur loquutio, & hoc re ipsa est de subjecto, præ-  
dicato, & copulâ regulas præscribere, quibus in sua  
materiâ utitur Dialectica, sicut nautica, aut medica  
in suâ, sola tamen eas docet Grammatica.

Dices tertio: In hoc statu non potest quis Logi-  
cam sine vocibus acquirere, ergo Logica per se agit  
de illis. Respondetur requiri ad Logicam addiscen-  
dam voces necessitate scientis, non scientiæ: sicut  
etiam necessitate scientijs requiruntur pro hoc statu  
sensus. Nihil enim est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu.  
Imo nec necessitate scientis requiruntur voces, non  
ut quis compararet Logicam absolutè, sed solum ut  
facilius, vel si eam velit per voces addiscere; posset  
enim sine vocibus ingenij vi, labore, ac studio illam  
acquirere; sicut fecit is qui prima Dialecticæ præce-  
pta tradidit. Quemadmodum ergo præcepta erant  
in ejus mente, antequam vel scripsit quidquam, vel  
prolocutus est, ita & Logica, quæ aliud nihil est,  
quàm generales quædam regulæ, & præcepta re-  
dè

Aristoteles  
in libris  
Perihier-  
minias ex  
parte agit  
Gramma-  
ticum.

VI.

Summula  
de vocibus  
agunt indi-  
rectè, sicut  
Astronomus  
de sphaera  
ligna.

Sphaera  
ligna dici  
potest sum-  
mula Astro-  
logica, sum-  
mula sphaera  
Logica.

VII.

VIII.

Omnes vo-  
cibus notiones  
in quacunque  
arte, & scientiâ,  
spectant ad Gram-  
maticam.

IX.

Voces ad  
Logicam ad-  
discendam  
requiruntur  
necessitate  
scientiæ.



de discurrendi, & sermone interno utendi.

Vocum notitia ad Grammaticam directam, ad alias scientias spectat indirectam.

Quidquid ergo ad voces spectat, vel à Grammatica, si completa sit, tractatur, vel ad nullam scientiam directè spectat, sed ad omnes indirectè, nempe

pe ut per voces declarantur, non ut voces per ipsas doceantur. Unde non male ad rem nostram Avicenna c. 3. de Log. si inquit Doctor artis posset revelare id quod est in anima alio modo, omitteret semper verba.

## DISPUTATIO IV.

## Vtrum Ens rationis sit objectum Logica?

## SECTIO PRIMA.

Proponitur sententia affirmans Ens rationis esse objectum Logica.

I. Prima sententia est affirmativa

**P**rima sententia censetur Thomistarum, ex quibus aliqui, ita Ens rationis esse objectum Logica defendunt, ut hanc opinionem Thomistæ reserant esse affirmant: ita Galiegus contrav. 8. suæ Log. conclus. 2. Jandunus l. 2. Metaph. q. 12. & l. 6. q. 4. Sotus q. ultima proem. Tolerus q. 5. proem. & alij. Multi tamen censent eos non de Ente rationis strictè & rigorosè sumpto, sed de secundis tantum intentionibus loqui, ut de denominatione generis, speciei, & similibus.

II. Ens rationis duplex, subjectivè, & objectivè.

Advertendum Ens rationis dupliciter sumi posse, subjectivè, & objectivè, subjectivè illud est Ens rationis, quod in intellectu seu ratione subiectatur, ut actus ipsi intellectus qui ab eo efficiuntur, & eidem tanquam subiecto insunt, re tamen vera entia sunt realia. Objectivè Ens rationis est illud quod totum suum esse accipit ab intellectu, ex eo quod per actum fingentem circa illud versetur, nec aliud esse habet, vel habere potest, ut Chimæra, Hyppocentaurus. De hoc secundo procedit quaestio.

III. Ens rationis non est objectum Logica.

Dicendum nec Ens rationis in communi, nec ullam ejus speciem esse vel objectum adæquatum, vel attributionis Logicae. ita Fonseca l. 2. Metaph. c. 3. Suarez t. 1. Metaph. d. 1. s. 4. & t. 2. d. 54. cum Logica munus sit ad artem revocare rationales hominis operationes, quæ entia rationis objectivè non sunt, sed solum subjectivè, P. Hurd. 1. Log. s. 4. per totam, ubi sententiam illam acriter impugnat P. Arriaga d. 2. Log. s. 2. P. Oviedo Cont. 2. p. 1. n. 38. & alij.

IV. Probatur primò: Subjectum attributionis est illud de quo per se in scientia aliqua agitur, & ad quod cetera omnia referuntur, quæ in illa scientia tractantur, sed ens rationis non est hujusmodi, ergo non est subjectum attributionis Logicae: Major ab omnibus recipitur: Minor probatur, nam primò Aristoteles ne verbum quidem in sua Logica de Ente rationis protulit, quod tamen non omisit, si subjectum attributionis Dialecticæ fuisset. Deinde varia demonstrat Logica, quæ enti rationis competere nullo pacto possunt, ut propositionem enunciare verè vel falsè, syllogismum generare scientiam vel opinionem & hujusmodi.

V. Secundò probatur, si ens rationis fictum per actus Logicae esset ejus objectum; sequeretur omnem actum Logicum esse fingentem & deformem, ac proinde Logica quæ est habitus ex hujusmodi actibus generatus, & ad similes iterum producendos inclinat, erit ars fingendi, imò & omnes actus Philosophiæ ac Theologiæ, & cujuscumque scientiæ erunt fictitij, cum necessario aliquid in se artificij Logici contineant.

VI. Consultò addidi in Majore, ens rationis fictum per actus Logicos, nam sicut dari potest actus verus qui versatur circa actum falsum, affirmans scilicet eum esse falsum, & deformem objecto, & actus scientificus de errore, de quo demonstramus quod

R. P. Th. Comptoni Philosophiæ.

generare non possit scientiam, ita & de ente rationis dari potest scientia, & actus verus circa illud versari, probamus enim ens rationis esse quid fictum, habere esse tantum objectivè in intellectu, nihil esse reale, & similia. Hos ergo actus veros esse asserimus, cum sint scientifici, illos verò solos esse deformes & fictitios qui objectum aliquod fictitium & chymericum fingunt, quales esse omnes Logicos, saltem inadæquatè asserunt adversarij, ac proinde saltem inadæquatè erunt fictitij.

Tertiò Probatur: in actibus definitionis, divisionis, generis, speciei, & similibus, nihil in objecto reperitur non reale, ergo non includunt in se ens rationis: Antecedens probatur, quando cognosco animal v. g. & facio genus, nihil ibi intercedit fictitium, sed solum denominatio extrinseca ab illo actu proveniens objecto reali, illa autem denominatio non est quid fictum, nihil enim aliud est quam ipse actus intellectus realis, qui simul me denominat intrinsece cognoscentem, & objectum extrinsece cognitum.

Dices, in omni propositione logica est compositio, ergo & distinctio, saltem præsupposita; compositio enim est distinctorum unio, compositio autem hæc est inter prædicatum & subjectum, quæ tamen à parte rei sunt idem realiter, ergo aliqua hic intercedit unio fictitia. Confirmatur quando dico Petrus est homo, non prædico de Petro hominem ut à parte rei, nam tunc esset propositio identica, affirmarem enim Petrum de seipso, & sensus esset Petrus est Petrus, quæ tamen propositio in mente dari non potest, ut habet communior Doctorum sententia, sed in sola voce, quia ubi nulla est distinctio, nec compositio esse potest, ergo prædicatum homo est quid distinctum per conceptum à Petro & illi superius, sed nihil hujusmodi à parte rei dari potest, ergo est ens rationis.

Ad argumentum respondetur, in omni propositione mentali affirmativa apprehendi prædicatum Resp. nihil aliquo modo distinctum à subjecto, de quo enunciarur, non tamen requiritur perfecta distinctio & in actu signato, quia tunc deberem repræsentare Petrum, non ut Petrum, quia omnis perfecta distinctio, vel est formalis negatio, vel eam necessario committatur, & hoc esset facere ens rationis, quia illa distinctio vel negatio nec est à parte rei nec esse potest. At in actu exercitio distinguere, est solum inadæquatè rem concipere in ordine ad omnem effectum, vel rationem quam connotat, negatione ex parte actus se tenente, non objecti.

Ad confirmationem dico illam propositionem Petrus est homo, non esse identicam, nam in subjecto concipio naturam humanam, simul cum Petreitate, in prædicato vero solum concipio naturam humanam, non conceptâ Petreitate, non tamen nego Petreitatem ei conjunctam. Hoc autem non est facere ens rationis, nam nihil concipio non reale, cum Petrus verè sit homo. Quod autem aliqui dicunt debere in conceptu abstracto hominis, & omnium universalium fingi in actu signato formam aliquam universalitatis in objecto, ostendimus in tractatu de universalibus non esse necessarium.

VII.

In actibus Definitionis, Divisionis, &c. nihil reperitur fictitium.

VIII.

Obj. in omni propositione intercedere unionem fictitiam.

IX.

Resp. nihil illis fingi, sed rem eandem actu inadæquatè, alio modo concipi.

X.

In hac propositione, Petrus est homo, non concipitur non reale.

D

SECTIO



## SECTIO II.

*Solvantur argumenta contententia Ens rationis esse objectum Logicae.*

I. Obijciunt auctoritas Aristotelis & S. Thome.

Obijciunt primò Aristotelem 4. Metaph. c. 2. asserentem Logicam agere de omni ente, sed non agit de omni ente reali, ergo rationis. Confirmatur nam D. Tho. nihil sapius repetit quam Logicam proprium esse agere de secundis intentionibus, nempe genere, specie & c. hæ autem sunt entia rationis, cum à parte rei non existant, ergo.

II. Quo sensu dicat Aristoteles Logicam agere de omni ente

Respondeo mentem Aristotelis esse, agere Logicam de omni ente, id est remotè & secundariò, quatenus docet instrumenta sciendi, definitionem scilicet, divisionem, & argumentationem, per quas definiuntur res omnes ac dividuntur. Secundò dico sermonem ibi esse de parte topica, non de illa Dialectica de qua hic tractamus, nam ibi vocat Aristoteles Logicam *tentatricem*, hoc est probatricem utriusque partis contradictionis. Quod autem non excludat ibi Aristoteles ens reale, ex eo suadet, nam ait eodem loco, *de omni ente, de quo agit Primus Philosophus*, id est, *Metaphysicus demonstrativè, agit Logicus probabiliter*. Metaphysicus autem nullum ens excludit. Ad confirmationem dico; non negare nos secundas intentiones, id est denominationes generis, speciei & similes spectare ad Logicam, sed negamus esse entia rationis propriè, sed denominationes tantum extrinsecas, ut ex tertia probatione constat, licet latè ens rationis Logicum vocari soleant.

III. Denominationes generis, speciei, & c. non sunt entia rationis.

Deinde operationes intellectus ad Logicam spectant, quas tamen nemo opinor dixerit entia esse rationis, nisi subjectivè. Item ens rationis non est modus sciendi, & manifestandi ignotum, sed modus potius errandi, & intellectum in mille fraudes, & figmenta, si ejus ductum sequatur, inducendi.

IV. Ens rationis non est modus sciendi, sed modus potius errandi.

Obijciunt secundò: illud est ens rationis quod habet esse solum per intellectum, sed hujusmodi sunt genus, species, prædicatum, subjectum, & cætera hujusmodi, nam à parte rei non dantur, ergo. Respondetur distinguendo Majorem: Illud est ens rationis quod habet esse solum per intellectum fingentem, concedo Majorem; per intellectum quomodocumque cognoscentem, nego. Genus ergo, species & cætera universalia, non fiuntur ab intellectu, sed solum repræsentantur realis natura, non repræsentata differentia individuali, vel specifica, fiunt ergo dependenter ab intellectu denominante, non fingente.

V. Genus, species, & c. non fiunt per intellectum fingentem, sed in admodum cognoscentem.

Obijciunt tertio: Logica ab omnibus vocatur *scientia rationis*, sed scientia sumit specificationem ab objecto attributionis, ergo objectum attributionis est

X. Cur Logica dicatur scientia rationis.

Logica ab omnibus vocatur *scientia rationis*, sed scientia sumit specificationem ab objecto attributionis, ergo objectum attributionis est

ens rationis. Respondetur, ideo vocari scientiam rationis, quia dirigit actus intellectus, seu rationis, intellectus enim ratio appellatur.

Quæres, ad quam ergo scientiam spectat agere de ente rationis, si non ad Logicam, ad aliquam enim spectare debet, nam cum *verum sit passio entis*, quidquid habet entitatem, habet veritatem, seu scibilitatem, ergo ad aliquam scientiam spectat. Respondetur sicut per se & propriè non habet entitatem, sed solum metaphoricè, & per analogiam quandam ad ens reale, ita nec per se habet scibilitatem, directè ad ac proinde per se & directè ad nullam scientiam spectabit: per accidens verò particularia entia rationis ad quamlibet scientiam pertinent. Nam ut ait Aristoteles 1. Rhetoricæ c. 2. *ejusdem est scientia agere de eo quod est propriè tale, & de eo quod videtur tale*, quia nimirum ad veri entis cognitionem aliquo modo conducit.

Relationes ergo rationis Dei ad creaturas, ut relatio Creatoris, Domini & c. ad Theologiam spectant, negationes, & privationes formarum substantiarum, si alio modo concipiuntur quam sint, ad Physicam. Imo aliquando idem ens rationis ad duas scientias spectare potest, ut ad Animasticam & Logicam, si in eodem ente rationis conficiendo contrariamque peccetur. Cum ergo Metaphysica agat de ente vero in communi, ad eam etiam spectabit agere de ente ficto in communi, non per se sed per accidens, nam objectum ejus per se est ens reale. Aliqua vero particularia entia rationis etiam ad Logicam pertinebunt.

Sed hinc oritur difficultas, nam ad eam scientiam spectare videtur agere de genere, ad quam spectat agere de speciebus, cum ratio inferior essentialiter in se includat superiorem, ergo si ad Logicam spectet agere de particularibus entibus rationis, quæ nimirum in ejus materia contingunt, spectabit etiam ad eam agere de ente rationis in communi. Respondetur primò idem argumentum confici posse de omnibus omnino scientiis, cum ad omnes spectet agere de aliquibus particularibus entibus rationis, unde ad omnes scientias spectabit agere de ente rationis in communi, quod, opinor, nemo dicet. Respondetur ergo secundò. Ad hoc ut scientia aliqua habeat perfectam cognitionem sui objecti, non est necessarium, ut omnia prædicata illius quidditativa, & proprietates consideret, sed ea solum quæ continentur sub ipsius abstractione, ut aiunt, seu ratione formali sub qua, sic enim agere de ente reali in communi, quod Metaphysica proprium est, spectaret ad omnes scientias, cum illarum objecta in se necessariò rationem entis includant. Cognitionem ergo tam entis realis quam rationis in communi supponunt omnes scientiæ ex Metaphysica.

## DISPUTATIO V.

*Sintne res, an operationes intellectus Objectum Logica?*

## SECTIO PRIMA.

*Sententia asserens actus intellectus solos, cadere sub consideratione Logica.*

Prima sententia ait operationes intellectus esse objectum Logicae. Ita Fonseca 2. Metaph. c. 3. q. 1. f. 8. Conimb. hic, Rubius q. 6. Proem. Murcia q. 2. proem. Oviedo contra. 2. Log. p. 1. nu. 17. & alij quamplurimi Recentiores.

Norandum operationes intellectus dupliciter

X. Logica nonnulli, ex rationali scientia, perne realem faciunt.

Dialecticam, utpote rationalem scientiam, ita aliqui coarctant, ut nihil ipsi cum rebus commercij esse velint, sed intellectus unius operationes illius speculationibus permittunt. Alij ita Logicam pomaria dilatant, ut omnes omnino res illius considerationi nullo discrimine subiciant, eamque ex rationali scientia, prope realem faciunt. Quid quæque sententia habeat probabilitatis, quid veri, hac disputatione investigabimus.



Operationes considerari posse, speculative & practice, speculative, ut si queratur quas proprietates habeant, quomodo ad phantasmatibus & sensibus dependant, sintne accidentia, qualitates spirituales, vitales &c. Et sub hac consideratione dicuntur esse sub abstractione & sphaera Animastica.

III. *Logicae considerat practice.* Secundo: Practice, quatenus nimirum artificiosa sunt, & secundum regulas artis procedunt, prout scilicet dirigibiles sunt in definitionem, divisionem & argumentationem, sic ergo sub abstractione Logicae sunt, cuius munus est eas in haec instrumenta sciendi artificiosè dirigere, *omnis enim ars circa operationes versatur, ut eas dirigat.*

IV. *Logicae Ars Artium.* Probatur ergo hac sententia primò auctoritate S. Tho. qui in praefatione in librum primum, Poster. ait *Logicam esse rationalem*, non solum quia est secundum rationem, sed etiam ex hoc quia est circa ipsum actum rationis, sicut circa propriam materiam, unde eam vocat *artem artium*, quia dirigit ad actum rationis. Et in praefatione ad libros Perihier. Cum *Logica*, inquit, *dicatur rationalis scientia, necesse est quod eius consideratio versetur circa ea quae pertinent ad tres praedictas operationes.* Hanc etiam sententiam supponere videtur Aristoteles, qui omnem suam Logicam secundum triplicem operationem intellectus, apprehensionem scilicet, iudicium, & discursum dividit.

V. *Logicae scientiarum Clavis.* Probatur secundò Logica ab omnibus vocatur modus sciendi, cuius munus est rationem, & modos sciendi particulares aperire, quae etiam de causa *clavis scientiarum* appellatur, modum verò sciendi non alio modo aperit quam docendo instrumenta sciendi, definitionem scilicet, divisionem &c. quae licet in rebus fundentur, cum omnis actus, ut verus sit, obiecto conformari, & quasi commensurari debeant, propriè tamen in actibus consistunt. Nam *definitio est oratio explicans naturam rei: divisio est oratio distribuens rem in suas partes*, manifestum est autem ista in actibus intellectus reperiri, in rebus verò non nisi extrinsecè. Confirmatur: Demonstratio uti Logica tractatur, est *illatio certa ex principis certis*, quod est manifestum ad operationes intellectus spectare.

VI. *Propositio-nem esse affirmativam aut negativam, &c.* Probatur tertio. Propositionem namque affirmativam esse vel negativam, certam, aut evidentem, claram vel obscuram, veram vel falsam, illationem bonam esse vel malam, & alia huius generis, solis conveniunt conceptibus formalibus, res siquidem nec affirmant, quidquam, nec negant. Item res sive per actum clarum cognoscantur sive obscurum, opinativum vel scientiæ cum, rectum vel erroneum, eodem tempore in se modo permanent, nec in hoc differunt actus clarus & obscurus, confusus, & rectus, quod rem obscuram vel claram, rectam vel confusam representent, res enim eadem numero ab omnibus hisce actibus representatur, sed quod clare vel obscure, rectè vel confusè rem illam representent, modo se tenente ex parte actus: ergo defectus obscuritatis, & alij quos tollere contendit Logica, non rebus insunt, sed actibus intellectus, qui corrigi secundum artem debent, & ad Dialecticæ regulas exigi, res verò corrigi non possunt.

VII. *Radix erroris non in rebus consistit, sed in intellectu.* Confirmatur: intellectus Angelicus quia nostro perfectione, res omnes, ut sunt à parte rei sine errore cognoscit, ergo radix erroris non in rebus, sed in intellectu nostri imperfectione consistit, ad quem proinde dirigendum, & manu quasi ducendum, ad actus suos rite formandos, ordinatur Logica, & hunc in finem sciendi instrumenta preparat.

VIII. *Ratio à priori de sumpta ex S. Thoma.* Probatur quarto à priori, ratione S. Tho. loco citato, ubi sic habet. *Intellectus non solum dirigit operationes inferiorum potentiarum, sed etiam suas, quia in*

seipsum reflectit, ergo sicut ad directionem manus, v.g. varias invenit artes, ut aedificatoriam, & Fabriles omnes, ita ad ipsas intellectus operationes dirigendas, ut artificiosè, & sine errore fiant, invenire etiam debuit artem, hæc autem non est alia quam Logica, quæ rationis ars, & ars differendi est. Confirmatur: obiectum cuiusque artis, materia est circa quam versatur, & in quam formam suam & artificium inducere contendit, sed Logica circa ipsas operationes intellectus versatur, easque artificiosas reddere studet, non verò res, in quas nec artificij quidquam inducit, nec inducere potest, ergo.

## SECTIO II.

### Sententia res sola statuens obiectum Logica.

Secunda sententia affirmat solas res esse materia-  
le obiectum Logicae, quatenus ab intellectu no-  
stro in definitionem disponuntur, divisionem, &  
argumentationem. Ita multi, iique non infima no-  
ta philosophi, idque tanta argumentorum conten-  
tione quasi huic rei tota Logica moles inculceret.

Arguunt primò: Logicae proprium est errores prævenire qui in aliis scientiis contingere solent, radix enim errorum omnium est in rebus, nam propter maximam rerum confusionem, & commixtionem essentialium predicatorum cum passionibus, accidentium cum substantia, facile decipitur intellectus, & unum sumit pro altero. Huic ergo malo ut occurreret Dialectica struxit seriem predicatorum, accidentia scilicet & à se invicè & à substantia separando, & suæ unumquodque radici tribuendo, ut intellectum dirigat quodammodo, & per ordinatas quasi rerum series deducat.

Ad hoc tamen responderi potest, falsum supponere dum opinantur errorum radicem in rebus esse, imò verò si res cognosceremus ut à parte rei sunt, in errore neutiquam laberemur. Deinde dico Categorias seu predicamenta non spectare ad Logicam, sed compendium veluti quoddam esse Metaphysicæ, ubi etiam multo fufius tractantur. Metaphysicæ quippe munus est essentias & quidditates rerum distinguere, & cuncta in suas classes & ordines partiti. Eo tamen consilio predicamenta in Logica inseruit Aristoteles ut in promptu materiæ haberet Logicus, in qua præcepta sua & regulas exerceret.

Secundò arguunt: obiectum artis non potest esse ipse actus inducens formam & artificium in materiam, sed artificium ipsum in materiam inductum, vel materia artificiosè disposita. Sic obiectum architecturae non est aedificatio domus, sed domus ipsa aedificata; sic in pullante lyram, obiectum vel finis non est tactus fidium, sed sonus artificiosus, vel artificium sonorum ex eo resultans, actio quippe musica via sit & tendentia ad terminum, sicut ad illud in esse entis ordinatur, ita & in esse expetibilis, ac proinde propter se expeti nullo modo potest.

Huic quoque argumento facile responderetur, verum quid id esse in artibus factivis, iis scilicet quæ pro obiecto aliquid habent extrinsecum, non verò in activis, iis nempe quæ circa actus versantur immanentes, sicut enim illarum finis & obiectum est opus externum, ita harum internum, nec quidquam efficiunt in rebus, sicut priores, sed quidquid fit, in anima fit, unde præter actum ipsum non est aliud ulterius ab iis obiectum expetibile. Ad quod notandum in unaquaque operatione intellectus duo reperiri, actionem, & actum, actio est via & tendentia ad actum, sicut aedificatio ad domum, actus verò est quid in mente per actionem illam produ-

Logica Ars differendi.

I. Secunda sententia res statuit obiectum Logica.

II. Fundamentum est, quod radix errorum in rerum confusione consistat.

III. Resp. si res cognoscere-mus sicut sunt, nunquam errare-mus. Categoriæ spectant ad Metaphysicam. Cur tractantur in Logica.

IV. Secundo arguunt, obiectum artis non potest esse actus inducens formam & artificium in materiam, sed artificium ipsum in materiam inductum, vel materia artificiosè disposita. Sic obiectum architecturae non est aedificatio domus, sed domus ipsa aedificata; sic in pullante lyram, obiectum vel finis non est tactus fidium, sed sonus artificiosus, vel artificium sonorum ex eo resultans, actio quippe musica via sit & tendentia ad terminum, sicut ad illud in esse entis ordinatur, ita & in esse expetibilis, ac proinde propter se expeti nullo modo potest.

V. Quomodo differant Artes activæ, & factivæ. In operatione intellectus duo reperiri, actio, & actus.



ctum, vocaturque verbum mentis, estque imago objecti. Illius itaque artificiosa productio est quam intendit Logica, estque ultimum quod per se expectatur, cum illud nil sequatur, nec dimanet in res, nisi mera denominatio extrinseca ab illo proveniens, quatenus eas denominat hoc vel illo modo representatas & cognitatas, sicut ultimum quod intendit ars pingendi, est imago artificiosè facta per tractus quosdam & dispositionem colorum, umbrarum, & lineamentorum, ut ergo pictura ultimò intendit hanc externam imaginem, ita Logica, quæ pictura quædam mentis est, internam.

VI.  
Tertia sententia tam res, quam conceptus statuit objectum Logicæ.

Tertia demum sententia est P. Hurtado d. i. Log. s. 5. qui ut sententiam utramque, ita utriusque inter se argumenta conciliat, & affirmat tam res quam conceptus esse objectum Logicæ, quem non pauci sequuntur ex recentioribus.

### SECTIO III.

*Conceptus soli, non res, sunt objectum Logicæ.*

I.  
Artes sibi invicem artes.

Advertendum, artes omnes & scientias, ut optime Theodoretus sermone de providentia, à se invicem postulare officium, & mutuo stare auxiliis. Nulla proinde ita numeris omnibus est per se absoluta, ut alterius ope & subsidio non indigeat. Medicina supponit Physicam, unde ortum axioma, ubi desinit Physicus, incipit Medicus. Architectura supponit Mathematicam &c.

II.  
Logica & Metaphysica se mutuo innuunt.

Nullibi verò hoc clarius constat quam inter Logicam & Metaphysicam, Metaphysica enim instrumentis sciendi à Logica traditis ad objecti sui speculationem utitur, cum per definitionem & divisionem rerum naturas indagat, & per demonstrationes prima etiam principia à posteriori confirmat. Hanc tamen ei vicem rependit Metaphysica, cum enim instrumenta sciendi in rebus fundentur, essentias & quidditates rerum ad definitionem faciendam necessarias declarat, ad divisionem rerum distinctiones explicat, & proprietates ab essentia distinguit, varia etiam principia tum ad Logicam, tum alias scientias necessaria tradit unde mutua est inter omnes scientias, Logicam præsertim & Metaphysicam, subordinatio. Quia de causa ait D. Tho. opusc. 56. quod est de universalibus: *Impossibile est Logicam scire nisi quis fuerit versatus in aliis scientiis, præsertim in Metaphysicâ.* His positis sit.

Mutua inter scientias subordinatio, S. Thomas.

III.  
Sola operationes intellectus sunt objectum immediatū Logicæ.

Prima conclusio: solæ operationes intellectus sunt subjectum immediatum, & proprium Logicæ, res verò non nisi mediatè, secundariò, & indirectè, ei obijciuntur. Est contra P. Hurtado d. i. Log. s. 5. tenet tamen P. Arriaga, & auctores omnes pro prima sententia s. i. citati.

IV.  
Logica Docens habet pro objecto Utentem.

Ad probationem hujus conclusionis notandum breviter, quod postea latius explicabimus, Logicam duplicem esse, *Docentem*, & *Utentem*. *Docens* illa est, quæ generales qualdam regulas præscribit ad rectè discurrendum, & operationes intellectus artificiosè in quavis scientia efformandas: Logica verò *Viens* sunt eadem operationes, vel in aliis scientiis, vel in ipsa etiam Logica directæ. *Docens* ergo habet pro objecto *Utentem*, nam artis objectum est materia in quam tuam inducit formam, quæ hic sunt operationes intellectus artificiosè in omni scientia faciendæ: Logica enim *Docens* idem est ac dirigens.

V.  
Exemplis ostenditur Logicam utentem esse objectum Docentis.

Exemplo res fiet clarior: regula Logicæ *Docentis* est hic actus, omnis definitio recta constare ex genere debet & differentia, Logica verò *Viens* in Physica ille, homo constat ex anima & corpore unitis. In Logica, divisio est oratio distribuens rem in suas partes, qui

actus simul *Docens* est, & *Viens*, *Docens*, in quantum modum Divisionis faciendæ ostendit, *Viens*, quatenus est Definitio per alium actum. Logica directæ. Quod Definitionibus in aliis etiam scientiis contingit, ut in Philosophia Morali, *Virtus est recta animi dispositio* in Theologica, *Injustitia est virtus suum cuiusque tribuens* &c.

Probatur ergo prima pars conclusionis. Immediatè respicit res Logica *Viens*, seu operationes particulares exercentes Logicam in particularibus scientiis, quàm Logica *Docens*, ergo Logica immediatè illas non respicit, probatur antecedens, actus intellectus in particularibus scientiis, cum sint imagines rerum, immediatè illas respiciunt, ut hic actus *homo est animal rationale*, immediatè repræsentat hominem, at actus Logicæ *Docentis* sunt repræsentationes repræsentationum, & imagines tantum imaginum rerum, nempe actuum intellectus qui circa res eliciuntur in aliis scientiis, docet enim Logica hos actus elicere artificiosè, ergo immediatè repræsentat Logica *Docens* actus intellectus quàm res per actus repræsentatas.

Secunda conclusionis pars probatur. Ut res quæpiam dicatur subjectum alicujus scientiæ, debet in illa scientia de ea re aliquid demonstrari, vel probari, ut proprietates aliqua, passiones, effectus: sed in Logica nihil probatur de rebus, ergo res non sunt subjectum partiale Logicæ, nisi merè indirectè, secundariò, per acciden, & in obliquo.

Dices primò: agit Logica de subjecto & prædicato, sed subjectum & prædicatum sunt res, ergo agit de rebus. Distinguo Majorem: agit Logica de subjecto & prædicato reduplicativè, concedo Majorem, specificativè, seu de rebus quæ sunt subjectum & prædicatum, nego: sic enim spectant ad Metaphysicam, & alias scientias, esse autem subjectum & prædicatum reduplicativè, actu & formaliter, actum includit intellectus.

Dices secundò: hæ sunt propositiones Logicæ, *paries in hac propositione, paries est albus, est subjectum*, in hac *Bucephalus est equus, equus est prædicatum*, sed in illis repræsentatur paries & equus immediatè, ergo Logica considerat res immediatè. Respondetur primò, concessa Majori, negando Minorem, nam cognoscere aliquid esse subjectum, est cognoscere actum intellectus de illo aliquid affirmare, hoc enim est esse subjectum, & idem est esse prædicatum. Unde cum Logica consideret res solum ut sunt prædicata & subjecta reduplicativè, considerat directè & primario solos actus, seu formam per quam sunt formaliter prædicata & subjecta, seu quod eodem recedat, taliter cognita: sicut cum dicimus, *paries ut albus, seu reduplicativè disgregat visum*, significat vel solâ albedinem, vel saltem primariò visum disgregare, & qui considerat parietè ut album, primariò considerat albedinè, parietem verò solum secundariò.

Respondetur secundò & præcipue: distinguendo Majorem, illæ propositiones sunt Logicæ inadæquate, concedo Majorem, adæquate nego: sicut enim sunt aliqua conclusiones mixtæ, ita & propositiones, imò omnis conclusio est propositio. Esse autem conclusiones aliquas mixtas patet primò, quia in hac omnis conclusio Theologica propriè talis, est ejusmodi, cum enim una præmissa in syllogismo Theologico sit fidei, altera naturalis, conclusio, nec fidei erit merè, nec naturalis, sed mixta. Idem cernitur in hoc & similibus syllogismis, omnis definitio constat ex genere & differentia, sed animal rationale est definitio hominis, ergo animal rationale constat ex genere & differentia. Major est propositio Logica, Minor Metaphysica, vel Physica quoad rem repræsentatam, conclusio partim Logica quoad prædicatū scilicet, partim

VI.  
Probatur solos actus intellectus immediatè Dialecticæ.

VII.

VIII.  
Agit Logica de subjecto & prædicato reduplicativè.

IX.  
Obijciuntur res in quibusdam

propositionibus Logicæ, nam cognoscere actum intellectus de illo aliquid affirmare, hoc enim est esse subjectum, & idem est esse prædicatum. Unde cum Logica consideret res solum ut sunt prædicata & subjecta reduplicativè, considerat directè & primario solos actus, seu formam per quam sunt formaliter prædicata & subjecta, seu quod eodem recedat, taliter cognita: sicut cum dicimus, paries ut albus, seu reduplicativè disgregat visum, significat vel solâ albedinem, vel saltem primariò visum disgregare, & qui considerat parietè ut album, primariò considerat albedinè, parietem verò solum secundariò.

X.  
Resp. secundò propositionem illam parietem autem conclusiones aliquas mixtas patet primò, quia in hac omnis conclusio Theologica propriè talis, est ejusmodi, cum enim una præmissa in syllogismo Theologico sit fidei, altera naturalis, conclusio, nec fidei erit merè, nec naturalis, sed mixta. Idem cernitur in hoc & similibus syllogismis, omnis definitio constat ex genere & differentia, sed animal rationale est definitio hominis, ergo animal rationale constat ex genere & differentia. Major est propositio Logica, Minor Metaphysica, vel Physica quoad rem repræsentatam, conclusio partim Logica quoad prædicatū scilicet, partim



partim Physica vel Metaphysica quoad subjectum. Idem dic de propositionibus in objectione allatis, quæ ex parte subjecti sunt physicae, ex parte prædicati Logicae, sicque merito consentur mixtae.

XI. Dices tertio: non potest Logica considerare conceptus, quin unâ consideret res; cum enim sint signa & repræsentationes rerum, non potest quis agere de illis quin per se, & directè consideret res per eas repræsentatas. Respondetur negando antecedens, ad probationem dico, per se, & primariò solum agere Logicam de conceptibus, de rebus autem secundariò tantum, per accedens, & in obliquo, quatenus sunt termini actuum, & cum iis necessariam habent connexionem.

De rebus secundariò tantum agit Logica, & per accedens.

XII. Probatur conclusio secundò: si hoc sufficiat ad rationem subjecti alicujus, artis, vel scientiæ, quod mediatè hoc modo, secundariò, & indirectè aliquid actibus illius obijciatur, res omnes contra communem Doctorum sententiam spectabunt ad omnes pænè scientias tanquam earum subjecta: primò ad Logicam, ut fatentur, deinde in Physicâ pertinebunt non ad unum tantum, sed ad varios tractatus, nempe ad tractatum de ubicatione, motu, & actione; ad libros de generatione, & corruptione; ad Animasticam ubi agitur de actibus intellectus, ut repræsentant objecta, de actibus etiam voluntatis, ac sensuum: imò etiam ad Theologiam, idque variis in locis, nempe ubi agitur de omnipotentia Dei, de intellectu ejus & voluntate, de visione beatificâ &c.

Si res sint objectum Logicae, sequitur eas esse objectum omnium scientiarum.

XIII. Confirmatur primò, ex contraria namque sententia sequeretur, picturam, seu artem pingendi (idem est de Sculptura & aliis hujusmodi artibus) agere de rebus omnibus, quia ad earum repræsentationes seu imagines efformandas ordinantur. Cui exemplo eo insisto libentius, quoad Logica picturæ sit simillima, Logica enim, interna quædam pictura est ad internas in mente imagines artificiosè efformandas ordinata, sicut materialis pictura ad externas; & sicut ars pingendi seu pictura docens ut antea dixi, lineamenta docet & tractus artificiosè ducere solum in genere, quæ postea pictura utens (ut ita loquar) ad diversas in particulari imagines efformandas applicat, ita sua habet lineamenta Dialectica, nempe definitionem, divisionem &c. generatim sumpta, quæ sunt quasi tot tractus, quibus Logica Viens spirituales, & internas imagines, in particularibus materiis artificiosè effingit.

Logica non incongruè dicitur ars pingendi.

XIV. Confirmatur secundò: quia eodem modo dici possent pedes humani subjectum artis futuriæ, vel ungulæ equorum subjectum artis fabri ferrarij, cum mediatè illa spectent, id est, intendunt calceos, & ferramenta conficere, quæ illis adaptent, & cum iis necessariam proportionem habere debent. Confirmatur tertio, Artes ab omnibus dividuntur in reales & sermocinales, & Logica inter sermocinales numeratur, non reales, inter quas tamen certè numerari deberet, si æquè primariò res atque sermonem internum consideraret.

XV. Probatur conclusio tertio: Logica est scientia vel ars practica, ergo ad aliquid artificiosè faciendum dirigit, sed in rebus nihil est artificij nisi merè extrinsecè ab actu scilicet artificioso circa illas versante, per quem dicuntur artificiosè cognita, ergo. Confirmatur, objectum materiale est illud, in quod induci debet formale, vel forma artificiosa, sicut materia fabri est ferrum, sed forma artificiosa inducitur in solos actus, non res seu objecta, ergo.

Logica est scientia practica, ergo non potest habere res pro objecto.

XVI. Secunda Conclusio: Præsuppositivè tamen ad actus Logicos requiritur ex Metaphysica cognitio aliqua generalis rerum, seu prædicatorum essentialium. Hoc probat id quod initio hujus sectionis adnotavimus, & videtur per se manifestum, cum enim

Ad Logicam præsuppositivè requiritur cognitio generalis rerum notitia.

Logica tradere debeat regulas conficiendi definitionem v.g. quæ definitur *alus explicans naturam rei*, & dicitur constare debere ex genere & differentia, tanquam ex partibus essentialibus, prærequiritur à Metaphysicâ generalis quædam accepta rerum & prædicatorum essentialium notitia.

Quæres utrum spectet ad Logicam scire hæc, bona sit an mala definitio equi, *equus est animal rugibile*: si enim spectat ad Logicam, jam particulares rationes rerum omnium spectabunt ad Logicam; quod est inauditum; nec tamen videtur ad quam aliam scientiam spectet. Respondetur quoad formam spectare ad Logicam, non quoad materiam, ad Logicam enim spectat scire an constet definitio ex genere & differentia generatim, non utrum hic & nunc rectè sit forma applicata, hoc enim ad Logicam Vientem spectat, sive ad actus aliarum scientiarum directos tamen per Logicam Docentem. Exempli gratia hæc est regula Logicae Docentis. *Omnis definitio bona consistere debet ex genere proprio & differentia propria*, quæ regula si malè applicetur in particulari scientiâ, ad eandem particulari modo spectabit errorem illum corrigere, adjutam tamen à Logica docente seu dirigente, dum enim videt actum suum non conformem regulæ illi Logicae, corrigit, & loco falsæ differentia veram substituit. Et idem est si quis in aliqua scientiâ male utatur principio aliquo Metaphysico, correctio enim activa illius actus ad illam scientiam spectabit, directiva ad Metaphysicam, quia ad principium ex eo desumptum exigere debet actus, illoque firmari.

XVII. Spectetne ad Logicam scire, an hæc sit bona definitio equi, equus est animal rugibile.

Quomodo alias scientias dirigat Metaphysica.

## SECTIO IV.

### Argumenta contententia res esse directum Logicae objectum.

Obijciunt primò Logica agit de genere, & differentia, prædicato, subjecto &c. sed hæc sunt res, animal enim est genus, *rationalis* differentia, ergo Logica agit de rebus. Respondetur distinguendo antecedens, agit Logica de genere, differentia, prædicato, & subjecto formalibus, concedo antecedens, obijctivis nego: docet enim Logica unum de altero enuncicare, enuntiatio autem actus est, unde ait Aristoteles primo prio.c.1. *Propositio est alicujus de aliquo affirmativa, negativa vel oratio*. Id enim docet Logica, in quo ejus artificium cernitur, sed artificium Logicae solum est in actibus verè & propriè, in objectis verò non nisi merè extrinsecè, ut dictum est, ergo soli actus sunt ejus objectum, res verò non nisi secundariò. Quod si cui modus loquendi minus proprius videatur dicere *predicatum vel subjectum formale*, æque certè impropriè loquuntur adversarij, dum vocant res conceptus obijctivos, si enim res aliqua quia concipitur ab actu vocari potest conceptus obijctivus, quidni actus eandem rem concipiens, ac de eâ aliquid enuntians vocari poterit prædicatum vel subjectum formale?

I. Logica agit de subjecto, & prædicato formalibus, non obijctivis.

Obijciunt secundò: In his propositionibus *homo est animal, temperantia est virtus*, animal & virtus etiam ut sunt ex parte obijcti spectant ad Logicam, nam ut sunt ex parte obijcti sunt genera, genera autem spectant ad Logicam. Respondetur distinguendo antecedens, animal & temperantia spectant ad Logicam Vientem, concedo antecedens, ad Logicam Docentem nego, ut ostensum est Sec. præcedente, fine.

II. Virum in hac propositione homo est animal, animal spectat ad Logicam.

Si quis verò dicat hanc esse propositionem *Logica genus est quod predicatur de pluribus differentiis specie*, nam est definitio Porphyrij. Respondetur ly quod predicatur esse ibi idem ac quod est prædicabile nam

III.



ut sit genus non est opus ut actu prædicetur vocaturque quinque prædicabilia, non quinque prædicata, est autem prædicabile formaliter per actum intellectus abstrahentem illud à differentiis specificis, unde ex actu & objecto fit unum genus completum, & actus vocatur genus formale ac logicum, objectum verò materiale & Metaphysicum.

Actus abstrahens est genus Logicum, objectum genus Metaphysicum.

IV. Ostenditur quo pacto axiomata Logica convenienter con-ceptibus formalibus.

Explicatio primi axiomatis. Definitio debet converti cum definito.

V. Explicatio secundi. Quæ convenienter unum tertio, convertunt inter se.

Explicatio tertij. Dicit de nullo.

VI.

Actus definiens constat genere & differentia formalibus, res definita objectivis.

VII. Obijciunt: Logica primo inventa est per actus reflexos supra objecta.

Obijciuntur tertio varia axiomata Logica, quæ videntur esse de rebus immediate, ut definitio debet converti cum definito, quæ convenienter unum tertio &c. dicit de omni & dicit de nullo, & alia hujusmodi quæ videntur esse in rebus, res enim sunt quæ uni tertio & inter se convenient. Respondetur hæc omnia axiomata primario convenire conceptibus formalibus. Ad primum ergo dico definitionem debere converti cum definito nil aliud velle, quàm definitionem formalem in representando debere commensurari naturæ in essendo, si enim plus vel minus representet, non convertitur cum definito, ut si dicam *solum homo est animal*, actus ille non convertitur cum definito, nempe homine, quia illum inadæquate solum representat: actus enim definiens debet esse æquivalens duobus actibus inadæquatis præcedentibus, quibus representabam animal & rationale seorsum: & sicut hic actus non convertitur cum definito ob defectum, ita alius qui plus representaret quam est in objecto non converteretur cum definito ob excessum, ut si quis dicat, *leo est animal rugibile alatum*.

Secundum axioma vult ut postquam quis eliciat rit duos actus representantes duo objecta unita alteri, eliciat actum alium quo illa iudicet uniri inter se. Tertium tantum vult cum quis actu intellectus affirmat aliquid de omnibus individuis sub aliqua specie, vel de omnibus speciebus sub aliquo genere, ut habeat alium actum quo idem de unoquoque in particulari affirmet, vel saltem non habeat actum quo neget, ut si dico, *omnis homo est risibilis*, debeo item dicere, *Petrus est risibilis*, vel saltem non dicere contrarium. Idem est suo modo de principio illo negativo, *Dicit de nullo*, nempe si de omnibus aliquid nego, non debeo affirmare illud de aliquo singulari. Hæc tamen tria ultima sunt principia Metaphysica potius, quàm Logica, licet ab ea usurpentur.

Obijciens quartò: Definitio debet constare ex genere & differentia est axioma Logicum, & tamen directe fertur in res ipsas, nec enim actus definiens constat genere & differentia. Respondetur distinguendo ultimum consequens, actus definiens non constat genere & differentia formalibus, nego consequentiam, objectivis concedo: hoc est actus definiens representat genus & differentiam, & sic representativè est genus & differentia. Actus ergo formalis est genus & differentia æquivalenter, quod nimirum æquivalet hic actus, *homo est animal rationale* his duobus, *homo est animal*, *homo est rationalis*, ubi actus representans animal est genus formale, & actus representans rationalis est formalis differentia.

Obijciunt quintò: Logica inventa est per actus reflexos seu reflectentes, sed non per actus reflectentes supra actus, ergo supra objecta, ergo objecta & non actus sunt objectum materiale Logicæ: Minor probatur ex duplici modo reflexionis, vel enim reflectit quis supra aliorum dicta aut scripta, audiens illos disputantes, aut libros legens, vel proprio studio discurret reflectendo supra suos discursus. Qui ergo audit alium disputantem, vel docentem, aut libros legit habet idem objectum cum disputante, docente, ut scribente, sed ille non habet actus pro objecto, sed solas res, ergo nec alter: &

idem est si reflectat supra id quod ipsemet cogitavit.

Respondeo idem esse utriusque objectum: unde si alter discurret in materia Physica, eliciens actus circa res, audiens in eadem materiâ discurret, & habet res eadem pro objecto, si autem alter discurret ac disputet in materia Logica, sicut objectum disputantis sunt actus intellectus, ita & audientis, nec hinc quicquam sequitur contra nos. Addo ulterius posse eum qui audit alium discurrentem in materiâ physica supra actus ejus reflectere si velit, e. g. dum audit alium dicentem *equus est hinnibilis*, potest dicere, *equus ibi est subiectum & hinnibilis prædicatum*, & tunc est actus Logicus, & considerat *equum & hinnibile* non secundum connexionem naturalem, quam inter se habent à parte rei, sed ut subiectum & prædicatum sunt formaliter, & reduplicativè. formaliter autem sunt talia per actum intellectus illa hoc vel illo ordine cognoscentem. Actus ergo directus, seu Logica utens, constituit prædicatum vel subiectum, actus verò reflexus seu Logica Docens illa considerat sub ratione prædicati vel subiecti per actum præcedentem constituti.

VIII. Satis sit Objectioni.

Actus directus constituit subiectum, reflexus constituit prædicatum.

IX. Obijci. Logica tam agere de demonstratione ut distinguitur à syllogismo probabili.

Obijciunt sextò: Aristoteles in Logica egit de demonstratione ut distincta à syllogismo probabili, seu topico, sed ut sic distinguitur solum per materiam, ergo Logica agit de materia. Confirmatur, id quod movet in demonstratione est quid tenens se ex parte objecti, præmissæ enim ideo movent quia continent in se conclusionem, sed unus actus alium non continet, ergo hoc de objecto intelligitur non de actu, ac proinde agit Logica de objectis.

Ad argumentum Respondeo primò non differre secundum probabilem opinionem demonstrationem & syllogismum topicum in consideratione Logica, cum forma utriusque sit eadem, solum verò appositam ab Aristotele materiam probabilem & necessariam, ut discurrens formam exerceret in utraque materiâ, & ejus vis perciperetur. Respondetur secundò concedendo differre demonstrationem & syllogismum topicum, non tamen propterea tractat Logica de rebus, sed supponendo ex Metaphysica dari essentias & passionem, docet modum conficiendi demonstrationem, dirigendo actus essentiam & passionem representantes. Ad confirmationem concedo objectum movere, sed id non spectat ad Logicam Docentem, nisi remotè in quantum scilicet docet elicere actus circa illud discurrentes. Quod verò dicunt aliqui objecta ut terminantia actus spectare ad Logicam, non probat Logicam agere de rebus immediate, dum enim dicitur objectum ut terminans reduplicatur actus.

X. Resp. primò demonstrationem, & syllogismum probabilem in consideratione Logica non differre. Secundò ad idem argumentum respondetur.

Tandem cum Aristoteles 4 Metaph. textus, asserit ad Dialecticam spectare, agere de omni ente, seu rebus omnibus, intelligendus est instrumentaliter, quatenus scilicet parat instrumenta generalia ad omnes scientias acquirendas, non formaliter & directe, quod verò dicat S. Augustinus: *Aristotelem tractare simul de his quæ sunt, quæ cognoscuntur, & quæ dicuntur*, per hæc significat Categorias vel prædicamenta, quæ non spectant ad Logicam ut supra diximus, & idem dicendum ad testimonium aliorum Patrum, si qui dicant Logicam agere de rebus, nempe vel loqui eos de categoriis, seu prædicamentis, vel solum agere per accidens & secundariò. Cum autem S. Tho. loco supra citato ait non posse quempiam scire secundam intentionem speciei, nisi sciat naturam esse participabilem à pluribus, confirmat nostram secundam conclusionem, nempe supponi ex Metaphysica notitiam aliquam de naturis rerum in communi, & sic fundamentaliter ad Logicam concurrat Metaphysica.

XI. Satis sit Aristoteli.

Quomodo hæc in re intelligendi sint sancti Patres.

Obijciunt



XII. Obicit P. Hur. d. 1. Log. f. 5. n. 93. S. Tho. opusc. 56. circa medium, citantem Avicennam asserentem Logicam esse de secundis intentionibus adjunctis primis. Sed si retulisset verba S. Tho. immediatè sequentia satis nobis aperuissent mentem S. Doctoris, hæc e-

nim verba immediatè adjungit: Ex quo patet quod Logicus non considerat rem subjectam per se. Quid clarius? solum ergo considerat Logicus res per accidens, & secundariò, ut nimirum sunt termini actuum: nec aliud probant verba Avicennæ.

## DISPUTATIO VI.

## Num Apprehensio simplex cadat sub objectum materiale Logica?

**A**pprehensio, inquam, simplex, duas enim alias intellectus operationes ad Logicam spectare certius est, quam ut à quoquam in dubium vocari possit. Imprimis enim Judicium est prima veritatis sedes, & in quo varium artificium relucet: nunc enim in definitionem formatur, nunc divisionem; nunc categoricà propositione, nunc hypotheticà, nunc hoc, nunc illo modo rerum veritatem aperit, quæ multo clarius in discursu cernuntur, ut consideranti patebit.

## SECTIO I.

## Referuntur varia sententiae.

**T**res à Philosophis assignantur intellectus nostri operationes, Apprehensio, Judicium, & Discursus. Apprehensio, licet latè sumpta conveniat omni actui intellectus, sic enim accepta idem est, ac representatio (omnis quippe actus est imago, & representatio sui objecti) propriè tamen est actus qui objectum simplici quodam modo representat instar sensationis (à qua solum hoc discrepat, quod illa spiritalis sit hæc materialis) nihil de eo affirmando vel negando, quæ de causâ simplex dicitur Apprehensio, & ab Aristotele simplicium Apprehensio, à S. Tho. simplicium intelligentia. Hæc porro apprehensio duplex est, complexa & incomplexa, incomplexa ea dicitur, quæ rem simplicem representat, puta hominem, calorem, albedinem. Complexa illa est, quæ objecta representat ex prioribus composita, & aliquando cum copula, ut dum hanc audit quis propositionem, *astra sunt paria*, apprehendit totum illud, sed ita esse vel non esse nec affirmat, nec negat.

Sequitur apprehensionem Judicium, quod licet eadem objecta percipiat quæ Apprehensio, non tamen eodem modo, relinquendo scilicet intellectum suspensum, sed determinando ad alteram partem contradictionis, ac propterea vocatur Judicium, quod more Judicis, de propositis sibi per Apprehensionem, sententiam ferat, vel affirmando se ita rem habere, vel negando.

Discursus supponit duas priores operationes, & si nominis etymologiam spectemus, est quasi mentalis quidam cursus ab uno actu & objecto ad aliud: remotè ergo supponit Apprehensionem, proximè verò duo Judicia, post quæ elicitur, ut omne rationale est risibile, omnis homo est rationalis, ergo omnis homo est risibilis. Constitit ergo vel in istis tribus judiciis, ut aliqui existimant, vel ut alij, & magis probabiliter ut ostendam postea disp. 47. l. 1. in ultimo tantum actu, seu conclusione, cum ab Aristot. primò Postter. definitur esse cognitio unius veritatis per aliam & post aliam, distinguiturque à judicio nudo, quod duo inter se objecta uniat, non ob immediatam eorum connexionem, sed quia unita illa videbat intellectus cum medio in Præmissis: ut in discursu jam posito ideo conjungo hominem & risibile inter se in conclusione, quia utrumque conjunctum vidi cum rationali in Præmissis.

Præsens ergo difficultas præcipuè procedit de simplici Apprehensione: in qua prima sententia negat eam spectare ad Logicam: ita ex Recentioribus multum cum P. Hurtado d. 1. Log. f. 2. n. 16. Argumenta cum solutionibus proponuntur postea.

Conclusio: prima Apprehensio spectat ad Logicam, ita illi omnes qui aiunt omnes tres operationes intellectus esse objectum Logicae, colligiturque ex S. Tho. primò perihierm. & primò Postter. lec. 1. ubi triplicem hanc intellectus operationem ad Logicam spectare asserit. Ratio à priori est: Id omne est objectum Logicae quod dirigibile est Logici regulis, sed prima apprehensio est dirigibilis regulis Logici, ergo: Major ab omnibus conceditur, estque per se manifesta: Minor probatur, actus representans animal rationale est artificiosus, procedens secundum regulas Logicas, & est apprehensio definitiva constans ex genere & differentia, ut præcipit Logica, nam quid oro illi accrescit artificij ex eo quod apponatur est, & fiat judicium, quod tamen si contingat, vel ipsis adversariis fatentibus est actus artificiosus & spectans ad Logicam.

Confirmatur, docet Logica definitionem constare debere ex genere proprio, & differentia substantiali, non accidentali, unde hæc non est bona definitio hominis, *animal bipes*, sed solum descriptio, Logica verò docet definitionem ut distinguitur à descriptione: item docet debere definitionem ex genere proximo constare, & differentia ultimâ non debere proximam addi superfluum, ut si quis definitionem hominis concipiat, *animal sensibile rationale*, nec minus etiam representari debere quam est in re, unde esset mala, si pro hominis definitione quis, solum conciperet *animal*, & alia hujusmodi quæ omnia in prima apprehensione reperiuntur. Ad quam autem scientiam spectant hæc, nisi ad Logicam, cujus proprium est præscribere regulas rectè definiendi, ac dividendi.

Probatur secundo, per se agit Logica de genere, differentiâ, specie formalibus solum sumptis, ut conducunt ad definitiones faciendas, sic enim cadunt sub considerationem Logicam, nam scientia quæ per se agit de toto, per se agit de partibus, Logica verò agit per se de definitione & divisione, ergo & de genere ac differentia, quæ per se ad definitionis constructionem ordinantur, ac proinde eorum cognitio ad definitionem necessariò est prærequisita, sicut cognitio animæ & corporis ad conficiendam definitionem physicam. Et ad illum finem Prædictabilia in Logica tractantur, Quamvis artificium Logicum apprehensionis clarius constet in apprehensione complexâ, quam in incomplexâ.

## SECTIO II.

## Diluuntur argumenta Apprehensionem simplicem à Logica excludentia.

**O**bicies primò: simplex Apprehensio non est modus sciendi, ergo non cadit sub objectum Logicae.

IV. Prima sententia negat apprehensionem spectare ad logicam.

V. Prima apprehensio spectat ad Logicam.

Ratio est, quia apprehensio est dirigibilis regulis logicis.

VI.

Logica varias tradit regulas circa definitionem apprehensionem.

VII. Scientia, quæ agit per se de toto, agit per se de partibus.

Mens S. Thomæ in hac controversia de veris & conceptibus.

Secundum & tertiam intellectus operationem ad Logicam spectare certum est.

Tres intellectus operationes.

Apprehensio duplex, complexa & incomplexa.

II. Judicium in eadem objecta tendit cum Apprehensione, sed modo diversum.

III. Discursus recta intellectus operatio.

In quo recta operatio differat à secundâ.



Obj: simpli-  
cem apprehen-  
sionem  
non esse mo-  
dum sciendi.

Resp. esse  
modum scien-  
di inchoa-  
tum.

Apprehensio  
complexa est  
modum scien-  
di inchoa-  
tum.

II.  
Obj: Appre-  
hen. simp.  
non esse ca-  
pacem direc-  
tionis Logi-  
ca.

Retorquetur  
argumentum.

Prima om-  
nium appre-  
hensio dirigi  
nequit, reli-  
qua possunt.

III.  
Potentia,  
quo perfec-  
tiores ma-  
gis voluntati  
parent,  
quo imper-  
fectiores, mi-  
nus.

IV.  
Quomodo  
corrigatur  
apprehensio.

Logica, probatur antecedens, nam apprehensio non facit scire, dum enim apprehendo astra esse paria e. g. paria sint necne ignoro, cum nihil affirmem. Respondetur si de apprehensione incomplexa sic sermo, non esse modum sciendi, & sic concedo antecedens, distinguo autem consequens, non spectat ad Logicam tanquam modum sciendi, concedo consequentiam, non spectat tanquam dispositio quædam, quæ faciliores reddimur ad modum sciendi expeditius postea construendum, nego: sic enim in introductione exercemus nos in terminis vocalibus & mentalibus extra propositionem cognoscendis, ut minore postea difficultate propositionem mentalem conficiamus. Si verò sermo sit de apprehensione complexa, distinguo antecedens argumenti, non est modum sciendi rigorosè, qui scilicet faciat perfectè scire affirmando vel negando, concedo antecedens, non est modum sciendi latè sumptus, seu quomodocunque nego: aliquo enim modo explicat objectum, clarius enim represento hominem cum concipio animal rationale quam concipio solum hunc terminum homo ut constat.

Objicies secundò: Apprehensio simplex non est capax directionis Logica, ergo non est Logica obiectum, antecedens patet, intellectus enim necessariò apprehendit objectum prout illi proponitur, ergo non spectabit ejus directio ad Logicam, sed ad scientiam, quæ proponit objectum. Respondetur negando primum antecedens, ad probationem dico primò, etiam intellectum necessariò judicare in demonstratione, & perfectissimis syllogismis, ubi ab evidentia veritatis vincitur, nullus tamen opinor negabit ad conclusionem demonstrandam posse intellectum dirigi. Respondetur secundò distinguendo idem antecedens, prima omnium apprehensionum non potest dirigi, concedo antecedens, sequentes dirigi non possunt, nego, nam ante primam apprehensionem non advertit intellectus se maldè apprehendere, sed ubi semel adverterit, potest imperio voluntatis ab apprehensione illa desistere, & aliam rectam illius loco substituere: ac tandem ubi facilitatem in rectis formandis apprehensionibus acquisivit, tunc, etiam primò rectè poterit apprehendere. Ad pleniorum ejus intelligentiam

Advertendum ex libris de Anima: omnes animæ potentias voluntatis imperio aliquo modo subjacere, sed non æquali omnes gradu, at quo perfectiores sunt potentia, eo magis, quo imperfectiores eo minus ei parent. Unde vegetativæ minus subijciuntur voluntati quam sensitivæ, visus scilicet & auditus: sensus etiam minus quam intellectus; & in intellectu ipso quo operatio est imperfectior, eo minus subest regimini voluntatis. Apprehensio ergo utpote spiritualis, licet magis subest voluntati quam sensus, nam in sensu, visu v. g. non potest efficere voluntas ut circa propositum objectum actus mutet, potest tamen in intellectu respectu apprehensionis: at respectu judicii, quæ est perfectissima intellectus operatio, præstare potest voluntas non solum ut actus mutet, nunc scilicet directam, nunc indirectam conclusionem inferendo, ut in Barbara, & Baralipton ex iisdem præmissis, sed planè, (quod multi docent) ut ab omni actu judicii etiam proposito objecto subinde cesset.

Hoc ergo modo corrigitur apprehensio, non quòd actus qui semel est falsus emendetur, hoc enim in Apprehensione est impossibile, sicut & in Indi-

cio, sed ut illo actu relicto alius ad regulas artis ex-actus ejus loco substituitur.

Objicies tertio: quod quis melius alio rem quam ipsam apprehendat ex eo provenit, vel quod acutior, & perfectior habeat intellectum, vel quod magis versatus sit in illa sententiâ: ut materiam primam melius is apprehendit, qui physicam audivit, quam alius, qui illius scientiæ est ignarus. Respondetur distinguendo antecedens quoad perfectionem entitativam actus, substantialem & physicam, ut vocant, concedo antecedens, quoad perfectionem accidentalem, nego.

Quoad perfectionem ergo accidentalem actus, quod scilicet conformetur regulis artis, nec actus intellectus Angelis superant actus cujuscumque hominis, si hi procedant, & formentur secundum regulas artis, nam si regulæ artis sint norma cui conformari debent actus, si illis sint æqualiter conformes, sunt in hac perfectione æquales. Major ergo perfectio physica apprehensionis provenit ex perfectione majori intellectus, vel cognitione objecti, accidentalis verò ex regulis Logica quibus dirigitur.

Objicies quartò: si apprehensio spectat ad Logicam, ergo & sensus externi, visio e. g. sequela patet, ideo namque per nos apprehensio spectat ad Logicam, quia ex eâ oriuntur errores, sed ex sensibus etiam externis oriuntur errores, fallitur enim sæpe visus, ut in vitro trigono collo columbæ, & remo in aquâ, ubi videtur videre quod non videt, cum ibi verè colores & curvitas non sint. Confirmatur, nam saltem phantasia ad logicam spectabit, cum eadem operâ corrigatur cum apprehensione.

Ad argumentum respondetur negando sequelam: ad probationem dico non ideo præcisè affirmare nos apprehensionem spectare ad Logicam, quia in eâ contingunt errores, sed quia contingunt errores corrigibiles à Logica per regulas ab eâ præscriptas. Ad confirmationem dico, non esse inconveniens concedere phantasia, per accidens dirigi à Logica, cum enim semper connectantur pro hoc statu actus apprehensionis & phantasie, correctâ apprehensione, consequenter corrigitur phantasia, Logica verò per suas regulas tantum intendit directè corrigere apprehensionem, utpote quæ dispositio est proxima ad actum judicii.

Objicies quintò: Objectum Logica adæquatum, sunt actus quibus aliæ scientiæ opinativè vel scientificè versantur circa sua objecta. Nego antecedens, sed illi etiam actus ad Logicam spectant, qui sunt dispositiones proximæ & facilitant ad actus opinativos, vel scientificos eliciendos, videlicet apprehensiones, cum hæc etiam dirigi possint, & debeant.

Objicies sextò: In primâ apprehensione esse non potest falsitas, ergo nec dirigi potest, nec corrigi. Respondetur negando consequentiam, nam licet in apprehensione simplici propriè non possit esse falsitas, cum conformis semper sit suo objecto, ut infra ostendam d. 44. l. 2. potest tamen esse defectus infra ostendam d. 44. l. 2. potest tamen esse defectus & error in simplici apprehensione, ut si pistor delinquant hominem cum sex digitis in manu, vel Petrum nigrum qui est albus, illa non esset falsa imago Petri albi, sed vera hominis nigri. Sic Apprehensio falsa nunquam est, licet erret (ubinde, & hominem in errorem inducat, in quâ proinde reperitur error, & defectus (ut si repræsentaret Petrum cum uno tantum oculo, vel brachio) non falsitas.



# DISPUTATIO VII.

## Quodnam sit subjectum Attributionis Logicae?

Septemdecim diversa sunt hac de re sententiae.

**Q**UOT capita tot sententiae. Nullibi in studio philosophico major opinandi libertas. Septemdecim diversa vidi diversorum hac de re placita; Unoquoque acriter suam stabilire sententiam contentente, & veluti Spartam adepto quam adornet, nullum non movente lapidem, ut id, cui primas is in Logica defert, dignitate ac praestantia ceteris omnibus antecellat. Praecipuas hic sententias attexam, omnes enim referre nec otium est nec animus. In tanta verò opinandi varietate certi aliquid statuere, & in quo firmiter quis figat pedem, factu fortasse difficilius est, quam quivis arbitretur.

### SECTIO PRIMA.

#### Quorundam de subiecto Attributionis Logicae sententiae.

I. Negant aliqui dari subiectum Attributionis Logicae.

**N**ONnulli parum interesse censentes solvatur nodus Gordius, an scindatur, ut ab hac se difficultate expediant, negant unum aliquid dari ad quod cetera omnia referantur, quodque in Attributionis subiectum assumatur. Animadvertent nimirum in subiecto Attributionis Logicae assignando non parum negotij esse, novisque indices nodos, novos nexus occurrere, quique aegre solvi possent. Quid remedium? scindantur, inquit, negetur obiectum Attributionis, finita lis est, soluta questio.

II. Hic philosophandi modus magnam partem in scientiis confusione.

At sanè hoc non solvere difficultatem, sed fugere est, & ordine sublato, deordinationem in scientiis, & confusione inducere, rebusque per se non claris novas tenebras offundere. Dum enim primum illud & praecipuum obiectum, quodque ut finis ultimus, ac scopus statui solet, tollitur, quo quaque scientia tendat ignotum relinquitur: sicque in scientiis obscuritatis non parum reperitur necesse est, confusione plurimum, certi nihil. Ad huius ergo sententiae impugnationem.

III. Ad obiectum Attributionis duo requiruntur. Differentia inter Obiectum Attributionis, & Principale.

Notandum primò ad obiectum Attributionis duo in omni scientia requiri ut scilicet & de illo in scientia illa tractetur, & ut illius gratia ad perfectiorem scilicet illius cognitionem acquirendam, cetera in illa scientia tractentur omnia. Hinc ortum habet distinctio illa obiecti, in obiectum Attributionis & Principale, quae sicut includens & includum ad se invicem comparantur, hoc enim in illo includitur, non è contra. Unde si contingat de nobili aliquo obiecto in scientia quapiam disputari, ad quod tamen cetera non referantur, id Principale obiectum erit, non Attributionis.

IV. Quomodo reliqua ordinari debeant ad subiectum Attributionis.

Notandum secundò: Dum dicimus ad subiectum Attributionis requiri ut omnia quae in illa scientia tractantur, ad illud referri debeant, id intelligi ordinatione scientiae, non scientis, nec enim ad hoc sufficit quod quis rem aliquam in ordine ad aliud disputet, sed requiritur ut res ipsa in ratione scibilibus ad illud ex natura sua ordinetur, & ad perfectiorem illius notitiam conducatur.

V. Quae ad aliorum ordinantur. Possunt per se esse scitum digna.

Notandum tertio, hanc nihilominus connexionem & subordinationem non necessariò tantam esse, ut quae ad alterius cognitionem illustrandam ordinantur, si ea ab hoc ordine praescindamus, nihil in se scitu dignum contineant. Haec enim & similes

in Theologia veritates Iustitia virtus est quae ad suum cuique tribuendum excitat, temperantia ad inordinatos animi motus frangendos deservit, licet ad perfectiorem Dei, boni omnis fontis & originis cognitionem conducant, per se tamen, & praescindendo ab hoc ordine sunt expetibiles. Sicut in voluntatis, & si quaedam merè in ordine ad finem, & secundum bonum utile sint expetibilia, ut portio amara, scissio, venæ, & similia in ordine ad sanitatē, alia tamen sunt, ut amæna deambulatio, recreatio honesta, & ejusmodi, quae licet ad hunc etiam finem conducant, propter alios tamen fines sunt expetibilia. Idem ergo est in intellectu.

Explicitur exemplo voluntatis.

Postremò notandum ad hanc subordinationem obiecti attributi ad Attributionis in esse scibilibus sufficere, ut vel tanquam vitiosum referatur ad integrum, vel minùs perfectum ad perfectius, ut hac ratione obiecti Attributionis dignitas magis innotescat. Sic Philosophus moralis de virtute differit, & vitio, utpote ut cuius notitia virtuti aliquis accrescit splendor, sic medicus de sanitate & morbis, Physicus de luce agit & tenebris, ex quarum nimirum consideratione luci lucis aliqua fit accessio. Sic Logicus de syllogismo sophistico ac probabili disputat & demonstratione, eo scilicet fine ut opposita juxta se posita magis elucescant.

VI. Varii modi quibus unum obiectum referatur ad aliud. Ex vitio & vitio, utpote ut cuius notitia virtuti aliquis accrescit splendor, sic medicus de sanitate & morbis, Physicus de luce agit & tenebris, ex quarum nimirum consideratione luci lucis aliqua fit accessio. Sic Logicus de syllogismo sophistico ac probabili disputat & demonstratione, eo scilicet fine ut opposita juxta se posita magis elucescant.

Ex his ergo rectè deducitur in plerisque scientiis unum aliquod obiectum reperiri non difficile ter posse, ad quod reliqua illic tractata referantur, vel tanquam partes ad totum, vel ut effectus ad causam, proprietates ad essentiam, vitiosa ad integrum, imperfecta ad perfectum, vel quid simile nec merè disparatè se ad illud habeant, sicut cognitio formicæ ad Angelum, sed pertinenter, & cum subordinatione aliqua, sicque illius cognitio ad perfectam alterius cognitionem conducatur. Confirmatur: nam quoad Logicam in particulari, huiusmodi obiectum assignabitur, quae est optima huius sententiae impugnatio.

VII. Quae ratio in plerisque scientiis reperitur.

Alii, si tamen alii (utramque enim sententiam eodem recidere existimo) in hac obiectorum dignitate veluti contentione tetrarchiam quandam instituunt; quatuor itaque Attributionis obiecta pariter inter se perfectionis, pariter praestantiae statuunt, nempe propositionem, Argumentationem, modum sciendi ut sic, & actum intellectus ut sic, inter quae Dialecticæ fines ac limites ex æquo patiuntur.

VIII. Nonnulli quatuor Attributionis obiecta in Logica statuunt.

Sed eodem modo impugnantur quo praecedens sententia, qui enim in scientia aliqua plura Attributionis obiecta quam unum statuit, nullum statuit. Deinde ut hanc suam opinionem stabiliant, novā sibi fingunt obiecti Attributionis notionē, quod si quis facere voluerit, non quatuor tantum, sed quater quatuor Attributionis obiecta in quavis facile scientia reperiet. Sicut si quis novam definitionem solis cudat, dicatque, sol est corpus luminosum in sphaera celestibus intermicans, tot in caelo soles posuerit, quot stellas. His satis superque refellitur haec sententia: quare cum ea fusè & benè refuter P. Arriaga d. z. Log. l. 5. ulteriori illius impugnatione super sedeo. Videatur ipse loco citato.

IX. Qui plura Attributionis obiecta statuunt, nullum statuit.

Terriò alij tres modos sciendi, definitionem scilicet, divisionem & argumentationem. Quartò Nonnulli propositionē iis adiciendo, haec quatuor obiectum Attributionis Logicae esse pronunciant. Quae sententia

X. Duae aliae sententiae de obiecto Attributionis Logicae.



tentia vel ex eo improbantur, quod cum natura objecti Attributionis aperte pugnent, illud quippe est ad quod cetera omnia in illa scientia referuntur, hi vero auctores cum tria vel quatuor Attributionis objecta statuunt, perinde est, ut dixi, ac si nulum statuerent, cum nulum per ipsos sit ad quod cetera referantur, quae in illa scientia tractantur.

**XI.** Alij modum sciendi in communi prout a definitione abstrahit, Divisione, & Argumentatione. At sane haec imperfecta admodum videtur modum sciendi cognitio, nec per se scitu digna, in scientia praesertim practica cum ex vi huius adeo generalis notitiae, non Definitionem, non Divisionem, nec ullum omnino sciendi modum conficere quis possit.

**XII.** Sexto Albertus Magnus tract. secundo in Porphy. c. 4. & alij, Argumentationem in communi. Septimo nonnulli syllogismum Attributionis Logicae subiectum esse asserunt. Sed neutrum probat: non primum, nec enim est cur definitionem quis a subiecto Attributionis excludat, ut postea videbimus. Non secundum, quia cum de Demonstratione per se agat Logica, syllogismus probabilis ad eam refertur, cum sit in eo genere perfectissimum. Quod verò Logica per se agat de Demonstratione, probatur primo ex Aristotele qui id in sua Logica praestitit, deinde peculiare ab Aristo. & Dialecticis assignantur ad Demonstrationem conficiendam regulae, dicitur enim debere esse ex primis immediatis &c. ergo illius cognitio per se in Dialectica & primario est expectanda.

Logica per se agit de Demonstratione.

## SECTIO II.

*Nec Propositio per se nota, nec conclusio est objectum Attributionis Logicae.*

**I.** Octava itaque sententia est docti cuiusdam recentioris, qui Propositionem statuit objectum Attributionis Dialecticae, non quidem propositionem in communi, sed prout ad prima principia descendit, illud maximè, non potest idem simul esse & non esse. Unde hanc propositionem seu principium reliquis omnibus de quibus in Logica tractatur praefert, & objectum illius Attributionis constituit.

**II.** Ratio est, si enim dignitatem spectemus, propositio haec est aeterna, ut ajunt, veritatis, & cognitum dignissima; imò prima principia, inter quae primum haec locum obtinet, dignitates à Philosophis non cupantur: si certitudinem, oraculum est Metaphysicum: si claritatem, ex prima statim terminorum apprehensione intellectum in sui assensum vel nolentem rapit: si denique utilitatem, haec in omni sui parte ac discursu utitur Dialectica, huic innititur tanquam fundamento. Quidni ergo huic primae deferantur in Logica? hanc Attributionis objectum constitui quid vetat? Haec sententia sine dubio est plausibilis.

**III.** Sed contra primò, quia enim pars huius principij spectat ad Logicam, nec enim quidquam artificij sui in eo invenit Dialectica, nisi in quantum propositio est, seu praedicatum connectit cum subiecto in quo propositiones omnes sunt pares; reliqua quae in illo reperiuntur spectant ad Metaphysicam. Sin verò ideo ad Logicam spectare illud quis dicat, quod eo utatur Logica; pari jure Definitionem, ac Divisionem ad Physicam spectare dicat & Metaphysicam, cum his non minus utatur haec scientia, quam Logica illo principio.

**IV.** Contra secundò non minus alijs utitur principiis Dialectica quam illo supra posito, ut dicit de omni,

dici de nullo; quae sunt eadem uni tertio sunt eadem Non uno inter se, quae ipsi norma est & regula, in qua omnem tantum argumentationem fundat, ergo non hoc principium in particulari, sed primum principium ut sic, statuendum est subiectum Attributionis Logicae, quae sententia sectione praecedente impugnata in aquo Dialectica.

Contra tertio, ut enim sciamus quid praecipue spectet ad Logicam, sitque peculiare illius objectum, non spectandum solum quid juret scientias, sed quid magis eas juret dependentem à Logica; cum ergo definitio & maximè ad rem cognitio nem deferat, utpote essentiam cuiusque rei manifestans, & in ea artificij Logici multo plus reperitur quam in huiusmodi propositione per se non rationem, potiore jure statuetur objectum Attributionis Logicae.

Dices primò, utitur hac propositione Logica, ergo est objectum illius. Contra primò utitur ea Physica, utuntur aliæ scientiae, earum ergo similiter est objectum. Contra secundò: etiam utitur intellectui, ergo vis nativa intellectus, & species erunt objectum Logicae. Dices de intellectu aut speciebus non tractat Logica, tractat de hac propositione. Contra: merè de illa tractat in quantum in ea relucet artificium commune propositionis, imò minus aliquo modo quam de alijs propositionibus, cum intellectus, his terminis propositis, velit nolit in assensum prorumpat.

Dices secundò: est omnium Logica actuum fundamentum, ergo est objectum illius Attributionis. Contra primò: domus innititur fundamento, ergo hoc est objectum Attributionis Architecturae. Contra secundò: hoc quod est esse fundamentum, non accipit à Logica, sed vel à Metaphysica, vel ab ipso lumine naturali, quorum ergo hoc nomine erit objectum Logica?

Nona opinio est Averis, q. 2. f. 5. quem sequuntur Recentiores aliqui, nempe conclusionem esse objectum Attributionis Logicae. Pro hac sententia afferri argumentum potest ad speciem non improbabilem, ut enim argumetur, illud subiectum est Attributionis cuiuscumque scientiae, de quo per se agit in illa scientia, & ad quod cetera omnia quae in illa tractantur referuntur, sed ejusmodi est conclusio in Logica, ergo. Minor in qua est difficultas probatur, quare enim terminos apprehendimus, nisi ut propositionem componamus? quare propositionem addiscimus, nisi ut eandem tanquam praemissam in syllogismo statuamus? ad quid verò praemissa nisi ad conclusionem inferendam? ergo ultima omnium est conclusio, & ad illam comparandam cetera omnia referuntur.

At sane parum urget hoc argumentum, eadem enim prorsus formam probaret quis quantitatem, vel motum, & non corpus naturale esse subiectum Attributionis Physicae, sic enim pari modo argumentum deduco: quare materiam primam sigillatim, & unionem, & formam considero, nisi ut inde essentiam compositi dignoscam? quare compositi essentiam inquiri? ut passiones, quarum cognitio necessario à cognitione essentiae dependet pervestigem, ergo passio corporis naturalis, non ipsum corpus naturale, est subiectum Attributionis Physicae, quod philosophus nemo concedat.

Ad argumentum ergo Resp. distinguendo Minorem; ad conclusionem referuntur omnia primaria, nego Minorem; secundario, concedo, sicut eodem modo causa refertur ad effectum ultimum secundario, causa enim in hoc sensu est propter effectum, sicut & potentia propter actum, non tamen primario, hoc etenim sensu actus potius est propter potentiam,

V.

Logica per Definitionem magis juret scientias, quam per huiusmodi propositionem.

VI.

Physica & aliae scientiae aequè utuntur hac propositione, ac Logica.

VII.

Ex eo quod illa utatur Logica, non inferitur esse subiectum illius Attributionis.

VIII.

Nona opinio nona opinio Conclusionem statuit Obiectum Attributionis Logicae. Ratio est, quia omnia ordinantur ad inferendam Conclusionem.

IX.

Retorqueatur hoc argumentum, & ostendatur esse inefficax.

X.

Resp. ad argumentum dem omnia ad conclusionem referri tantum secundario.



potentiam, ordinatur siquidem ad eam perficiendam. Sic ergo cum præmissæ causæ sint conclusionis, definitionis vel divisionis cognitio magis principaliter intenditur à Logica, quam intendatur conclusio, quæ est definitionis vel divisionis effectus.

**XI.** *Conclusio non est æque perfecta ac utraque præmissa.*  
Arguunt secundò, conclusio intensivè est æque perfecta atque utraque præmissa, ergo primariò conclusionem intendit Logica. Verùm minùs firmum est hoc fundamentum quàm præcedens, primò enim præmissæ non sunt causa univoca, sed æquivoca respectu conclusionis, causa autem æquivoca principalis perfectior semper est effectui, ut patet in essentia respectu proprietatum, & aliis. Secundò; quia si esset æque perfecta ac utraque præmissa, esset quia in se complecteretur objecta & virtutem præmissarum, quod tamen infra d. 47. f. 4. ostendam esse falsum.

**XII.** *Nullum est artificium in elicienda conclusione, aliud quippiam (nempe conclusio) ab his quæ posita sunt, necesse est accidit eo quod hæc sunt.*  
Uterius etiam impugnari potest hæc opinio, quia secundum Aristotelem primò prior. c. 2. *sylogismus est oratio in qua, quibusdam positis, (hoc est præmissis) aliud quippiam (nempe conclusio) ab his quæ posita sunt, necesse est accidit eo quod hæc sunt*, ergo conclusio necesse est sequitur ad positionem præmissarum, ergo nullum est artificium in elicienda conclusione, sed totum artificium est in disponendis præmissis. Sicut in agricultura totum artificium est in plantandis herbis & arboribus, putandis, rigandis &c. postea vero necessariò & sine arte flores nascuntur, & fructus. Eodem modo conclusio ex sua radice pullulat, videlicet præmissis.

### SECTIO III.

*Objectum attributionis Logica non sunt præmissæ recte dispositæ, nec Demonstratio.*

**I.** *Tres restant sententiæ, quæ pari fermè probabilitate procedunt, ita ut dubius hac in re aliquandiu hæserim, quam reliquis præferrem, quinque sectione primâ Tetrarchiam reieci, hic fermè instituerim Triumviratum.*  
Prima itaque ex tribus, quæ ordine decima est ex relatis, eorum est, qui objectum Attributionis Logicæ docent esse Præmissas recto ordine juxta præscriptas à Dialectica leges ad conclusionem ritè inferendam dispositas, in hoc enim tota ars syllogistica consistit; præmissis namque rectè dispositis, sequitur suapte natura conclusio, ut proximè diximus. Hoc ergo est quod primò spectat Dialectica, hic præcipuus disputatricis scientiæ scopus.

**III.** *Hæc sententia probabilissima est: cur autem eam non amplectar, dicam in hujus sectionis decursu, eadem enim fermè est hujus & sequentis opinionis impugnatio.*  
Undecima sententia affirmat Demonstrationem esse subjectum Attributionis Logicæ: ita Mur. d. proœm. q. 2. Con. 2. inclinat Val. 1. p. d. 4. c. 10. tenet P. Hur. d. 1. f. 7. per totam, & P. Arriaga d. 2. Log. sec. 5. sub. 3. quibuscum præcipuè nobis erit hac in re disceptatio. Quam etiam sententiam plurimi sequuntur ex Recentioribus, estque hodie fere communis.

**IV.** *Contra primò, ideo hujus sententiæ auctores modum sciendi ut sic ab objecto Attributionis Logicæ rejiciunt, quia est objectum nimis indeterminatum, cum maxima sit varietas in modo sciendi, definitione scilicet, divisione, & Demonstratione, ad quas conficiendas modus sciendi ut sic ordinatur ut pars eorum Metaphysica: sed maxima etiam est varietas in demonstrationibus, ad quas construendas ordinatur demonstratio ut sic tanquam pars earum Metaphysica, ergo: Minor probatur primò: Diversæ regulæ*

*traduntur ad conficiendam demonstrationem Quia, seu à posteriori, à regulis ad demonstrationem propter quid, seu à priori. Secundò, In demonstrationibus maxima quoad artificium Logicum est varietas, nunc enim affirmativæ propositiones assumendæ sunt, nunc negativæ, nunc universales, nunc particulares, nunc universalis & affirmativa una, nunc particularis & negativa altera, ergo Demonstratio ut sic nimis generale quiddam est, & indeterminatum, ut sit objectum Attributionis Logicæ.*  
Confir. potest quis perfectè nosse conficere demonstrationem in Barbara, & tamen ignorare modum Demonstrationem conficiendi in Ferio, vel alio modo etiam ex quatuor primis primæ figuræ, propter diversissimum in eis repertum artificium; non minùs quàm quis nosse potest modum definiendi & non dividendi, ob quam causam ipsi modum sciendi ut sic ab objecto Attributionis Logicæ rejiciunt. Parum ergo consequenter loquuntur dum pro hoc munere assignant Demonstrationem ut sic.

**VI.** *Uterius hoc idem declaratur.*  
Secundò impugnatur illa sententia, totum enim artificium Logicum in Demonstratione repertum, in solis præmissis situm est, his enim positis necessariò sequitur conclusio, unde meo judicio illa sententia, quæ objectum Attributionis Logicæ statuit præmissas rectè coordinatas, hac multo est probabilior.

**VII.** *Prior sententia est hac probabilior.*  
Dices etiam errari potest in inferenda conclusione, aliquando enim directè concluditur, aliquando indirectè; unde ad conclusionem etiam traduntur à Dialecticis regulæ. Contra, in quatuor primis modis primæ figuræ non assignantur ejusmodi regulæ, sed solum in quibusdam imperfectis, ergo quatuor illi modi primæ figuræ statui deberent pro objecto Attributionis, utpote ad quos reducuntur & esse objectum referuntur reliqui, non minùs quam syllogismus probabilis ad Demonstrationem.

**VIII.** *Sequenter omnes quatuor primos modos primæ figuræ statui deberent pro objecto Attributionis, utpote ad quos reducuntur & esse objectum referuntur reliqui, non minùs quam syllogismus probabilis ad Demonstrationem.*  
Tertiò contra utramque sententiam est, quia statui aliquid potest multò hoc munere dignius, ut videbimus sec. sequente.

**IX.** *Statuitur Objectum Attributionis Logica.*  
Prima conclusio: Definitio est objectum principale Logicæ. Objectum principale alicujus scientiæ, ut supra dixi, est illud, quod in ea est scitu dignissimum, sive reliqua quæ in illa scientia tractantur ad illud referantur, sive non, & in hoc differt ab objecto Attributionis. Hanc saltem conclusionem probant quæ mox afferam ad secundæ conclusionis probationem.

**X.** *Secundæ conclusio, Definitio est objectum Attributionis Logicæ. Ratio à priori: minus Logice est parare instrumenta sciendi, inde enim dicitur instrumentalis scientia, & scientiarum clavis, quod instrumenta scilicet & claves præparet, quibus scientiæ omnes, in suâ quæque materiâ difficultates occurrentes referent, sed præcipuum sciendi instrumentum est definitio, ergo. Major est certa, & ab omnibus admittitur, Logicæ enim munus est intellectus operationes in aliis scientiis dirigere, ut dictum est. Minor itaque probatur: Illud est perfectissimum instrumentum sciendi, quod perfectissimè manifestat objectum, sed Definitio perfectissimè manifestat objectum, ergo, probatur Minor, illa cognitio perfectissimè manifestat objectum, quæ naturam ejus & essentiam declarat, sed Definitio declarat essentiam, utpote quæ datur per partes essentielles, genus scilicet & differentiam, ergo, probatur Major, primus namque & præcipuus cujusque rei conceptus est essentia,*

### SECTIO IV.

*Statuitur Objectum Attributionis Logica.*

**I.** *Definitio est objectum principale Logica.*  
Prima conclusio: Definitio est objectum principale Logicæ. Objectum principale alicujus scientiæ, ut supra dixi, est illud, quod in ea est scitu dignissimum, sive reliqua quæ in illa scientia tractantur ad illud referantur, sive non, & in hoc differt ab objecto Attributionis. Hanc saltem conclusionem probant quæ mox afferam ad secundæ conclusionis probationem.

**II.** *Objectum Attributionis Logicæ est Definitio.*  
Secundæ conclusio, Definitio est objectum Attributionis Logicæ. Ratio à priori: minus Logice est parare instrumenta sciendi, inde enim dicitur instrumentalis scientia, & scientiarum clavis, quod instrumenta scilicet & claves præparet, quibus scientiæ omnes, in suâ quæque materiâ difficultates occurrentes referent, sed præcipuum sciendi instrumentum est definitio, ergo. Major est certa, & ab omnibus admittitur, Logicæ enim munus est intellectus operationes in aliis scientiis dirigere, ut dictum est. Minor itaque probatur: Illud est perfectissimum instrumentum sciendi, quod perfectissimè manifestat objectum, sed Definitio perfectissimè manifestat objectum, ergo, probatur Minor, illa cognitio perfectissimè manifestat objectum, quæ naturam ejus & essentiam declarat, sed Definitio declarat essentiam, utpote quæ datur per partes essentielles, genus scilicet & differentiam, ergo, probatur Major, primus namque & præcipuus cujusque rei conceptus est essentia,

**III.** *Ratio à priori est, quod Logice munus sit parare instrumenta sciendi, quod perfectissimè manifestat objectum, sed Definitio perfectissimè manifestat objectum, ergo, probatur Minor, illa cognitio perfectissimè manifestat objectum, quæ naturam ejus & essentiam declarat, sed Definitio declarat essentiam, utpote quæ datur per partes essentielles, genus scilicet & differentiam, ergo, probatur Major, primus namque & præcipuus cujusque rei conceptus est essentia,*



sentia, ergo prima & præcipua cognitio erit essentia cognitio.

**III.** Confirmatur & explicatur magis: Logica est scientia veritatis, hoc est scientia per quam præmunitur intellectui via ad veritatem indagandam, ergo præcipuum scientiæ instrumentum intendit præcipue, sed hoc instrumentum est *Definitio*, ergo, probatur Minor, Definitio objectiva, seu essentia cuiuscunque rei particularis est prima veritas objectiva, ut ita dicam, seu radix proprietatum omnium, quæ ab illa dimanant: Sicut Deus fons est rerum omnium, unde Beati quo perfectius eum vident, plures in eo vident creaturas tanquam in causa à qua procedunt, ergo *definitio* formalis quæ ad objectivam repræsentandam ex natura sua ordinatur tanquam illius imago, erit veritas prima dignitate, perfectione & excellentia, & quasi origo aliarum cognitionum, cum eundem ordinem servet in genere cognitionis, quem objectum in genere entis.

**IV.** Dices, etiam *Divisio* explicat naturam rei, idque per partes essentielles, genus scilicet & differentiam, ergo æque erit perfectum instrumentum ac *definitio*. Contra primò, *Definitio* enim & *Divisio* in ratione Modi sciendi fortasse non distinguuntur, de quo postea d. 4. l. 2. Contra secundò, si distinguantur, perfectior erit *Definitio*, modus enim cognoscendi sequitur modum essendi, eoque est perfectior, quo in repræsentando propius accedit ad eum in essendo, sed essentia partes illas unitas habet, non divisas, ergo cognitio quæ illas repræsentat ut unitas, *Definitio* nimirum, quæ essentialiter est repræsentatio totius, ut totum est, perfectior erit *Divisione* quæ eas repræsentat ut divisas. Quæ solutio desumitur ex Aristotele secundo post. c. 14. quod est de modo investigandi *Definitionem*, ubi *Divisionem* ad *Definitionem* revocat, tanquam quid ab arte inventum ad *Definitionem* investigandam.

**V.** Probatur conclusio secundo ratione opposita argumento cui tanquam fundamento innoti videtur opinio *Demonstrationem* præferens *Definitionem*. Primarius & essentialis conceptus *Definitionis*, non est quod sit illativum conclusionis, hoc enim solum est secundarium, & veluti quiddam consequens ad essentialem ejus conceptum, ergo Logica sub alia ratione de *Definitione* tractat, quam ut est illativa conclusionis: Major probatur, primarius conceptus *Definitionis* est ut explicet essentiam rei, sic enim definitur ab Aristotele primo Top. c. 4. *Definitio est oratio explicans quod quid, seu essentiam rei*, ubi explicite & adequatè *Definitionis* naturam quoad primarium ejus conceptum tradit, sed hic nulla fit mentio explicita de illatione conclusionis, ergo est quid posterius, ac proinde non essentia, sed tantum proprietates *Definitionis*, ut risibilitas in homine.

**VI.** Quæ omnia exemplis clare declarantur: primarius conceptus corporis naturalis est ut constet materia & forma, quo non conceptu non concipitur ejus essentia, & hoc præcisè conceptu concipitur, quicquid verò sequitur, ut quod sit productivum proprietatum, motus, ubicationis, & similibus, licet materialiter & identicè in primo conceptu includatur (eadem namque entitas est, quæ harum proprietatum est productiva, & quæ constat materia & forma), primarium tamen corporis naturalis conceptum non constituit. Idem ergo est in duobus illis conceptibus *Definitionis*.

**VII.** Confit. hoc enim modo optimè intelligitur illa Philosophorum distinctio naturæ inter & essentiam, essentia enim est conceptus rei secundum se, seu absolutus, natura verò est eadem essentia ut dicens ordinem ad aliquam operationem, unde natura dicitur quasi nascitura, quod ex ea nascantur proprietates

sicque conceptus essentia ratione nostra prior est conceptu naturæ, in iis saltem rebus, quarum primus conceptus non est ut sint operativæ, quales sunt potentia, in iis enim idem est formalissimè essentia & natura, tale autem non est corpus naturale, cuius primus conceptus seu essentia est esse quid compositum ex materia & forma.

Confit. secundò: ante inventam ab Aristotele *Demonstrationem* inventa jam & definita à Socrate fuit *Definitio*, *Divisio* à Platone, ergo non necessariò in primò & essentiali conceptu *Definitionis* involvitur ordo ad proprietates vel passiones, seu ad inferendam conclusionem, sic enim & *Demonstrationem* invenisset Socrates, quam tamen secundum omnes non invenit, sed *Definitionem* consideravit tantum in ordine ad primarium & essentialem ejus conceptum, nempe explicationem essentia, non in ordine ad secundarium, illationem scilicet conclusionis.

Dices illud est subjectum Attributionis alicujus scientiæ, & quod omnia in illa scientia referuntur, sed omnia non referuntur ad *Definitionem*, imò *Definitio* refertur ad aliud, nempe ad conclusionem, ergo. Resp. concessa Majore, distinguendo Minorem quoad secundam partem, refertur *Definitio* ad ad conclusionem tanquam ad causam, nego Minorem, tanquam ad proprietatem, vel effectum, concedo: hoc autem tantum abest, ut obstat rationi subjecti Attributionis ut vel maxime conferat, sic enim corpus naturale est subjectum Attributionis Physicæ, & anima Animæ, & tamen refertur illud ad suas proprietates, quantitatem, motum, ubicationem, hæc ad suas, potentias nimirum, qui tamen ordo non obstat rationi subjecti Attributionis.

*Definitionem* itaque non in se quis centrum Logica dixerit, reliqua omnia circumferentiam, utpote quæ *Definitionem* cingunt quasi, & ad eam tanquam ad radicem referuntur. Quædam siquidem prius ad eam considerantur, ut genus & differentia ad *Definitionem* apprehensivam, hæc ad judicativam &c. alia posterius, ut conclusio probabilis & demonstrativa, omnia tamen ad *Definitionem* tanquam ad centrum, & perfectissimam in Logica cognitionem vergunt, ut clarius constabit ex solutione argumentorum.

## SECTIO V.

Solvitur præcipuum argumentum contra *Definitionem*.

**I.** Contra nostram sententiam stantem *Definitionem* objectum Attributionis Logica. Obicit primò Hur. d. 1. Log. l. 3. subsec. 4. nu. 150. Ariaga d. 2. Log. l. 3. subsec. 3. nu. 58. & Recentiores communiter, cognitio partis ordinatur ad cognitionem totius, sed *Demonstratio* est totam quoddam compactum ex tribus propositionibus, duabus scilicet præmissis, inter quas altera est *Definitio*, & conclusione, ergo *Definitio* quæ est pars ordinatur ad compositionem & cognitionem *Demonstrationis*, ergo *Demonstratio* est finis ultimus, & objectum Attributionis Logica.

Contra primò: si enim hic respondeam, quod cum doctis quibusdam Recentioribus postea ostendam esse verum d. 47. l. 1. & probabile esse: fateatur P. Hur. d. 10. Log. l. 12. nu. 84. nempe discutium non includere tres actus, sed in sola conclusione consistere, cum secundum Aristotelem, & S. Thomam discursus sit cognitio unius veritatis per aliam, & post aliam, de quo latius, loco citato, fuit tota vis hujus argumenti, jam enim *Definitio* par est ratio superioris

**VIII.** Socrates invenit *Definitionem*: Plato *Divisionem*: Aristoteles *Demonstrationem*.

**IX.** *Definitio* ad conclusionem refertur tanquam ad effectum.

**X.** *Definitio* centrum Logicae, reliqua sunt circumferentia.

**I.** Obij. *Demonstratio* nem esse per se totam *Definitionem*.

**II.** *Demonstratio* probabiliter consistit in sola Conclusionem.



gulis propositionibus in Demonstratione contentis, quæ impar fortasse fuisset universis.

III. Sed quicquid de hoc sit Resp. secundò nec Demonstrationem Propter quid, nec Quia ingredi De-

finitionem integram, tanquam partem illarum constitutivam, sed solum partem Definitionis, nempe differentiam. Sic enim in Demonstratione propter quid, quæ probatur prima passio, e.g. *omne rationale est admirativum*, *Omnis homo est rationalis*, ergo *omnis homo est admirativus*, hanc Demonstrationem ut videmus (quæ tamen est perfectissima) sola ingreditur differentia, & si quis etiam genus apponeret, ut *omne animal rationale est admirativum*, frustra id faceret, & aliquid adjiceret otiosum planè ac supervacaneum, cum animal non sit principium formale admirationis, sed rationale tantum: sicut è contra, si quis probare vellet hominem esse sensitivum, frustra poneret totam hominis Definitionem hoc modo, *Omne animal rationale est sensitivum*, sed *omnis homo est animal rationale*, ergo *omnis homo est sensitivus*, rationale enim non est principium formale sensationis, unde hæc est falsa propositio in sensu formali *homo est sensibilis, quia rationalis*: quare differentia in hoc syllogismo planè est superflua, sed formari deberet hoc modo: *Omne animal est sensitivum, omnis homo est animal*, ergo *omnis homo est sensitivus*. En quomodo hæc Demonstrationes, quæ tamen sunt perfectissimæ, nunquam ingreditur definitio, nec est pars illarum constitutiva.

IV. Idem ostendi potest in Demonstratione Quia. In qua essentia probatur per passionem, Definitio enim nunquam statuitur in præmissis, sed tantum vel generationem, vel differentia. e.g. in hac & similibus Demonstrationibus: *Omne risibile est rationale, omnis homo est risibile*, ergo *omnis homo est rationalis*, si quis verò apponatur genus, & dicatur, *omne risibile est animal rationale*, malè arguit, ut proximè vidimus, cum risibilitas non sit effectus animalitatis formaliter, sed rationalitatis, licet reipsa, & à parte rei, seu materialiter inter se non distinguantur.

V. Sed hæc Definitionem prædictas omnes demonstrationes tanquam partem ingredi, adhuc existimo argumentum illud nullam habere vim. Pro cuius intelligentia recolendum, quod superiore sectione dixi, duas nimirum in omni definitione reperiri perfectiones, vel formalitates, virtualiter distinctas, alteram ad manifestandam essentiam, ad conclusionem inferendam alteram. Cum ergo in Demonstratione ponatur Definitio secundum posteriorem tantum illam rationem, quæ multò est imperfectior primâ, & passio solum definitionis, ut ostendimus, non illius essentia, Definitio extra Demonstrationem est multis gradibus perfectior seipsa ut in Demonstratione. Quare ut consideratur secundum nobilissimum illud munus explicandi essentiam cuiusque rei, est perfectior & se, & alijs omnibus in Demonstratione contentis, cum ut in Demonstratione (in qua solum secundum formalitatem illam imperfectam statuitur) sit alteri præmissæ æqualis, & sæpe superior.

VI. Exemplis res ut existimo reddetur clara. Angelus consideratur ab Astrologo ut movens Cælos, ut tamen consideratur à Metaphysico vel Theologo, perfectior multò est seipso & Cælo quod movet, cum ab Astrologo solum consideretur secundum virtutem motricem, plurimæ autem in Angelo sunt perfectiones, quæ & hanc & Cælum superant, quod movet, & quicum unum facit complexum accidentale. Idem est de anima rationali, quæ prout consideratur ab Animastica est perfectior & se & corpore quod informat, secundum quam solum rationem consideratur à Physica. Tandem Deus à Philosopho

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

consideratur, ut cum reliquis causis, materiali scilicet & formali ad effectus concurrat, & animum quasi complexum causarum cum illis constituit, & tamen ut consideratur à Theologo est, & se, & alijs causis, infinitis gradibus perfectior. Ergo hoc argumentum universum non valet, est pars alicujus complexi, scilicet, ergo est illo complexo formaliter imperfectior.

Obijcit secundò P. Arriaga nu. 64. sola Demonstratio propriè facit scire, ergo est finis primarius & objectum Attributionis Logica. Antecedens propter quid, scire enim est rem per causam cognoscere, quod illius sit causa. Contra primò, ergo Demonstratio Quia, seu à posteriori per effectum non facit scire, & non est Demonstratio. Contra secundò, ergo conclusio deducta ex primis principiis non facit scire, cum tamen cognitio sic deducta omnium sit perfectissima. Contra terriò & præcipuè, Conclusio ex Definitione deducta tanquam ex præmissa est scientifica, ergo Definitio quæ erat inter præmissas erat scientifica, conclusio enim nunquam est certior præmissâ vel utrâque, vel alterâ, ut potest quæ sequitur debiliorem partem.

Et hinc deducitur argumentum pro nostra sententia, cum enim Definitio quæ statuitur pro præmissa sit scientifica, ut ostensum est, & hæc præterea sit cognitio immediata, proximè accedens ad cognitionem Angelicam, est hoc etiam nomine actus excellens, sicque non tantum ex parte objecti (essentia scilicet quam manifestat) sed etiam ratione modi tendendi perfectissimus. Unde ut ait Aristoteles 1. Post. c. 2. *melius est dispositus intelligens*, hoc est immediate cognoscens, quam *sciens*, id est discursum eliciens. Et licet per Demonstrationem & actus ex discursu habitos perficiatur intellectus maxime conformiter ad hunc statum, cum tamen status ipse sit imperfectus & defectivus, actus omnes qui illius proprii sunt, imperfectionem etiam sapiunt, & defectum, unde à cognitionibus immediatis, qualis est Definitio, multis gradibus in dignitate superantur.

Obijcit tertio P. Arriaga n. 50. auctoritatem Aristotelis, qui primo Prior c. 1. initio, propositum sibi ait de Demonstratione agere, & in fine postea ait, jam se de Demonstratione egisse, ergo scopus Aristotelis in sua Logica, ac proinde objectum Attributionis est Demonstratio. Respondetur concedendo librorum de Priori & Posteriori subjectum Attributionis esse Demonstrationem, sicut tractatus de universalibus, de Prædicabilibus Prædicabilia: hoc tamen non impedit quo minus ipsa Demonstratio ad aliud referatur, nempe ad Definitionem, quæ cognitio est in Logica omnium perfectissima, ut ostensum est.

Obijciunt quartò: sola Demonstratio perficit intellectum, ergo est finis Logica primarius. Nego antecedens, multò enim melius perficitur intellectus per Definitionem, prout est explicatio essentia, quam per secundarium ejus conceptum inferendi passionem, ut hac & præcedenti sectione ostensum est. Quo etiam modo solvitur quod opponunt, exauriri scilicet objectum per Demonstrationem, dicimus enim intensivè multò melius exauriri per Definitionem.

Obijciunt quintò: Definitio non est causa conclusionis propriè, nec sola Definitio est illâ perfectior, non enim nisi conjuncta cum alia præmissa illam efficit, ergo. Distinguo Majorem, non est causa physica conclusionis, transeat, non est causa intentionalis, hoc est determinans intentionaliter ad ejus productionem, nego, hoc autem sufficit, ut in ratione modi sciendi sit conclusio perfectior, hæc proinde est passio Definitionis, non physica, sed Logica,

E

seu

Pars com-  
plexi non  
est semper  
complexo  
illo forma-  
liter imper-  
fectior.

VII.  
Obijc. scire  
est per cau-  
sam scire, ergo sola  
Demon-  
stratio facit  
scire.

Variè re-  
solvitur hæc  
objectio.

VIII.  
Definitio  
quæ est ob-  
jectum Attri-  
butionis Logi-  
cæ, est cog-  
nitio im-  
mediata.

Modus cog-  
noscendi  
per Defini-  
tionem im-  
mediatam  
est perfe-  
ctior quàm  
per Demon-  
strationem.

IX.  
Librorum  
de Priori  
& Posteri-  
ori objectum  
Attributionis  
est Demon-  
stratio.

X.  
Melius in-  
telligitur  
sensu per-  
fectius im-  
mediatus per  
Definitionem  
quàm per  
Demonstra-  
tionem.

XI.  
Definitio  
non est cau-  
sa physica  
conclusionis,  
sed inten-  
tionalis  
conclusionis.



seu in esse intentionali ab illa profluens.

XII.  
Definitio  
est perfe-  
rior con-  
clusionem.

Melius est  
dispositus  
intelligens  
quam scies.

Cur prima  
principia  
dicantur  
intellectus.

Ad id quod additur, Definitionem non causare conclusionem, nisi conjunctam cum alia præmissa, dico habere aliunde nos, ut dixi, Definitionem esse perfectiorem conclusionem, nempe ex ordine essentiali ad objectum perfectius, & ex immediato modo tendendi, & connectendi extrema inter se: unde dicit Aristoteles primò post c. 2. ut supra notavi, *melius est dispositus intelligens quam scies*, ubi per scientem denotat elicientem discursum, per intelligentem verò illum, qui iudicium aliquod elicit, immediate scilicet connectendo extrema inter se, & non ob medium prius cognitum. Quare prima principia, quæ axiomata vocantur & dignitates, dicuntur à Philosophis intellectus, quia immediate ex vi intellectus, sine discursu illis assentimur.

## SECTIO VI.

*Solvuntur alia quædam argumenta contra nostram sententiam de Definitione.*

I. **H**anc à me olim traditam sententiam de Definitione, Recentiores aliqui variis postea impugnarunt argumentis, prima certè facie difficultibus, at dum ea propius exploro, non earum mihi virium videntur, ut Definitionem propterea loco movendam, nedum de gradu deiciendam censeam.

II. Obijcitur ergo sextò: Definitio non utcumque est objectum Logica, sed Definitio demonstrata; ergo Demonstratio est subiectum Attributionis Logica. Contra, Demonstratio non utcumque est objectum Logica, sed Demonstratio definita, nam sine Definitione non cognoscitur ejus essentia, ergo Definitio est subiectum Logica. Mutuò ergo quoad hoc se juvant Definitio & Demonstratio, sicut scientia ut supra diximus; Definitio tamen quæ est præmissa, est immediata, non per medium demonstrativum habita, imò tota Demonstratio tandem ad Definitionem ordinatur, ut scilicet per demonstrationem passionum natura clarius innotescat.

III. Obijcitur septimò: non potest idem per se ab arte aliqua vel scientia considerari, & in ordine ad aliud; ergo nec Definitio in ordine ad se, & Demonstrationem. Distinguo antecedens, si illud non sit expetibile per se, sed solum in ordine ad aliud, concedo antecedens, si simul sit expetibile per se, & in ordine ad aliud, nego: sic elementa considerantur à philosophia, & per se, & in ordine ad mixta, quorum sunt principia: sic varia unguenta ob odorem & pretium quod in se habent, per se considerantur ab unguentariâ, & etiam ut materia apta ad alia unguenta componenda. Si tamen sit res planè incompleta & imperfecta, qualis est materia prima, vel modus aliquis imperfectus, est magis probabile non esse considerabile per se, sed solum in ordine ad aliud: at Definitio est per se expetibilis, & considerabilis ob perfectum artificium quod in se habet, & etiam secundariò in ordine ad aliud, nempe Demonstrationem, seu conclusionem ut illius causa.

Quædam  
considera-  
bilia ran-  
tum sunt  
in ordine  
ad aliud.

IV. Obijcitur octavò: Logica munus est reddere nos disputatores, seu docere formam syllogisticam, sed hoc non præstat per solam Definitionem, ergo Definitio non est subiectum Attributionis: probatur Minor, possumus siquidem Definitionem, seu mo-

dum definiendi cognoscere, & non cognoscere modum argumentandi. Respondetur primò, distinguendo Majorem, est munus Logica reddere nos disputatores primariò, nego Majorem, secundariò concedo, cum enim Logica sit scientia instrumentaria (qua de causa Aristotelis Logica dicitur *ὀργανον* dicitur) id spectabit præcipue, quod est præcipuum sciendi instrumentum, sed hoc est Definitio, ut ostensum est, ergo præcipuum Logica munus est reddere nos definidores, non disputatores, seu explicatores essentiali, non passioni. Secundò Resp. concessa Majore, negando Minorem, ad probationem distinguo antecedens, si cognoscatur Definitio adæquate & perfecte, nego antecedens, si inadæquate solum & imperfectè, concedo.

Objic. nonò: Non sinit quis habità cognitione Definitionis, sed ulterius tendit ad conclusionem, ergo conclusio seu Demonstratio est ultimum quod intenditur. Resp. distinguendo consequens, est ultimum ordine, concedo consequentiam, est ultimum dignitate, nego. Sicut natura, producta essentiali, non sinit, sed per illam intendit passionem, nullus tamen opinor, dicit, essentiam à natura secundariò tantum intendi, passionem primariò.

Objic. decimò: Hic actus est perfectior Definitione, homo est risibilis, quia est animal rationale, ergo erit objectum attributionis Logica. Contra, perfectior adhuc illo est hic actus, homo est risibilis & admirativus, quia est animal rationale, ergo erit objectum attributionis. Dico ergo, ex parte materiæ est perfectior, non formæ. Nec video quo pacto hic actus spectet ad Logicam, nam non ut conclusio, sic enim esset vitiosus, cum medium conclusionem ingredi non debeat, nec ut Definitio, quia non constat solo genere & differentia.

Si verò quis dicat spectare hunc actum ad Logicam, tanquam actum consequentem præmissis & conclusionem, & representantem totum objectum illarum simul, ut postquam quis elicit hos actus, *Omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale; ergo omnis homo est risibilis*, postea hunc eliciat, *omnis homo est risibilis, quia est animal rationale*: dico hunc actum non spectare ad Logicam, quia non dat regulas ultra conclusionem, vel inquiri qua parte Logica tradantur hæ regulæ? Nec solemus hunc actum elicere, nisi quis actum reflectendo, animi gratia id præstare velit.

Objic. undecimò: Definitio inveniri in prima Apprehensione potest, ergo non est subiectum Attributionis Logica: patet antecedens, animal rationale est definitio hominis, sed hoc concipi potest per simplicem apprehensionem, ergo. Ad hoc tamen dico, Definitionem propriè non consistere, nisi in iudicio, cum simplex apprehensio non faciat scire, nec enim ex eo quod quis apprehendat stellas esse pares, quidquam hac de re novit, ut latius ostendam infra d. 43. sect. 1.

Mancat igitur, Definitionem naturæ indagatricem, primum sciendi instrumentum, primum Logica objectum esse, scopumque ad quem in omni sui parte præcipue collimet. Clavi huic regis, intima naturæ adyta referant reliquæ Dialecticæ claves, inferiora, inquam, objecta (suo tamen cuique honore salvo, ac dignitate) primas deferant.

DISPU.



## DISPUTATIO VIII.

## De Objecto formali Logica.

**Q**uod artes, factivæ, faciunt exte-  
rius, activæ, seu opus aliquod externum producentes faciunt  
exteriorius. hoc activa operantur interiorius. Hæc ergo  
forma, quam Logica in actus introducit, quam  
sit inquirimus.

## SECTIO PRIMA.

Num id quod in actibus considerat Logica sit  
eorum rectitudo, an veritas?

**I.** IN intellectus actibus duo reperiuntur, *rectitudo*  
& *veritas*, hæc cum objectis, cum artis illa præscripto  
& regulis est conformitas. Harum utraque subinde  
in eodem actu reperitur, ut *homo est animal rationale*,  
aliquando neutra, ut *equus est rugibile animal*, quæ  
propositio & veritate caret, & artificii, cum genus  
præcedere differentiam debeat, idque non in voce  
solum, sed in mente seu in esse, ut ajunt, repræsentati-  
vo: manifesta enim experientia constat alio modo  
intellectum ab uno actu affici, quam ab alio: unde  
actus illi quibus genus ante, vel post differentiam in  
definitione repræsentatur, essentialiter differunt.  
Nonnunquam veritas ab artificio disiungitur, ut in  
illa Platonis hominis definitione, *homo est animal*  
*implume bipes*: artificium interdu a veritate, ut in  
hoc syllogismo, *omnis lapis est leo, Bucephalus est la-*  
*pis, ergo Bucephalus est leo*. Hic forma syllogistica  
recta est, actus tamen omnes, ut constat, falsi.

Veritas, &  
rectitudo  
conjuguntur  
in aliquo  
aliquando  
separantur

**II.** Nonnulli artificium actuum ad Logicam ita spe-  
ctare allerunt, ut nullam veritatis eorumdem habere  
eam rationem existiment, sique ut ad artis præ-  
scriptum & normam exigatur actus, & artificiosus  
prodeat, Dialecticæ munus esse, quam verus sit Lo-  
gica nihil interesse dictitant. At sane cum omnium  
iustitio Logica veritatis scientia sit, nullam ei ve-  
ritatis curam esse, nec naturæ ejus, nec dignitati  
videtur consentaneum.

**III.** Prima conclusio: prima Logica cura est, ut recti-  
tudinem artificiosam in actus inducat. Probat, ut  
pleræque enim ejus regulæ hoc spectant, veritatis  
verò mentionem nullam faciunt. Sic propositio-  
nem, ex subjecto, prædicato, & copula constare de-  
bere. Definitionem ex genere componi & differen-  
tia, illque immediatis, hæc inquam & hujusmodi  
alia Dialecticæ dogmata rectitudinem sonant, non  
veritatem. Unde Aristoteles syllogismos suos con-  
fecit in literis, *omne A, est B. sed omne C, est A. ergo*  
*omne C, est B*.

**IV.** Secunda conclusio, non tamen unica est Logica  
cura artificium hoc in actus inducere, sed veritatem  
etiam in iis intendit. Hoc manifestè ostendere vi-  
dentur variæ à Logica assignatæ regulæ, ut nimirum  
Definitio explicet cujusque rei naturam per genus  
propriam, & differentiam propriam, quod nō fiat,  
actus est falsus. Quod Demonstratio constare de-  
beat ex veris, primis, &c. quod ex vero non nisi ve-  
rum sequatur, seu quod ex veris præmissis, falsa  
nunquam deduci possit conclusio, licet nec ex falsis,  
quæ falsis vera: Hæc regulæ primò & per se ad veri-  
tatem tendere videntur, ergo Logica finis non est  
artificium tantum in actibus, sed ut veritatem et-  
iam in eisdem inducat.

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

Dixi rectitudinem primam esse Logica curam,  
veritatem tantum secundariam: quod exinde pro-  
batur, multò enim plures de artificio hoc & recti-  
tudine tradit regulas, quam de veritate, modum  
enim hoc artificium conficiendi sola tradit Logica,  
veritatem vero in actus inducendi ratio communis  
ei est cum aliis scientiis, imò ad illas primariò per-  
tinet, unde de veritate parè agit, in rectitudine in-  
ducenda se penè totam impendit.

**Obji.** Aristoteles syllogismos frequenter confe-  
cit in literis, ut *omne A, est B. sed omne C, est A, ergo*  
*omne C, est B*. sed hic nulla est veritas, ergo solum  
spectavit artificium Aristoteles, non veritatem. Di-  
stinguo consequens, in his syllogismis, concedo con-  
sequentiam, in aliis regulis ab eo traditis, quas supra  
retulimus, nego. Deinde propositiones in syllogis-  
mis quæ ex literis conficiuntur quamvis re ipsa veræ  
non sint, admittantur tamen tanquam veræ, alio-  
quin argumentatio illa nihil concluderet.

Veritatem verò generatim tantum considerat  
Dialectica, debere scilicet Definitionem, ut actus  
verus sit, per propriam genus tradi & differentiam  
propriam, quodnam autem genus sit proprium in  
singulis materiis, ad particulares scientias spectat  
disquirere, sicut & ad Logicam in sua. Qui ergo  
leonem definiens diceret, *leo est animal hinnibile*, nō  
minus contra Logicam peccaret, quam contra  
Phyicam, errat enim contra regulam à Logica præ-  
scriptam, Definitionem scilicet ex genere proprio  
constare debere, & propria differentia.

Dum autem dicimus Logicam veritatem in  
actus intellectus inducere, notandum id quod su-  
pra, dum de simplici apprehensione diximus de in-  
ductione rectitudinis, seu artificij (eadem enim quoad  
hoc utriusque, est ratio) notandum inquam, non ita  
hoc intelligi debere quasi actus pro aliquo priori  
indifferens foret, ut verus sit vel falsus, hoc enim  
facti nequit, sed sensus est, cum infiniti propè sint  
actus, seu definitiones falsæ, leonis e.g. ut *leo est ani-*  
*mal hinnibile, lacrabile, &c.* & una tantum vera, nempe  
*leo est animal rugibile*, intellectus ex hac regula Lo-  
gica: *Definitio constare debet ex genere & differentia*  
proprio determinatur ad definitionem veram inter  
mille falsas seligendam, & aliis omnibus relictis ad  
hunc solum actum eliciendum, quod sine directio-  
ne Logica, vel non omnino faceret, vel saltem non  
faceret tam expedite.

Qua in re clara cernitur differentia inter artes  
factivas & activas: Factivæ enim, seu opus exter-  
num exercentes, materiam aliquam ut plurimum  
supponunt, in quam formam, seu artificium suum  
inducunt: statuaria enim marmor supponit, pictura  
colores, fabrilis lignum, vel ferrum, ex quo mensam,  
cathedram, ensem, horologium conficiat: unde &  
errores, si qui fortè in his operibus contingant, no-  
vis lineamentis & tractibus, novaque materiæ dis-  
positione corrigere possunt, & paulatim per polien-  
do ex vitiosis reddere integra. Imò in eandem sub-  
indè materiam diversas successivè inducere formas  
possunt; sic enim cera eadem nunc in leonis effi-  
giem formatur, postea simiæ, felis, elephantis, & alio-  
rum ad arbitrium artificis. Secus res se habet in ar-  
tibus activis, seu ad intra operantibus, hic enim nul-  
la supponitur materia, ex qua actus seu imagines  
intentionales formentur, sed idem in his est esse, &

E 2

arti-

V.

Artificium  
actuum ad  
solum Logi-  
cam, veritas  
ad alias or-  
tam scientias  
pertinet.

VI.

Arist. variis  
regulas tra-  
dit de ver-  
itate in  
actibus indu-  
cenda.

VII.

Hæc leonis  
definitio, leo  
est animal  
hinnibile,  
peccat con-  
tra Logicam.

VIII.

Quomodo  
ad verita-  
tem in actus  
inducendam  
dirigit Lo-  
gica.

IX.

Artes exter-  
næ materiam  
supponunt, in  
quam formam  
inducunt,  
non internæ.

In actibus  
internis idem  
est esse, &  
artificiosum  
esse.



artificiosum aut verum esse: sin verò vitiosus sit actus, non alio modo corrigitur, quam hunc relinquendo, & alium integrum ex directione Logica ei sufficiens. Quod semel plenè explicuisse expedit.

X.  
Objectum  
formale Lo-  
gica est diri-  
gibilis ob-  
jectiva  
actuum.

Hinc inferitur objectum formale Logica, non malè statui posse dirigibilitatem actuum objectivam, seu rectitudinem ut in actus inducibilem, sub nomine rectitudinis includendo etiam veritatem, vel quod hæc nomine rectitudinis non incongruè significetur, vel quod tanquam minus principale, & secundariò tantum à Logica intentum, ad rectitudinem faciliè reducatur.

## SECTIO II.

Num artificium istud, quod in actus inducit  
Logica intrinsecum ijs sit, an ex-  
trinsecum?

I. **N**otandum primò, quòd actus aliquis procedat ab arte, & hoc sensu sit artificiosus, denominationem esse extrinsecam, cum idem actus numero haberi sine arte possit: artes enim usu addiscuntur & experientià, ad quorum proinde adeptiōem actus naturales ejusdem rationis præcedere debent, quos intellectus imitando si rectè fiant, corrigendo si malè, artem & præcepta condit. Unde Logica naturalis prior fuit artificiali. vocantur verò actus naturales artificiosi, non quòd proveniant ab arte, sed quòd ita affabrè fiant à natura, ut videantur ex arte processisse.

II. Probatur hoc ex S. August. l. 2. de Musica initio, ubi quærit utrum philomela sit vocanda musica, quippè quæ varijs & artificiosis tractibus ita vocem inflectit, ut ipsa etiam ars oblique scaturiat? Respondet, non esse censendam musicam, quia quicquid facit ex natura facit, non per regulas artis, cujus capax non est: homo tamen qui eam imitaretur, & vocem per præcepta doceretur eo modo inflectere, diceretur Musicus, quia id ipsum quod illa natura, hic arte faceret. Ars tamen plurimum confert ad res illas & actus efficiendos, qui sine arte haberi possunt, ut nimirum certius habeantur, & sine errore, ac proinde dicitur *trudere certas quasdam, & errare in faciendo non patientes vias.*

III. Notandum secundò, quòd scet. præced. latius explicatum est, duplicem esse in actibus intellectus rectitudinē, alteram respectu objectorum, respectu artis alteram. Rectitudo actuum respectu objectorum, est ut repræsentent objecta prout sunt, seu ut sint conformes in repræsentando objectis in essendo, & hanc rectitudinē habent per alias scientias, quatenus scilicet naturas objectorum explicant. Rectitudo respectu artis est, quæ sumitur in ordine ad regulas Logicas, & vocatur artificium: ars quippè regulas tradit, ad quas tanquam ad normas exigi actus debent, ut artificiosè fiant. Iis positis

IV. Dico primò, artificium seu rectitudo in quovis actu Logico, distincto à syllogismo, est actui intrinsecum. Probatur 1. artificium illud aliud nihil est, quam ipsa entitas actus, sed nihil est magis intrinsecum actui, quam sua ipsius entitas, ergo hoc artificium est actui intrinsecum; Ma, probatur, repræsentatio naturalis conceptuum est aliquid ipsis intrinsecum, sunt enim actus imagines & similitudines objectorum, sed artificium, & rectitudo actuum est solum talis vel talis similitudo, seu repræsentatio, ergo est actibus intrinseca. Et ex hoc convincitur hoc artificium non esse modum aliquem actibus superadditum, nam sicut actus ut sic, per suas entitates

sunt imagines seu repræsentationes ut sic, ita tales actus, tales imagines, vel repræsentationes.

Id tamen ad modum loquendi observandum, aliud esse actum esse *rectum*, aliud esse *directum*: esse *rectum*, ipsam actus entitatem importat, qui est re-  
ctus; esse vero *directum*, innuit procedere à præceptis artis, & ab iis dirigi, quod ut dixi, quid actibus est extrinsecum, licet non omne id quod ab arte provenit, sit actui extrinsecum, nam totus actus ab illa procedit, dum ejus directione producitur. Unde licet esse prædicatum & subiectum, vel definitionē objectivam, sit objecto extrinsecum, hæc tamen repræsentare est actui intrinsecum, & ipsa illius entitas. Directio vero ista est duplex, activa & passiva: directio activa sunt regulæ ipsæ, seu actus dirigentes, procedentes ab habitu Logicae docentis, passiva vero sunt actus particulares à præcedentibus directi. Communis etiam loquendi modus obtrinit ut dicantur dirigi actus, propius tamen ille ad veritatem accederet, qui diceret, dirigi potius intellectum *aut* dirigi vel hominem ad actus eliciendos, quam ipsos actus dirigi.

Dico secundò, in argumentatione, seu discursu latè sumpto artificium est partim intrinsecum, ipsa scilicet entitas actuum, partim extrinsecum, illa videlicet conjunctio, quæ est denominatio extrinseca, proveniens ab illis propositionibus conjunctis, sicut columna dextra dicitur vel sinistra per denominationem extrinsecam, quod scilicet juxta hominem à dextris collocetur vel sinistris. Provenit ergo efficienter & directivè illa dispositio ab intellectu, dirigente Logica, vel docente propositiones certo debere ordine collocari, formaliter verò id habent à se mutuo.

Probatur conclusio: ad syllogismum in Barbara e.g. conficiendum, tres requiruntur propositiones universales affirmativæ inter se conjunctæ, ex quibus illa argumentatio conficitur: quòd ergo propositiones sint universales, est quid ipsis intrinsecum, ipsa nimirum cujusq; entitas, quòd conjungantur, extrinsecum. Quòd verò hæc conjunctio requiratur patet, nam hæc propositio *omnis homo est animal*, e.g. sola prolata vel concepta non est major, nisi conjungatur, vel conjuncta concipiatur cum alia propositione, sicque repræsentet unionem cum medio illius extremi, quod in conclusione futurum est prædicatum, de quo postea. Confir. major, (idem est de minore) ex conceptu suo intrinseco est concausa, concausa autem in actu primo essentialiter dicit conjunctionem cum alia concausa, ut duæ candelæ v.g. ut producant lucem ut sex in tota schola, quam neutra separatim sumpta potuisset producere, debent in eadem schola collocari, & extrinsecè conjungi, ut fiant concausa. Idem ergo est de præmissis, quæ sunt quasi duæ facies intellectuales, in ordine ad lucem internam, seu conclusionem in intellectu producendam.

Dices, si loquamur de hoc, quòd est esse majorem, vel minorem in actu secundo, verum id esse quòd asserimus, non tamen de *major* vel *minor*, in actu primo, hoc enim est sola entitas actuum, Resp. distinguendo antecedens, esse majorem vel minorem in actu primo remotè, & incompletè, est sola entitas actuum, concedo antecedens, proximè & completè, nego; licet enim per entitatem suam habeant actus quod possint esse majores vel minores non tamen actus, nisi uniantur, quæ unio, cum nil sit ipsis intrinsecum, est quid aliundè adveniens, & actui qui *major* aut *minor* est, extrinsecum: sicut ignis non intelligitur proximè & completè potens comburere, nisi concipiatur conjunctus cum causa prima, & alijs concaulis; esse verò majorem aut minorem



rem in actu secundo, est actu causare conclusionem.

IX. Dices materia unita formæ, est causa in actu secundo; ergo & præmissa unita alteri erit præmissa in actu secundo. Nego consequentiam, quia est præmissa in actu secundo in ordine tantum ad conclusionem eliciendam, ac proinde non erit in actu secundo talis, nisi actu eliciat conclusionem, sicut causa in actu secundo in genere causæ efficientis non est talis, nisi dum actu operatur. Diversa ratio est de causis intrinsecis, in quibus inter se uniri est effectum causare, seu constituere.

X. Dices secundo, propositio omnis Major est vel Minor, per suam entitatem intrinsecam, & virtutem inferendi conclusionem; sed conjunctio extrinseca non est hæc virtus, nec illam auget, ergo. Ad responsum nota duplex esse complementum virtutis causæ alicujus, ut quo, & ut quod: complementum ut quod, est illud quod conjunctum cum altera causa, ita illam perficit, ut simul cum ea influat, sic Majorem perficit Minor, dum utraque simul conjungitur ut influat in conclusionem: nec tamen hæc propositiones seorsum conceptæ sunt Major vel Minor, sed conjunctæ, ac proinde illa conjunctio perficit illas ut quo, estque non virtus aliqua superaddita, quæ simul influat, sed id medio quo tanquam unione communicatur complementum quod seu una præmissa jungitur alteri.

XI. Quæres ergo, quid tandem sit esse Majorem vel Minorem? Primo, non est poni primo vel secundo loco, quod communius quam verius à multis dici animadverto, nam si in prima figura invertat quis præmissas & faciat figuram Galeni, eadem sequetur conclusio, ut in his exemplis constat: Omne animal est sensibile, aliquis homo est animal, ergo aliquis homo est sensibile: qui syllogismus est in Darij. Galenus hoc modo propositiones invertit, aliquis homo est animal, Omne animal est sensibile, ergo aliquis homo est sensibilis. En eadem conclusio in utroque infertur: quæ propterea non est posita ab Aristotele pro figura distincta, ut diximus in Introductione d. 7. l. 3.

XII. Secundo, non placet quod dicunt Conimb. cap. 7. q. 1. a. 2. §. Aristotelica tamen, nempe esse Majorem illam, cujus alterum extremum, prædicatur de medio termino Minoris, cujus extremum illi subijcitur; prædicari enim inquit dignitatem sonat, subijci inferioritatem. Non inquam placet, nam secundum hanc sententiam in secunda & tertia figura non esset Major vel Minor, cum in secunda figura utriusque propositionis extremum subijciatur medio termino, in tertia de eodem prædicatur.

XIII. Tertiò, ait P. Hurt. d. 10. Log. l. 11. §. 72. esse Majorem vel Minorem desumi à quantitate propositionum, ut illa sit Major, quæ est universalis. Minor quæ particularis. Sed contra, nam secundum hunc modum philosophandi ægrè Major inveniri vel Minor posset in Barbara, Celarent, & alijs hujusmodi, ubi utraque præmissa est universalis, nec in syllogismo expositorio, ubi utraque est singularis.

XIV. Existimo ergo esse Majorem in hoc consistere, ut repræsentet unionem cum medio illius extremi, quod in conclusione debet esse prædicatum, minor verò est, quæ repræsentat unionem cum medio illius extremi, quod esse debet in conclusione subiectum. Hoc autem maxima ex parte est quid intrinsecum, nam propositio quæ semet habet hanc vim, semper eam habet; unde quæ semel est Major respectu unius conclusionis, semper est talis respectu illius, quod autem possit esse Minor cum alia præmissa respectu alterius conclusionis, nihil obstat, sicut sol cum equo generat equum, cum cervo certum, &c. & quis per eandem quantitatem est major uno, minor altero, ut terra major luna, minor sole.

R. P. Th. Compioni Philosophia.

leo major lepore; minor elephante. Esse ergo Majorem vel Minorem remotè respectu talis conclusionis est quid propositioni adæquatè intrinsecum, esse Majorem vel Minorem proximè, est quid partim extrinsecum. Tandem esse Majorem vel Minorem in actu secundo, seu causare conclusionem est de actu primo nominatio ijs adæquatè extrinseca, sicut agere in omni causa transeunte.

XV. Artificium ergo syllogisticum, seu ars syllogistica objectiva, quam Logica habet pro objecto, sunt tales propositiones unitæ, non unio sola, nec solæ propositiones, sed utraque simul, propositiones scilicet affirmativæ vel negativæ, universales vel particulares, tali modo & ordine coaptatæ, quod ex eo magis patet, quia variata entitate propositionum, variatur forma, seu figura syllogismi, ut constat si propositio de universali fiat particularis, aut de affirmativa negativa. Sicut ergo forma domus, vel horologii rotati nihil aliud est, quam forma omnium partium unitæ, ita & in syllogismo. Quando autem dixi artificium syllogisticum esse quid propositionibus extrinsecum, intelligendum est de singulis sigillatim sumptis: syllogismus enim aliud nihil est, neque extrinsecum, neque intrinsecum, præter tres illas propositiones in mente simul existentes.

### SECTIO III.

Quid sit Logica docens, quid utens.

I. Confusionis plurimum habet hæc questio, utilitatis parum, quam proinde miror à nonnullis tam operose ac fuse disputari. Ego quid hac in re sentiant Authores, paucis perstringam, ut quid deum à nobis tenendum sit aperiam.

Prima eorum sententia est, qui Prætem Logicam esse ajunt, ut docetur simul cum alijs sententijs, quæ proinde conjunctam vocant: hoc enim in more erat apud antiquos quosdam Philosophos, quos hoc nomine reprehendit Aristoteles 2. Metaph. c. 3. absurdum esse asserens & scientiam simul tradere, & sciendi modum, ubi per modum sciendi Logicam intelligit. Zeno verò Aristoteles, Chrysippus, & alij, ut est apud Laërtium l. 7. de vitis Philosophorum, tradebant Logicam separatim ab alijs scientijs, quam hi Authores Docentem & Avulsam vocant. Sed hæc distinctio in præsentem non sufficit, cum Authores Avulsam adhuc in Docentem dividant & Prætem.

III. Secundo: Peculiaris est hac in re Sotus, qui Docentem Logicam videtur quasi speculativam statuere, & esse quandam cognitionem, quæ scimus naturam modi sciendi, ut autem hæc eadem scientia juvetur ad modum sciendi efformandum, esse Logicam utentem & practicam. Sed non rectè, nisi ulterius declaratur, scientia enim omnis de natura rei factibilis, ut factibilis est practica, cum ad illius effectum dirigat. Ab hoc dicendi modo non multum fortasse discrepant Recentiores quidam, dum ajunt Logicam esse Docentem, in quantum tradit præceptum in actu primo, esse vero utentem, in quantum in actu secundo ad actum aliquem artificiosè formandum dirigit. Qui explicandi modus mihi non videtur improbabilis.

IV. Tertia sententia est Scoti, qui Log. Fonseca, 2. Metaph. c. 3. q. 1. §. 6. & aliorum, qui partem topicam Prætem esse asserunt, Analyticam Docentem. At sane, si ideo Topica vocetur utens, quia generales tradit regulas, quibus aliæ scientiæ utantur, non est cur Analytica non sit similiter utens, cum multæ inibi tradantur generales regulæ ad scientias addiscendas in primis utiles, ut in libris Priorum ars syllogistica, in libris Posteriorum Demonstratio &c.

E

Quarta



V. Logica Utens non est habitus quidam à Logica Docente, & alijs scientijs distinctus.

Quarta sententia quorundam est asserentium Logicam *Vientem* habitum esse quendam realiter & à Logica Docente, & alijs scientijs distinctum. Sed hoc sine fundamento asseritur, nam vel ille habitus est representativus alicujus objecti, vel non: non secundum, cum enim generetur ab actu intellectus representativo objecti, inclinare ad similes actus debet, hæc enim est natura habitus. Nec primum, nam vel est representativus objectorum omnium scientiarum, vel saltem alicujus scientiæ particularis, tunc verò superflua erunt vel omnes, vel illa saltem peculiaris scientiæ, cujus objectum representat, præsertim cum posita notitia de modo faciendi definitionem, divisionem &c. & cognitione objecti, nulla specialis appareat difficultas in exercitio, ad quam tollendam peculiaris assignari debeat habitus.

VI. Vera explicatio Logicae Docentis, & Vientis.

Prima conclusio, Logica *Docens*, est illa quæ regulas tradit recte definiendi, dividendi, & argumentandi, *Viens* verò est usus & applicatio harum regularum in quacunque materia cujuscunque scientiæ, sicque rectius fortasse vocaretur *usurpata* passivè, quam activè *Viens*: ita Vasquez l. p. d. 8 c. 5. n. 19. & communis videtur acceptio. Probat quoad priorem partem, quia sicut in omni arte seu scientia practica, præscribitur certa quædam ratio, & præcepta operis faciendi, ita & in Logica, quæ suum etiam opus docere debet, & operationes intellectus recte ad finem ab arte præscriptum dirigere.

VII.

Quoad secundam etiam partem probatur. Regula enim sunt propter usum, ergo præter præcepta & regulas dari debet exercitium, seu effectio rei, conformiter ad præcepta; hoc autem in scientijs realibus fit, dum operationes intellectus ad regulas Logicae exiguntur, ut artificiosè procedant. Vocantur igitur Logica *Viens* aliæ scientiæ quasi *Vientes* Logica, quæ fortè de causa vocavit S. Augustinus Divum Paulum *Dialecticum*, quia scilicet utitur *Dialectica*. Quod si cum P. Arriaga d. 3. Log. l. 1. n. 2. dicere mavis non alias scientias, sed solam Logicam, dum in sua materia discurrit dici Logicam *Vientem*, non abnuo rem tenes, loquatur quisque ut lubet.

Quia de causa S. Augustinus S. Paulum vocavit Dialecticū.

VIII. Quid sit Logica Docente in actu primo, & in actu secundo.

Id verò hic notandum, Logicam Docentem (de artificiali loquor, quod tamen etiam de naturali verum est) duplicè esse, nempe in actu primo, & in actu secundo; in actu primo est habitus regulæ alicujus,

vel præcepti Logicae, quo promptus in actu primo redditur intellectus ad se in scientijs alijs per ejusmodi regulam dirigendū; in actu secundo est actus ille ab habitu elicited, quo tanquā regula hic & nunc dirigimur ad actus scientiarum eliciendos. Exempli gratia habet quis habitum hujus veritatis, *definitio constare debet genere & differentia*: per hunc habitum nō dirigitur immediatè intellectus ad definitionem conficiendam in quacunque scientia, nam hunc habitum retinemus dormientes, & alia omnia cogitantes: dirigimur autem immediatè per actum ab illo habitu elicited, qui actus est Logica *Docens* in actu secundo, seu regula actualis, quæ actu nos dirigit, & ostendit quo pacto conficienda sit definitio.

Notandum secundò, Logicam Utentem in propria Logica materia reperiri, ut si quis ex hac regula Logica: *Omnis definitio constare debet ex genere & differentia*: eliciat hanc definitionem in particulari, *Divisio est oratio distribuens rem in suas partes*. Primus actus est Logica *Docens*, secundus *Viens*. Imò idem omnino actus & Logica *Docens* simul esse potest, & Utens, ut in propositione allata, *Divisio est oratio distribuens rem in suas partes*, ut est definitio est Utens, quia procedit ex regula de definitione conficienda, ut tradēs præcepta de Divisione est *Docens*. Utens.

Secunda conclusio: Logica *Utens* & *Docens* inter se realiter ut plurimum, semper formaliter distinguuntur. Probat, actus *Docentis* est regula quæ ad actum aliquem rectè & artificiosè faciendum præscribitur, *Utens* sunt ipsi actus à præcedente regula directi, regula autem & regulatum distinguuntur, ergo.

Nec præter Logicam Docentem requiritur alius habitus Logicae, qui simul cum habitu physicae & aliarum scientiarum concurrat ad facilitatem formæ Definitionis, Divisionis &c. in actibus, fictitiis quippe est hujusmodi habitus, ab habitu præscribente formam & modum illas faciendi distinctus. Quod si in potentijs exterioribus ad exercitium aliarum artium, requiratur quædam facilitas præter artem quæ est in intellectu, id hic non urget, cum hoc exercitium in eadem potentia fiat, tum etiam quia in membris externis nullus requiritur habitus, ut postea dicam, sed quædam tantum dispositiones, ut laxitas nervorum, & alia hujusmodi: de quo iterum recurret sermo.

## DISPUTATIO IX.

### De quibusdam Logicae proprietatibus.

#### SECTIO PRIMA.

##### An Logica sit scientia.

I. Nonnulli negant Logicam esse scientiam.

**D**E Docente est sermo, de qua opinantur aliqui non esse scientiam, ita Alexander in Prologo Prior. & primo Topic. c. 4. Themistius primo poster. c. 29. Simplicius in prologo ad Prædicabilia, & alij. Sed si D. Thomam, Alexandro, Damascenum Themistio, Simplicio Augustinum opposuerimus, quis non videt ita auctoritate hanc firmatam esse sententiam, ut cuius sit amplectenda.

II. Triplex ab Aristotele sumitur scientia.

Advertendum scientiam ab Aristotele tripliciter sumi, primo strictè pro cognitione evidenti, quæ propter se tantum expetit, & ad alias scientias non refertur, sic eam accipit 2. Metaph. tex. 12. quam optime declarat D. Thomas, 1. 2. q. 57. a. 3. ad 3. vocans eam scientiam simpliciter. Secundò, latè pro qua-

cunque cognitione etiam opinativa, sic eam sumit 1. Metaph. c. 1. dum ait, *omnis homo naturaliter scire desiderat*. Tertiò propriè, pro cognitione evidente discursiva, sic eam definit primo Poster. dum ait: *scire est per demonstrationem cognoscere*.

Prima conclusio: Logica non est scientia primo modo sumpta, est tamen secundo. Probat, nam primo modo quoad primum, indubitatum est Logicam ad alias scientias referri, ut earum instrumentum. Quoad secundum similiter constat, quis enim dubitat eum, qui Logicam addiscit, aliquid cognoscere quod antea nesciebat, nempe modum construendi definitionem, syllogismum & alia. Difficultas ergo solum est modo, de scientia tertio modo sumpta.

Secunda conclusio. Logica est scientia tertio modo accepta, ac proinde pars philosophiæ: ita præter citatos, antiqui omnes, qui philosophiam dividunt in Naturalem, Moralem, & Rationalem. Probat, primo, ut scientia aliqua censetur talis, sufficit conti-



here in se aliquas veras ac proprias demonstrationes, sed Logica in se multas continet demonstrationes, probat enim definitionem explicare naturam rei, demonstrationem generare scientiam, & similia. Deinde ad eam scientiam spectat agere de passionibus, ad quam spectat agere de essentia, ergo cum Logica agat de essentia modi sciendi, agere debet de illius passionibus, sed potest has per essentiam demonstrativè probare, instar aliarum scientiarum ergo. Adde si Logica non scientificè procedat, ruerit magna ex parte alia scientia, quæ in suis demonstrationibus ex vi formæ à Logica dependet. Quod si quis ideo Logicam neget esse scientiam, quia multas in se habet conclusiones tantum probabiliter, eadem operâ negabit Physicam, Theologiam, & aliam quamcumque scientiam, cum nulla omnino scientia sit, quin conclusiones aliquas in se contineat non evidentes.

Si Logica  
nō sit scien-  
tia, magna  
ex parte  
ruent alia  
scientia.

V. Tam evi-  
denter de-  
monstrat  
pars Topica  
proprietas  
syllogismi  
probabilis,  
quam Ana-  
lytica De-  
monstra-  
tioni.

VI. Aliud est  
veritari  
circa rem  
probabilem,  
aliud ver-  
sari circa  
illam pro-  
babilitatem.

VII. Quomodo  
per demon-  
strationem  
acquiri pos-  
sit Logica,  
cum ipsa do-  
ceat conse-  
quenter De-  
monstra-  
tioni.

Intelligenda est hæc conclusio de parte etiam topica, quæ licet ut *Urens* constet ex probabilibus, & sit essentialiter opinio, ut *Docens* tamen, sit scientia, nec minus certò demonstrat pars topica proprietates syllogismi probabiles, nempe eum non generare scientiam, sed opinionem, quam Analytica syllogismi demonstrativi, nec enim minus est hæc vera demonstratio, *Omnis argumentatio constans ex probabilibus generat opinionem, sed syllogismus topicus constat ex probabilibus, ergo generat opinionem*, quam hæc: *Omnis argumentatio constans ex principijs evidentibus generat scientiam, sed demonstratio constat ex principijs evidentibus, ergo generat scientiam*.

Aliud ergo est veritari circa rem probabilem, aliud veritari circa illam probabilitatem, hoc secundum obstat scientia, non primum, nam & de errore potest dari scientia, Deus siquidem novit illum esse errorem, & scimus syllogismum elenchum, seu fallacem esse falsum. Hoc vero intelligendum est de Logica Topica secundum se, & ut nunc in scholis traditur, nam Aristoteles ex professo videtur noluisse ibi quidquam exactè tradere, ut testatur ipsemet, licet ex ijs quæ ibidem docuit, multæ possint demonstrationes, etiam de illa materia erui.

Dices ut Logica sit scientia acquiri debet per demonstrationem, sed acquiri nequit per demonstrationem, ergo. Probatur Minor, Logica modò conficienda demonstrationis præscribit, ergo prior est ad omnem demonstrationem, tanquam causa ad effectum, ergo per demonstrationem acquiri nequit, vel dabitur mutua prioritas. Respondetur convincere argumentum primam demonstrationis cognitionem non ortum ducere ex Logica artificiali, sed vel ex primis principijs, vel lumine naturali, primæ autem aliquæ cognitiones sic habitæ generare possunt habitum scientiæ de demonstratione, & ad actus postea artificiales concurrere.

## SECTIO II.

Sitne Logica virtus, ars, & facultas.

I. Quid hic  
intelligatur  
nomine  
virtutis.

Virtus est  
dispositio  
perfecta ad  
optimum.

Quoad primum notandum primò, per virtutem ejus sedes ut plurimum est in voluntate: nec vim etiam activam cujusque rei, quæ virtutis subinde nomine appellatur, sed virtus in præsentem pro habitu sumitur, seu qualitate superaddita, quæ ut loquuntur communiter Scholastici, *bonum facit habentem*, hoc est perfectionem ei addit naturæ rationali consentaneam, eamque sive quoad vim ejus intellectivam perficit, sive volitivam: quam proinde 7. phys. c. 3. t. 17. sic paucis describit Aristoteles, *virtus est dispositio perfecta ad optimum*.

Notandum secundò: Logicam secundum tres sui partes in triplèem à Dialecticis dividi, *Analyticam*, ubi de Demonstratione, *Topicam*, ubi de syllogismo probabili, & *Sophisticam*, ubi de sophismatibus & fallacijs disputatur.

Dico primò: Logica quoad partem *Analyticam* est virtus intellectualis. Ratio est, quia regulas ad Demonstrationem conficiendam præscribendo, intellectum disponit ad actus scientificos in varijs scientijs, eos unà cum illarum scientiarum habitibus eliciendo, sicque est dispositio ad optimum.

Dico secundò: probabile etiam mihi videri partem Logicæ *Topicam* esse virtutem, posse enim modum de re qualibet probabiliter discernendi, est bonum intellectus, cumque perficit, præsertim, cum S. Thomas, & Aristoteles asserant modicam notitiam quam opinando quis assequitur de rebus perfectioribus esse quid melius, magisque expetibile, quam evidentiam de rebus minus perfectis. Deinde ut proximè diximus, pars *Topica* non minus certò & evidenter demonstrat proprietates syllogismi probabiles, quam Analytica Demonstrationis, ergo hac in parte perficit intellectum.

Dico tertio: Logica, etiam quoad partem *Sophisticam*, est virtus intellectualis, saltem quatenus inodum, ac regulas præscribit fallacias discernendi, & consequenter eas vitandi. Sicut enim error & deceptio maximum sunt intellectus malum, ita viam ac rationem aperire, quæ quis hæc devitet, bonum sine dubio est, & maxime expetendum.

Quoad secundum advertendum, *Artem* dupliciter sumi ab Aristotele: primò pro ea quæ versatur circa opus externum, unde 6. Ethic. cap. 4. *Artem*, ait esse habitum cum ratione factivum, opus namque externum factivum ab eo passim vocatur, ut internum in ordine ad opus externum, & internum.

Secundò sumit *artem* pro quavis aptitudine ad quodcumque faciendum, etiam internum, ita etiam *artem* sumit D. Thom. 1. 2. q. 57. a. 3. corpore. Dicendum Logicam non esse *Artem* primo modo sumptam, cum opus ad quod dirigit sit internum, est tamen ars secundo modo accepta, Probatur ordinatur etenim ad opus, confectioem scilicet definitionis, divisionis &c. Quod verò scientificè procedat, causas nimirum assignando, & non merè ex fide humana instar Mechanicarum, hinc solum conficitur, esse *artem* perfectam, atque hujus intuitu vocatur à philosophis communiter *Ars Artium*. Quo etiam nomine appellatur, quod ars sit, artium omnium directrix, utpote ejus ipsæ regulas sequuntur, ut rectè in sua quæque materia, & artificiosè procedat.

Quod si Aristoteles *Artem* contra opponit scientiæ, intelligendus est de arte tantum imperfecta, quæ communiter inter homines est in usu, & fundatur in fide solum humana: si quis enim hoc tantum modo habeat Logicam, non est in illo Logica ex parte principij perfectior artibus Mechanicis, sed solum ex parte objecti. Si verò communiter dicatur *Artem* contra *artem* versari circa contingens, intelligendum est quoad actum secundarium, nempe circa modum sciendi hic & nunc faciendum, quoad primum enim circa necessarium versatur, id est demonstrando passionem & naturam modi sciendi, quæ non minus sunt necessariae, quam rei edjunctis alterius, hominibus videlicet, aut Angelis. Mechanicæ verò artes semper procedunt in particulari, nec passionem & essentiam suorum objectorum demonstrant, nec fortè demonstrare possunt: quod si possent, essent etiam scientiæ, licet ratione objecti imperfectæ.

Est etiam Logica *Facultas*, si sumatur facultas pro quacunque promptitudine ad aliquid, si verò *facultas* pro habitu sumatur inventendi rationes ad probandum *Facultas*.



bandum utramque partem contradictionis, quo sensu eam accepit Aristoteles 1. Eth. cap. 1. & 2. ubi probat hoc nomine Rhetoricam esse facultatem, & intellectus & voluntas dicuntur facultates animæ,

quia attingere possunt bonum & malum, verum & falsum, hoc inquam sensu Logica facultas solum est est tentat secundum partem Topicam, secundum quam tentat utriusque partis contradictionis.

## DISPUTATIO X.

*Virum Logica in cognitione sui objecti practice procedat, an speculative.*

**M**ulta fusc hic à nonnullis, & confusc disputantur de natura ac proprietatibus scientiæ practicæ & speculativæ, cum nihilominus inter omnes constet controversiam de voce tantum esse. Quare quantum rerum varietas & copia patitur, disputationem hanc quam possum brevissime expediam, nec enim quæstionibus de nomine diutius immorari operæ pretium existimo.

### SECTIO PRIMA.

*Quid sit notitia practica, quid speculativa.*

**I.**  
Notio practica & speculativa.

Intellectus extensione sit practicus.

**II.**  
De eodem objecto haberi simul potest actus practicus & speculativus.

Cognitio adæquata rei factibilis, est semper practica.

**III.**  
Scientia practica est, quæ sufficit ad dirigendum cognitionem ad effectum objecti.

**IV.**  
Nec actus practicus sit speculativus, nec

**H**is statutis facilis erit totius rei decisio. Practicum ergo notitia dicitur, quæ ei in quo est modum operandi ostendit, regulas præbendo, quibus ejus operatio dirigatur: speculativa verò, est cognitio quæ objectum considerat, in ejus contemplatione sistendo, non extendendo se ad illius productionem, unde ortum axioma, intellectus extensione sit practicus, id est ulterius se ad operationem extendendo. Non autem requiritur ad rationem actus practici, ut procedat per modum imperij his verbis explicati, fac hoc, quod communiter assignatur Prudentiæ, sed solum ut repræsentet rem operabilem, ut operabilem à cognoscente, id est illius factibilitatem, seu modum illam faciendi ostendat.

Nectamen hinc sequitur quod affirmant aliqui, non posse simul haberi actum practicum & speculativum de eodem objecto: quid enim impedit, quod minus quis consideret domum v.g. ut ens, aut substantiam, quæ cognitio est merè speculativa, licet etiam alio modo considerari possit domus, nempe ut constans fundamento, parietibus, ac tecto, quæ cognitio domus est practica. Verum quidem est, si cognoscitur domus adæquatè, semper ibi invenitur cognitio practica, quia qui adæquatè domum cognoscit, cognoscit eam ut factibilem: unde si solum loqui velint de cognitione Divina, semper est practica: comprehensiva enim cum sit, omnia repræsentat, nostra vero cum sit abstractiva, ac limitata rem eandem sub varijs formalitatibus inadæquatè potest concipere.

Scientiam ergo practicam illam dicimus, quæ est principium intellectuale sufficiens ad dirigendam potentiam ad effectum objecti, qualis est scientia simplicis intelligentiæ in Deo, quæ est idea seu repræsentatio, per quam ad creaturarum productionem dirigi potest, si verò operari nolit, nec creaturam ullam producere, non propterea scientia illa speculativa redditur simpliciter, sed secundum quid: quo sensu asserit D. Thom. Medicinam esse speculativam secundum quid cum Medicus eam non vult ad operationem applicare.

Actus ergo ex natura sua practicus non potest reddi speculativus simpliciter defectu voluntatis operandi: sicut nec è contra actus speculativus reddi potest simpliciter practicus, ex eo quod sciens ad opus eum aliquod ordinet, neque enim philoso-

phia propterea esset practica, quod sciens ad lucrum illam ordinaret, nec Architectura speculativa, quod Architectus cognitione solâ contentus, se ad opus non applicaret, in hoc enim spectandus non est finis seu intentio scientis, sed scientiæ, quæ si dirigat ad opus, ad opus est practica, si non, est speculativa, nec ab operantis voluntate pendet ut sit vel speculativa simpliciter, vel practica.

in hoc autem convenit utraque scientia, quod sit vera & perfecta objecti sui cognitio, etiam per causas, nam ut rectè D. Tho. 1. p. q. 79. a. 12. corp. practica ratio naturæ de operabilibus sicut speculativa de speculativis: habet quippe Medicina, habet Philosophia Moralis suas demonstrationes, hanc enim conclusionem moralem, Deus est amandus, si quis neget, illico probatur à priori hoc principio morali, Omne bonum est amandus. Unde 1. Meta. c. 1. ait Aristoteles, Architectos doctores ac sapientiores esse fabris, quoniam causas eorum quæ sunt norunt: fabros verò ibidem comparat rebus inanimis, & ait esse instar malleorum, & aliorum instrumentorum respectu Architecti, quod causas eorum quæ faciunt ignorant.

Ratio à priori est quia utraque est scientia, ergo scientificè procedit, & per causas: dicere verò eam scientiam tunc fore speculativam, quia per causas objecti operabili ut procedit, licet sit de objecto operabili ut operabili, est implicatio in terminis, cum ex essentia sua ordinetur ad opus, potest siquidem dirigere operantem, ac proinde non in sola contemplatione sistit. Idem enim est quoad directionem operantis, seu argumentantis dicere, syllogismus in Barbara constat tribus propositionibus universalibus affirmativis, ac dicere syllogismus in Barbara conficiendus est ex tribus propositionibus universalibus affirmativis, sicut hæ etiam propositiones sunt quoad sensum identicæ, hæc est via versus Romam, & hæc via te ducet Romam vel per hanc viam ire Romam poteris, licet diversis verbis explicentur.

Unde malè quidam affirmant solam scientiam speculativam procedere modo resolutorio, id est scientiam scientificè, resolvendo nimirum rem in suas causas, practica practicam verò modo compositorio, ut ait S. Tho. procedit modo resolutorio, licet ibi non falsum, nam scientia qua Deus creat Angelum est practica, cum tamen in Angelo nulla sit vel forma dirigat ad vel materia. Vult ergo solum D. Thom. quod supra operandum notavimus, non sistere scientiam practicam in sola contemplatione, sed ulterius ad opus dirigere, applicando scilicet cognitionem operi, cujus cognitio est quasi forma, quippe secundum quam sit opus: non tamen negat D. Thom. scientiam practicam reddere rationem operis, ut supra vidimus in Architecto, Medico, & Philosopho morali.

Unde cum dicitur scientiam speculativam habere pro objecto veritatem, non dicitur practicam non habere: hoc enim esset aperte falsum, cum veritas & cognoscibilitas sint idem, quidquid enim cognoscitur est cognoscibile. Solum ergo vult hoc dictum, scientiam speculativam

**V.**  
Scientia tam practica, quam speculativa: habet quippe perfectam cognitionem sui objecti.

Quam ob causam Aristot. fabros comparat malleis.

**VI.**  
Scientia de objecto operabili ut operabili, quamvis à priori procedat, est practica.

**VII.**  
Scientia de objecto operabili ut operabili, quamvis à priori procedat, est practica.

**VIII.**  
Tam scientia practica habet pro objecto veritatem, quam scientia speculativa.



scientiam practicam non sistere in illa veritate, sed ulterius ad illius effectum tendere. Verum tamen est, si ille actus quo aliquid demonstramus non habeat pro objecto aliquid producibile à cognoscente, non erit propriè & directè cognitio practica, qualis esset cognitio alicujus proprietatis, e.g. quæ nobis etiam incogitantibus emanat ab aliquo objecto, sed solum erit practica indirectè, quatenus juvat & ordinatur ad cognitionem naturæ rei practicæ, quæ cognitio est perfectè practica.

## SECTIO II.

*Aliæ quedam proprietates scientiæ practicæ, & Speculativæ.*

I. Diximus ad scientiam practicam necessarium esse, ut repræsentet rem operabilem: nunc videndum quid ad completam rationem notitiæ practicæ requiratur.

II. Quæres primò: utrum ad scientiam practicam necessarium sit, ut repræsentet non solum rem operabilem, sed operabilem ab eadem persona, in qua est scientia? Respondetur affirmativè, alioqui non est completè practica. Desumitur ex Aristot. 3. de Anima c. 10. tex. 50. dicente, practicum esse principium agendi: unde efficax conficitur argumentum, nam scientia practica secundum Aristotelem est principium agendi, nempe directivum, sed dirigere nequit ad actus practicos alium ab habente, ergo. Patet. Mir. dirigit repræsentando, ac dando in genere causam formalem denominationem cognoscentis, & informando: sicut albedo dat denominationem albi, sed albedo denominationem albi non dat alteri subjecto, quam illi in quo est; ergo nec actus intellectus practicus denominationem cognoscentis practicè alteri tribuet, quam illi in quo est.

III. Si ergo is, qui illam habet scientiam, potentia faciendi rem orbetur, cujus modum faciendi cognoscit, scientia illa non est completè practica, siquidem quæ talis essentia: em dicit ordinem ad praxim, ubi ergo simpliciter non potest esse praxis, nec esse poterit scientia completè practica.

IV. Hinc apertè rejicitur illorum opinio, qui plantæ productionem volunt esse practicam: nam radix plantæ, vel sol qui plantam producit nullo modo dirigi possunt, cum nil percipere possint vel cognoscere. Dices, saltem homo dirigitur ad illius productionem. Contra, homo tantum dirigitur ad applicationem mediorum, fissionem scilicet terræ, rigationem, plantationem &c. ipsam verò plantæ productionem & vegetationem non attingit, namque post applicata media, homo è vita antè excessisse potest, quam enascatur, vel crescat planta.

V. Scientia ergo applicandi media est homini practica, ipsa vero plantæ, vel segetis productio, nulla ratione homini practica esse potest, si propriè loquamur. Sic in medicina, medici scientia est practica respectu applicationis medicamentorum, ipsa vero sanitatis inductio, quæ per medicinas efficitur, à medico nec fit immediatè, nec fieri potest, ac proinde, nisi impropiè loqui velimus, scientia quam habet is de sanitate nō est practica, sed solum scientia applicationis mediorum: alioquin scientia quam Angeli, seu Intelligentiæ quæ cælos movent habent de rebus omnibus sublunaribus, quæ per stellarum influxum producuntur, esset practica, quia cælos applicant, per quos producuntur.

VI. Præterea diceretur homo habere scientiam practicam creationis animæ rationalis: homo etiam & Angelus scientiam practicam creationis Angelorum, cum sciant quâ ratione à Deo produci possint.

Imò haberent homines & Angeli scientiam practicam generationis Verbi Æterni, & processionis Spiritus S. Deus etiam haberet scientiam practicam peccati formaliter, nec solum illud permittere, sed etiam committendi, cum sciat quo pacto ab hominibus committatur, quæ tamen & meritò, in scholis sunt inaudita.

Desumitur hic philosophandi modus ex S. Tho. q. 14. de veritat. a. 4. Corp. his verbis: oportet intellectum practicum esse proximam regulam operis, ut pote quo consideretur ipsum operabile. Id tamen pro tota hac questione notandum, cum dicitur scientiam practicam tendere in objectum operabile ut operabile, non esse hoc intelligendum in actu signato, seu ut dicat actus esse objectum operabile, sed solum in actu exercito, ut scilicet operabilitatem repræsentet, seu modum objectum extra causas ponendi.

Quæres secundò, illa ergo cognitio, quæ Angelus animam rationalem, vel plantam cognoscit ut factibilem, quanam erit? Speculativa certè esse non potest, cum non sistat in mera contemplatione objecti, sed ejus factibilitatem ostendit. Responderetur esse practicam negativè, id est quæ non sistat in sola contemplatione objecti, vel practica dici potest inadæquatè, non adæquatè, quia practica quæ talis dicit ordinem ad praxim seu actionem, ubi ergo illa esse non potest, deest necessariò scientiæ denominationi practicæ, licet fundamentaliter, & aptitudine proximâ sit talis, quod non habet cognitio, quæ objecti factibilitatem omnino non repræsentat.

Quæres tertio: utrum impedimentum per accidens obstat denominationi scientiæ practicæ? Respondetur negativè. Unde potest claudus scientiam habere practicam pedes ad numeros movendi. Ad quod notandum, scientiam alicujus rei tunc esse practicam, quando est in agente potentia in actu primo ad illud efficiendum completa, in claudus ergo potest esse potentia motiva, licet sit impedita aliquâ debilitate, vel læsione, sicut non est quis cæcus si potentiam habeat visivam, licet visus exercitium sit aliquo modo impeditum: cæcitas enim est privatio visus, in ipso verò non est privatio visus, nam est visus, alioqui potentia motiva ab eo tolleretur qui est vinculis constrictus, vel aliâ extrinsecâ ratione impeditus, tunc enim nequit se movere, & cæcus foret quis quotiescunque oculos clauderet, vel dormiret, aut alia quavis ratione ab exercitio visus impeditur.

Dices, Angelus novit practicè Logicam, actus tamen Logicos elicere non potest, seu discurrere, sed tantum alios docere, ergo non requiritur ut scientia sit practica, ut dirigat ad aliquid factibile à cognoscente. Respondetur, Angelum posse discurrere circa objecta supernaturalia, & alia quorum intuitivam cognitionem non habet, ergo novit practicè Logicam, & exercere potest actus logicos circa aliqua objecta: si verò non possit, scit illam solum speculativè, quod autem alios possit docere, solum arguit habere ipsam Scientiam practicam alios docendi, non tamen actus Logicos in se elicendi.

Scientia quam habet Deus de peccato, seu de modo illud committendi non est practica: nam scientia practica, ut ajunt, est causa rerum, peccatum autem quæ tale, à Deo fieri non potest, licet permitti possit: unde solum conficitur permissioem peccati esse illi practicam, non admissionem, licet perfectissime sciat quâ ratione peccata ab hominibus committuntur.

VII.

Non est opus ut scientia practica repræsentet rem ut operabilem in actu signato.

VIII.

Cognitio, quam Angelus habet de creatione animæ, vel solis est practica negativè, vel inadæquatè.

IX.

Impedimentum per accidens non tollit rationem scientiæ practicæ.

X.

Angelus novit Logicam, sed tantum alios docere, ergo non requiritur ut scientia sit practica, ut dirigat ad aliquid factibile à cognoscente. Respondetur, Angelum posse discurrere circa objecta supernaturalia, & alia quorum intuitivam cognitionem non habet, ergo novit practicè Logicam, & exercere potest actus logicos circa aliqua objecta: si verò non possit, scit illam solum speculativè, quod autem alios possit docere, solum arguit habere ipsam Scientiam practicam alios docendi, non tamen actus Logicos in se elicendi.

XI.

Scientia, quam habet Deus de modo committendi peccati, est speculativa.

## SECTIO



## SECTIO III.

*Virum ad Scientiam practicam requiratur ut res sit naturaliter factibilis, aut libere.*

I.  
Status qua-  
stionis propo-  
nitur.

II.  
Cognitio illa  
Petri de  
creatione  
Angeli, est in  
quarto in-  
stante pra-  
ctica.

III.  
Petrus per  
eam cogni-  
tionem diri-  
geretur ad  
creandum  
Angelum.

IV.  
Cognitio illa  
Petri red-  
ditur practica  
per accidens.

V.  
Qua cog-  
nitiones sine  
semper spe-  
culativa.

VI.  
Quomodo  
idem actus  
transit de  
speculativo  
in practicum

VII.  
Cognitio na-  
turalis ex-  
citare potest ad  
efficiendum  
aliquid su-  
pernaturale  
quoad modum

**P** Arriaga d. i. Log. s. 4. subsec. 2. n. 32. negat dari posse scientiam practicam de objecto per potentiam tantum obedientialem producibili.

Ut res clarius intelligatur, ponamus Deum ab aeterno habuisse hunc actum, volo tali die in instante D. cum Petro concurrere ad Angelum, vel novam stellam in Caelo producendam: Petrus illo die in instante A. elicit cognitionem de modo creandi Angelum, quem actum per quinque instantia continuat, ut supponimus.

Dico itaque, cognitionem illam Petri in tribus primis instantibus non fuisse practicam, circa creationem Angeli, cum omnipotentia Dei pro illis Petro non fuerit applicata, esse vero practicam pro instante D, non minus quam si Deus simile actum habuisset concurrenti cum Petro solum in instante D. ad actum aliquem artificiosum Logicum, aut alterius artis vel scientiae.

Obijcit primò P. Arriaga: Petrus per eam cognitionem non dirigeretur ad productionem Angeli. Nego antecedens, non minus enim ab ea dirigeretur ad hunc effectum, quam per ideam imaginis ad producendam imaginem.

Obijcit secundò: hoc saltem cognitioni illi erit per accidens. Contra, si per accidens intelligatur non potest per se, & essentialiter hanc cognitionem, ut conjungatur vis operativa Petri cum tali miraculoso concursu, concedo esse hoc ei per accidens; dico tamen reddi practicam per accidens, cum non minus hic & nunc ad opus à cognoscente faciendum dirigat, quam alia quavis cognitio de objecto merè naturali.

Obijcies 3. scientia quæ semel est speculativa, est semper & necessario talis. Respondetur, scientiam speculativam in duplici esse genere, cognitio enim quæ est de objecto, vel non omnino producibili, ut de hippocervo, vel non producibili à cognoscente, ut cognitio quam haberet Petrus de prima sui productione. Hæc, inquam, cognitiones sunt ita speculativæ, ut nunquam fieri possint practicae. Aliæ sunt cognitiones speculativæ, quæ sunt de objecto simpliciter producibili, sed ob extrinsecas solum quasdam circumstantias, dirigere ad opus illud non possunt, sicut autem circumstantiæ mutantur, ita cognitiones extrinsecæ mutari, & de speculativis transire in practicas quid vetat? Sic cognitio quam Paulus in instante A. habet de duratione motus manus pro instante B, nunc est speculativa, quia duratio illa pro instante A, non est possibilis adveniente autem instante B, sicut objectum redditur tunc possibile, ita cognitio redditur practica.

Obijcies 4. cognitio naturalis excitare potentiam operatricem non potest ad effectum supernaturalem, nulla enim inter hæc reperitur proportio. Distinguo antecedens, cognitio naturalis excitare non potest ad effectum supernaturalem in substantia, concedo antecedens, ad effectum solum supernaturalem quoad modum, ut ad effectum producendum in loco distante, in duobus locis, & similibus, nego: hic enim est proportio simpliciter, & improprio secundum quid tantum, & quoad modum.

## SECTIO IV.

*De libertate objecti cognitionis practica.*

**Q**uestio est practica, utrum objectum cognitionis practicae esse debeat liberum, seu tale ut in illius effectione errare operans possit? Affirmat P. Suarez, Fonseca & alij: longè tamen probabilius existimo cum P. Molina, P. Hurtado, P. Arriaga citatis & aliis, nullo modo necessarium esse ad rationem scientiæ practicae, ut objectum ejus sit liberum, aut errorem in effectione admittens. Ratio est, quia essentialis conceptus scientiæ practicae in hoc consistit, ut rem à cognoscente producibilem repræsentet, ita ut ex vi hujus notitiæ efficere eam possit, sive sit periculum errandi, sive non.

Latius ergo patet scientia practica, quam Ars, hæc enim præscribit certas quasdam & errare in faciendo non patientes vias, unde supponit effectum non esse planè necessarium, sed errores in eo posse contingere, & in ejus effectione non rectè semper procedere operantem; omnis ergo scientia practica non est Ars. Probatur I. non requiri ut sit opus circa quod errare possimus, scientia enim Dei respectu creaturarum est practica, ut potè causa rerum, unde Sap. 7. Divina Sapientia omnium vocatur artifex, quis tamen eam dicit errare circa earum effectiorem posse?

Secundò: scientia Angeli de motu, est practica, sicut etiam judicium supernaturale Christi, & Beatorum de actibus virtutum eliciendis, cum tamen in eum statum nec error cadat, nec errandi periculum, & eorum voluntates sint alicujus non recti incapaces. Constat ergo ad scientiam practicam non esse necessarium ut sit opus liberum libertate contrarietatis, seu ut possit quis rectè, vel malè aliquid facere: nec etiam opus est ut sit liberum libertate contradictionis, id est ut actum, ad quem dirigit, elicere possit vel non elicere: nam visio Beata in multorum sententia, est practica respectu amoris beatifici, à quo tamen amore cessare nullo modo possunt Beati.

Dices 1. hinc sequi bruta habere notitiam practicam, & artibus esse variis imbuta, sic enim erunt textrices aranæ, philomela Musica, hirundines architecti, dum tanto sibi artificio domos construunt, nihil enim horum faciunt, quin cognitione ad hoc sufficiente dirigantur, ut enim nihil volitum, ita appetitum, quin per cognitionem. Resp. negando, quædam quæ si valeret, probaret etiam bruta operari propter finem: ad quid enim tanto artificio retia tendit aranea, nisi in musca, aut aucupium; & idem est de aliis. Si ergo non dicuntur operari bruta propter finem propriè, ob imperfectionem cognitionis materialis, & defectum aliquem reflexionis, sic ob eandem rationem, cognitio illa quia materialis, non erit propriè ars, nec scientia practica: sicut tamen latè & improprio dicuntur agere propter finem, ita improprio & materialiter dici poterunt artes aliquas callere. Adde cognitionem practicam esse ut plurimum aliquo modo reflexivam, quod brutis non convenit, sicq; licet ad numeros saltene simia, non tamen id per regulas addiscunt, sed merè per imitationem: sicut etiam fortè delinearent imaginem, si alium delineantem aspicerent.

Dices secundò: cognitio quam habemus de nostra nutritione non est practica, quia non sit liberè. Nego antecedens quoad secundam partem, sed non est practica, quia non omnino fit per cognitionem, quam habemus de nutritione, nec liberè, nec necessario peragenda.

Dices tertio: dirigere est regere, illud autem nec directione indiget, nec regimine, in quo nullum est peri-

I.  
Affirmant  
autem ob-  
jectum scientiæ  
practicae de-  
bere esse libe-  
rum, & erro-  
ribus ob-  
noxium.  
Contrarium  
est probabi-  
lius.

II.  
Latius patet  
scientiam pra-  
cticam quam  
Ars.

Variè osten-  
ditur ad  
scientiam  
practicam  
non requiri,  
ut in ejus ob-  
jecto error  
possit contin-  
gere.  
Nec libertas  
contrarietatis  
requiritur  
nec contra-  
dictionis.

III.  
Obij. hinc  
sequi bruta  
habere scientiam  
practicam.

IV.  
Ratio cur  
brutorum  
scientia non  
sit propriè  
practica.

V.  
quæ re cog-  
nitio nostra de  
nutritione  
non sit pra-  
ctica.

VI.  
peri-



periculum errandi. Concessa Majore, distinguo Minorem, non indiget directione proprie dicta, concedo Minorem, late sumpta, nego; hoc enim modo sumpta directio significat tantum cognitionem, quæ voluntatem, vel potentias ad operationes præcedat, & iis quasi faciem præferat: voluntas enim, cum cæca sit, nec ipsa per se facere quidquam potest, nec aliam potentiam ad opus applicare sine cognitione intellectus, cum ferri nequeat in incognitum. Debet ergo hoc sensu dirigere illam intellectus, & quasi face prætere, & eam illuminando, rem faciendam ostendere, quæ ostensa parum refert, ut hæc cognitio sit practica, liberè an necessario operetur voluntas, & cætera potentia, sed hoc solum ut intellectus directione objectum & actum propositum producant.

Quo sensu  
in obiecto  
necessario  
requiritur  
directio.

## SECTIO V.

Quid sit praxis, & utrum idem actus simul  
esse possit practicus, & speculativus.

I. Praxis actio est per alium actum dirigibilis, ut recte fiat, sive sit externa actio, quæ ab Aristotele vocatur, seu factio, & actionem externam, ac transeuntem denotat, quæque relinquit post se opus: sive interna, quæ ab eodem *πραξις* nuncupatur, estque actio immanens.

II. Sotus & alij existimant, debere praxim esse actum alterius potentia ab intellectu; nam, inquiunt, omnis actus intellectus est speculatio, ergo non praxis. Sed leve est hoc fundamentum, nam licet implicaret eundem actum simul esse speculativum & practicum id est, directivum & non directivum operis, de quo statim, non tamen esse speculativum, seu speculationem & praxim; quid enim verat actum intellectus dirigi, & secundum artis regulas & præscriptum fieri: ut si intellectus hic & nunc diceret esse studendum, vel contemplandum, studeat inde quis, vel contempletur: quid ni enim æquè poterit prudentia dictare esse hic & nunc eliciendum actum intellectus, ac alterius potentia, & studendum esse v.g. æquè ac jejunandum. Cur, inquam, non æquè poterit, ars modum præscribere & regulas ad actum intellectus artificiosè conficiendum, atque ad imaginem, mensam, cathedram.

III. Dico itaque, nil obflare quod minus idem actus speculatio simul esse possit & praxis, v.g. cum quis dicit, homo est animal rationale, ille actus ut repræsentat suum objectum est speculatio, nullas enim dat regulas, praxis verò esse potest si procedat ex directione hujus actus Logica docentis, omnis definitio constare debet genere, & differentia, actus ergo hic Logicus regulans dicitur practicus, seu regula, ille verò regulatus & praxis, seu effectus ad hujus normam formatus, cuius est objectum.

IV. Imò verò potest idem actus esse practicus simul & praxis, ut est respectu diversorum hic actus, Divisio distribuit rem in suas partes, hic actus est practicus respectu divisionis faciendæ, quia regulam conficiendi illam præscribit, at verò quatenus definitio potest esse praxis & regulata ab altero actu, nempe definitio constare debet genere & differentia, seu quod eodem recidit, ut docens est practicus, ut utens praxis. Quod si quis ideo prædictos actus neget esse praxim, quia non sunt actus alterius potentia ab intellectu, hoc animi gratia dixerit, & aperte petit principium.

V. Quoad secundum, nempe, utrum actus idem practicus simul esse possit, & speculativus? De habitu non est dubium, idque sive habitus sit simplex qua-

litas, sive non, sicut intellectus ipse, practicus simul est & speculativus, ratio namque practici & speculativi, non sunt differentia essentialia opposita, sicut rationale & irrationale: unde passim asserunt Theologi, eundem habitum fidei & practicum esse, & speculativum.

Sed fac esse differentias essentialia diversas, sicut tamen sunt tres gradus viventium; vegetabile tantum, rationale tantum, vegetabile simul & rationale: ita & tria sunt genera horum actuum, speculativum tantum, practicum tantum, speculativum simul & practicum. Licet ergo speculativum tantum & practicum tantum, non possint in unum coalescere, sicut nec vegetabile tantum & rationale, cum unum vel dicat vel inferat semper negationem alterius: speculativum tamen simpliciter, & practicum non est cur inveniri nequeant identificata, sicut vegetabile, & rationale.

Potest ergo idem actus respectu diversorum ob-  
jectorum simul esse speculativus & practicus; ita P. Valquez i. p. d. 2. c. 3. n. 6 Molina, Suar. Hurra. citati. Probatur, cum enim tam practica cognitio, quam speculativa sit representatio objecti, & in hoc uno differant, quod altera representet objectum operabile a cognoscente, altera non ab eo operabile, quid verat eundem actum duo representare objecta, quorum alterum sit hoc modo operabile, alterum verò minime? Sic eadem numero scientia Dei, quæ se & creaturas cognoscit, ut Deum representat, est speculativa, quia producibilis non est; ut creaturas possibiles, practica. Sic actus ille, *Trinitas est amanda*, respectu Trinitatis est speculativus, respectu amoris eliciendi practicus.

Secundò: successivè idem actus, speculativus esse potest & practicus respectu ejusdem objecti, actum proinde practicum esse, aut speculativum denominatione tantum est extrinseca, quod enim cognoscens modò efficere possit quod cognoscit, modò non possit, quid immutat intrinsecum in illius cognitionis entitate? Probatur itaque, scientia quam habet Angelus de Angelo vel anima rationali creanda, est modò speculativa, si verò elever Angelum Deus ad creationem Angeli, eadem cognitio ipso facto de speculativa transit in practicam, quia Angelus transit de non potente creare Angelum, ad potentem eum creare.

Quæres, utrum cognitio domus factæ sit speculativa, an practica? Resp. si eam quis consideret ut factam, esse cognitionem speculativam, nam ut sit practica considerare rem debet, ut operabilem, seu factibilem, non ut factam, supposito enim quod sit facta, fieri jam nequit.

Ad varias ergo hac in re difficultates & æquivocationes vitandas, notandum, dum pictor intuetur imaginem Petri, vel Petrum ipsum, ut imaginè ejus depingat, duplicem intercedere cognitionem, alteram intuitivam Petri vel imaginis factæ, seu exemplaris, quæ cognitio remotè tantum & occasionaliter ad imaginem pingendam concurrat; alteram abstractivam alterius imaginis non factæ, sed faciendæ, & hæc est practica ac immediatè & proximè dirigit manum pictoris ad illam imaginem delineandam: quando enim lineas ducere vult pictor, debet præter cognitionem imaginis, seu exemplaris quod intuetur, præconcepere lineam quam in tabula ducere intendit, nihil namque volitum quin præcognitum: nec enim vult illam lineam numero ducere quam in imagine cernit, sed aliam ei similem. Ex occasione ergo imaginis quam intuetur, aliam præconcepit imaginem, & respectu illius, cognitio ejus est practica, non respectu exemplaris.

Dices, potest ex vi cognitionis domus factæ, illam

VI.

Tres series  
actuum, scilicet  
cui tria ge-  
nera Vi-  
ventium.

VII.

Idem actus  
respectu di-  
versorum  
objectorum  
potest esse  
speculati-  
vus & pra-  
cticus.

VIII.

Idem actus  
successivè  
potest esse  
speculati-  
vus & pra-  
cticus, res-  
pectu ejus-  
dem objecti.

IX.

Considera-  
tio rei factæ  
ut facta, est  
speculativa

X.

In rei ali-  
cujus con-  
fessione per  
artem, quæ  
cogitatio-  
nes inter-  
veniant.

XI.

Inspectio &  
cognitio  
exemplaris,  
est specula-  
tiva.



Considera-  
tio domus  
facte occa-  
sionaliter  
tantum, &  
remota co-  
ducit ad  
opus.  
Scientia  
visionis in  
Deo est spe-  
culativa;  
scientia  
simplicis  
intelligentia  
est practica.

emendare; sicubi quicquam viderit emendandum. Resp. ex occasione errati quod advertit, habere potest scientiam practicam, partem illam male factam destruendi, & hoc sensu domum emendandi. Mente ergo concipit novum opus faciendum, & destructionem illius partis, quorum neutrum videt nec considerat ut factum, sed ut faciendum. Confirmatur hoc totum ex scientia visionis in Deo, quae secundum Theologos communiter est speculativa, quia fertur in res existentes, & factas ut factas pro sua differentia temporis; scientia autem simplicis intelligentiae est practica, quia fertur in easdem ut factibiles, non ut factas.

## SECTIO VI.

Resolvitur questio in Logica circa rationem practici, & speculativi.

I. Prima sententia affirmat Logicam esse simpliciter speculativam; ita Scotus q. 4. proem. quem ejus discipuli sequuntur: Durandus q. 6. Baconus q. 4. & nonnulli alij, quorum tamen fundamenta in superioribus sunt soluta, quod scilicet actus intellectus nequeat esse praxis, quod sectione praecedente ostendimus esse falsum.

II. Secunda sententia ait, Logicam simpliciter esse practicam: ita Ockam cum Nominalibus. Fonseca 2. Metaph. c. 3. q. 2. l. 4. Muria in Introduct. Log. d. 11. q. 4. a. 1. Conimb. q. 4. a. unico, & alij.

III. Tertia demum sententia asserit esse Logicam, partim speculativam, partim practicam: ita P. Sua. d. 44. Metaph. l. 13. n. 54. Ruvijs q. 5. proem. n. 14. Vasqu. 1. p. d. 9. n. 9. Hur. d. 2. Log. l. 2. praecipue §. 16. P. Arriaga ita Logicam esse vult practicam, ut nullum omnino in ea actum ad Logicam spectantem admittat, qui non sit pure practicus. Quem sequi videtur P. Oviedo Cont. 2. Log. p. 5. n. 5.

IV. Prima conclusio, in Logica multi sunt actus pure speculativi. Probatur primo, multa enim considerat Logica mere speculativè, proprietates scilicet modi sciendi, quae non sunt à cognoscente factibiles, nisi mediata, sed eodem modo ab essentia modi sciendi dimanant, sive cognoscantur, sive non; ac proinde non dirigitur intellectus per eam cognitionem ad aliquid immediate faciendum: cognitiones verò illae sunt hujusmodi, demonstratio generat scientiam, definitio non distinguitur à definito, genus latius patet quam differentia, quae aequè demonstrationi, definitioni & generi conveniunt, & ab ijs Logicè dimanant, sive nos de proprietatibus hisce cogitemus, sive non.

V. Probatur secundò & praecipue, consideratio rei factae ut factae, est speculativa, ut cum communi fatetur P. Arriaga d. 1. Log. sect. 4. sub. 3. num. 60. sed Logica considerat opera sua, varios scilicet actus intellectus jam factos, ergo: Minorem probo, sicut artes aliae res jam à se factas, frequenter speculantur. Architectura v. g. domum considerat, num rectè jacta sint fundamenta, erecti parietes, tectum superpositum, contignationes, portae, fenestrae recto ordine dispositae: vel aptius ad rem nostram, pictor imaginem jam à se factam contempletur, num scilicet recta sit partium inter se coordinatio, membrorum proportio, colores rectè dispositi, & alia hujusmodi, ita Logica (quae, ut supra dixi, ars quadam pingendi est, & imagines rerum spiritualibus coloribus adubandi artem docet, ut pictura materialibus) opus jam à se vel alijs scientijs factum, Definitionem scilicet, Divisionem, aut Demonstrationem, in quantum lineamenta in ijs & tractus Logici relucet, consi-

derat, & ad regulas ac praecepta sua exigit, sicut artes aliae ad suas. Confirmatur, hoc enim modo artes omnes, atque adeo Logica & primò inventa fuit, & paulatim ad perfectionem perducta.

VI. Dices, inspectio haec & contemplatio Definitionis, Divisionis, & aliorum de quibus disputat Logica, Nisi consideratio Definitionis, Divisionis, & c. est, ut notatis erroribus, correctius deinceps, & commendatiùs in suis actibus procedat, & ad regularum praescriptum exactius, ergo hi etiam actus aliquo modo sunt practici. Contra primò secundum omnes, ut vidimus, inspectio operis facti ut facti est speculativa, licet practica inde cognitio occasionaliter oriatur, ergo Logica multos habet actus pure speculativos. Contra secundò, jam enim in nulla omnino arte erit cognitio speculativa, cum tamen fateatur Arriaga d. 3. Log. l. 3. fine, actus illos quibus Mechanici materia considerant, ex qua opera sua conficiunt architectus, e.g. aut statuarius lignum, ad domus ille, hic statuae confectionem esse speculativos: quidni ergo idem erit in logica?

VII. Probant aliqui tertio hi duo actus essentialiter inter se differunt, definitio explicat naturam rei per genus & differentiam, & definitio constare debet ex genere & differentia, sed nulla alia est essentialis hujus discrepantiae ratio, nisi quod primus actus speculativus sit, secundus practicus, ergo. Inefficax est hæc probatio, inter hos enim actus nulla intercedit differentia, scilicet diversitas, uterque siquidem est practicus, cum uterque factibilitatem rei, definitionis scilicet confectionem potentiae vim illius conficiendi habenti representet, in hoc autem, ut diximus, est sita notio artis, vel scientiae practicae.

VIII. Secunda conclusio, Logica multos similiter in se continet actus practicos. Probatur, Logica enim regulas & praecepta ad Definitionem, & alios sciendi modos conficiendos praescribit, imò hic praecipuus est illius scopus, ergo ordinatur ad praxim, seu ad aliquid faciendum, ergo negare nullus potest actus illius hac ex parte esse practicos. Confirmatur, si explicare quis velit quod definitio aliqua, aut divisio rectè sit facta, ad Logicæ eas normam adhibet, ut earum inde artificium discernat, ergo Logica actus in se practicos continet, & ad operandum ordinatos.

IX. Tertia conclusio, Logica simpliciter dici potest scientia practica. Ratio est, licet enim varios actus in se speculativos contineat, cum tamen primus illius, & ad quem praecipue collimat, scopus sit praxis, seu actuum artificialium, tum in propria, tum aliarum scientiarum materijs confectione, dici simpliciter potest practica. Confirmatur, Logica, Physica &c. ab omnibus vocantur scientiae, licet multas in se habeant conclusiones tantum probabiles, ergo sicut probabilitas in quibusdam actibus non obstat denominationi scientiae, ita nec ratio speculativi denominationi scientiae practicae, ubi praxis praecipue intenditur.

X. Objicies, artificium Logicum est expetibile propter se, ergo cognitio illius est speculativa. Respondetur primò, negando antecedens, nam Logica est scientia instrumentalis, instrumentalis autem scientia ex natura sua ordinatur ad aliud, nec enim definitionis, divisionis aut argumentationis structuram illarum tantum quis gratia addiscit, & ut ibi sistat, sed ut ad usum earum & exercitium in alijs scientijs tendat. Secundò, dico parum hic referre sit ne gratia sui expetibilis hæc cognitio, sed spectandum solum esse num sufficiens sit ad dirigendam potentiam executricem, quae hic est intellectus, ad id efficiendum quod proponitur, si sit, erit practica, sin minus speculativa.

Artificium verò activum hic, est cognitio ostendens rationem.



Artificium  
Logica acti-  
vum, &  
passivum.

rationem conficiendi modum sciendi, ipse verò modus sciendi artificium est passivum, sicut in cognitione Architecti contingit respectu domus construendæ, ut diximus sectione præcedenti. Quæ duo artificia, *activum* scilicet & *passivum* accuratè sunt distinguenda, ne maximè in hac materia confusio- nis occasionem præbeant.

XII.

Ut ergo rem verbo expediam: Logica latius est

speculativa, principaliter practica: latius speculativa, quia essentia cujusque rei est tantum unica, proprie- tates plures, sicque plures actus speculativos habet, quam practicos; principaliter tamen est practica, quia præcipuum quod spectat est essentia modi sciendi, ut scilicet rationem illam construendi ostendat, ergo præcipui ejus actus sunt practici.

## DISPUTATIO XI.

### De comparatione Logica ad alias scientias.

Dialectica  
laudes.

**D**E utilitate Dialecticæ sermonem institucere (quod tamen hic facere nonnullos video) omnino supervacaneum existimo; utilem si- quidem maximè illam esse, summæ illæ laudes indi- cant, quibus eam viri quique præstantissimi exor- nant. Hinc alij artem eam Artium nuncupant, alij Disciplinam Disciplinarum, alij scientiam veritatis, quippe quæ instrumenta scientijs cæteris, quibus veritatem eruant, velut artifex præparet. Quod si quando Sancti Patres in Logicam acrius videantur investiti, non de hac nostra, quam summo semper in pretio habuisse eos constat, intelligendi sunt, sed de fallaci illa & fucata, ac Dialecticæ nomine indigna *Sophistica*, quæ quantum cælum à terra, tantum à vera Logica distat.

Patres non  
in veram  
Logicam  
investiuntur,  
sed in  
Sophistica.

### SECTIO I.

#### Sitne Logica ad alias scientias ne- cessaria.

I.  
Necessitas  
duplex:  
simpliciter,  
& secun-  
dum quid.

**N**ecessitas juxta Philosophos est duplex, *simpliciter*, & *secundum quid*: illud necessarium est simpliciter, sine quo aliquid vel comparari vel consistere non potest. Necessarium secundum quid illud est, quod requiritur solum ut res melius fiat & expeditius, estque idem quod utile. De priori ne- cessitate præsens procedit quæstio, quam aliqui ne- cessitatem vocant *physicam*, necessitatem verò se- cundum quid *moralem*.

Necessitas  
physica &  
moralis.

II.  
Sermo est  
de Logica  
artificiali,  
non de na-  
turali.

Notandum primò de Logica artificiali sermo- nem hic esse, non de naturali, naturalis siquidem est ipsa vis intellectiva, quam requiri certum est, & in omni actu nostro est Logica naturalis, intelligimus enim componendo, ac dividendo. Artificialis autem Logica est cognitio reflexa de artificio in actu re- pecto: de illa itaque inquirimus, an ejusmodi re- flexa cognitio, sit simpliciter ad scientias necessaria.

III.  
In omni  
scientia  
sunt actus  
aliqui om-  
nino evi-  
dentes.

Notandum secundo aliquos esse actus, tum Lo- gicæ, tum aliarum scientiarum, omnino evidentes, & qui sola terminorum apprehensione innotescunt, sua namque claritate & evidentia, vim quasi infe- runt intellectui, & eum ad assensum cogunt, qualia sunt, prima principia in omni scientia, nempe *omne totum est majus sua parte*: quodlibet est, vel non est. Non autem est hic sermo de artibus imperfectis, qua- les sunt Mechanicæ, quæ non scientificè procedunt, definiendo scilicet, demonstrando &c. Nec de juris peritiis & similibus, quæ autoritate magis, quam ratione ducuntur.

IV.  
Logica non  
est simplici-  
ter neces-  
saria ad con-  
clusiones  
evidentes

Prima conclusio: Logica non est simpliciter ne- cessaria ad conclusiones evidentes aliarum scientia- rum deducendas. Probatur & explicatur; evidentia ex duplici capite oriri potest, ex vi materiæ, vel for- mæ, & ubi evidentia est materiæ, non requiritur evidentia formæ; sed hæ conclusiones sunt ita evi-

R.P.Th.Comptoni Philosophia.

dentes, & clara ex vi materiæ, ut intellectus non so- lum non difficulter, & cum formidine assensum præbeat, sed ad eum omnino necessitetur, ergo non requiritur evidentia logica, seu ex vi formæ: ut in hoc lylogismo Physicæ: *Omne totum est majus sua parte*, sed *corpus humanum est totum*, & *caput ejus pars*, ergo *corpus humanum est majus capite*: ubi bo- nitas illationis in actu exercito cernitur clarissimè, & exercetur. Nec enim semper requiritur ut in actu signato cognoscatur, alioquin omnis actus scientificus esset formaliter reflexus, quod & est contra om- nes philosophos, & ipsam experientiam.

Evidentia  
duplex, ex  
vi materiæ  
& ex vi  
formæ.

Secunda conclusio: Logica artificialis habitualis non est simpliciter necessaria ad ullam conclusionem cujuscunque scientiæ. Probatur, habitus Logicæ ad alias scientias non concurrat immediatè, sed solum per actum, habitus enim cum nihil repræsentet, di- rigere per se non potest, sed per actum tantum Lo- gicæ quem producit, ergo habitus non requiritur nisi propter actum, ergo si haberi possunt actus Lo- gicæ artificialis sine habitu sufficient, sed possunt haberi hujusmodi actus sine habitibus, ergo: Pro- batur Minor, primus enim actus Logicæ artificialis, non requirit ad se habitum, cum omnem habitum præcedat, sitque illius causa, sed primus actus qui producitur sine habitu, æquè sufficit ad regulandos & dirigendos actus aliarum scientiarum, atque se- cundus & tertius, qui procedunt ex habitu, ergo ha- bitus Logicæ non est simpliciter necessarius ad alias scientias. Confir. ex communi illo dicto, *habitus acquisiti non dant simpliciter posse, sed solum facile*, non dant simpliciter posse, sed solum facile, ergo totum quod intellectus cum illis potest, potest simpliciter sine illis: in quo differtur hic habitus ab habitibus supernaturalibus, fide, charitate &c. quæ dant simpliciter posse.

V.  
Logica ha-  
bitualis ar-  
tificialis  
non est ad  
ullam con-  
clusionem  
simpliciter  
necessaria.

Habitus  
acquisiti  
non dant  
simpliciter  
posse, sed so-  
lum facile.

Dices, nullus rem quampiam scit perfectè secun- dum Aristotelem, nisi sciat se scire, ergo scire debet se demonstrationem habere, hoc autem nemo novit, nisi ad regulas Logicæ reflectat, ergo Logica artifi- cialis ad omnem actum scientificum est simpliciter necessaria. Respondetur distinguendo antecedens, nisi sciat se scire in actu exercito; perfectè scilicet penetrando præmissas, concedo antecedens, nisi in actu signato sciat se scire, nego, alioquin dabitur processus in infinitum; idem enim de cognitione illa reflexa conficiam argumentum: ut sciam me habere demonstrationem; deo scire me per cog- nitionem reflexam hoc scire, ergo aliam habere ne- cesse est de hac scientia reflexâ cognitionem, & sic nato, seu in infinitum. Si autem dicatur secundum cognitio- nem sine alia reflexa ad hoc sufficere, idem dicam de prima. Deinde sicut credere quis potest, absque eo quod reflexè credat se credere, ita & scire; quan- tumvis non reflexè sciat se scire. Et hoc verum exi- stimo, non in evidentiis tantum demonstratio- nibus, seu quatuor primis figuræ, sed in alijs omnibus, si plenè penetret quis præmissas.

VI.  
Obicit, ut  
quis sciat  
quidpiam,  
debet scire  
se scire, hoc  
autem ha-  
bet à Logi-  
ca.

Resp. debet  
in actu ex-  
ercito scire  
se scire, non  
in actu sig-  
nato, seu  
reflexè.

E

Tertia



## VII.

Ad ſci-  
entiam tota-  
lem acqui-  
rendam non  
eſt neceſſa-  
ria ſimpli-  
citer Logica  
artificialis.

Tertia conſuſio, nec ad totalem ſcientiam ac-  
quirendam, ſeu ad omnes illius actus neceſſaria ab-  
ſolute & ſimpliciter eſt Logica artificialis, ſive ac-  
tualis, ſive habitualis: ita P. Fonſeca 2. Metaph. c. 3.  
q. 2. Conimb. q. 6. proem. Hurt. d. 2. f. 4. Arriaga d. 3.  
Log. f. 4. & alij contra Rubium q. 1. proem. Tole-  
tum ibidem concl. 4. Sotum & alios. Ratio con-  
cluſionis eſt, quia poteſt intellectus humanus, ut ſibi  
à naturâ indi. à unum aliquem actum ſcientificum,  
etiam difficiliſimum, Phyſicæ e.g. ſine ope logicæ  
elicere, ergo & omnes, cum ejuſdem ſint rationis.

## VIII.

Quo pacto  
qui unum  
ſuperare  
hominem  
poteſt, poſſit  
ſuperare  
centum.

Dices, nullam hanc eſſe conſequentiam: perinde  
enim eſt, ac ſi quis diceret, vir quiſpiam robuſtus  
poteſt unum aliquem hominem ſuperare, ergo ſu-  
perare poteſt integrum exercitum. Reſp. vel exerci-  
tus ille totus ſimul in eum irruit, vel ſinguli milites  
ſeorſim: ſi primum, ſuccumbet ſine dubio omnibus  
qui proſternere potuiſſet ſingulos: ſi ſecundum, di-  
co poſtquam unum ſuperavit, ſi vires adhuc ſint in-  
tegræ, poſſe eum ſecundum ac tertium, adeoque  
omnes ſigillatim devincere. Idem ergo eſt de intel-  
lectu, tantum enim abeſt, ut unam ſuperando diffi-  
cultatem vis ejus nativa obtundatur, ut acuatur  
potius, & ad alias ſuperandas aptior reddatur. Sicut  
enim ſcribendo diſces ſcribere, ita ſpeculando ſpecu-  
lari.

Scribendo  
diſces ſcri-  
bere.

## IX.

Logica ar-  
tificialis eſt  
ad actus al-  
iquos alia-  
rum ſcien-  
tiarum mor-  
taliter ne-  
ceſſaria.

Quarta conſuſio: Logica tamen actualis artifi-  
cialis ad aliquas concluſiones aliarum ſcientiarum  
eſt moraliter neceſſaria, ſicque nulla ſcientia inte-  
gra poteſt hoc ſenſu ſcientificè haberi ſine Logica.  
Probatuſ conſuſio: qui enim ſcientificè aliquid  
cognoſcit, vel determinari ad aſſentiendum debet  
ex vi materiæ, quod ſit in omni materia facili, &  
manifeſta alicujus ſcientiæ, vel ſi ſit in materiâ obſ-  
curâ & difficili, ubi non videt manifeſtam connexi-  
onem rerum, ut ſine formidine & dubio procedat,  
ſeu ut habeat ſcientiam, non opinionem, determi-  
nari debet ex vi formæ, ergo ſcire debet bonitatem  
illationis, & certò ſe inferre concluſionem, ſed hoc  
ſine Logica artificiali, ſaltem actuali, ſcire quis ſem-  
per moraliter non poteſt, ergo.

## X.

Obje. hinc  
ſequi ad  
Logicam,  
aliam dari  
debere Lo-  
gicam.  
Reſp. unam  
partem Lo-  
gica ad al-  
iam præ-  
ſupponi.

Objeicitur primò: ſi Logica artificialis moraliter  
neceſſaria ſit ad alias ſcientias, ergo & ad ſeipſam  
Logicam, cum ipſa ſit ſcientia: ergo eſt prior ſeipſa:  
unde, ad Logicam alia dari debet Logica, & ſic in  
infinſitum. Reſp. unam partem Logicæ ad aliam  
eſſe neceſſariam, & ea plerumque eſt, quæ demon-  
ſtrationis faciendæ modum præſcribit, non quidem  
tota, ſed quoad modos quosdam faciliores, & evi-  
dentes, quæ ſolo naturali lumine haberi poſſunt  
ob evidentiam, & per hos addiſcuntur cæteri: ali-  
qua etiam alia accedunt, quæ ſpectant ad prima  
principia, & lumine naturæ ſunt nota.

## XI.

Logica eſt  
ſimul ſcien-  
tia, & ſci-  
endi modus.

Urgebis, ergo & partes aliarum ſcientiarum mu-  
tuo ſe ad plenam ejuſdem ſcientiæ cognitionem ac-  
quirendam juvant, ſicque neceſſaria non erit Logi-  
ca. Nego ſequelam: hoc enim eſt peculiare Logi-  
cæ, (quæ ſcientia ſimul eſt, & ſciendi modus) ut ſci-  
licet una ejus pars ad alteram certo quodam ordine  
ſupponatur. Unde ſicut alijs, ita ſibi etiam regulas  
præſcribit, ſuiſque utitur instrumentis, ſicut & Me-  
chanicæ quædam, fabrilis v.g. quæ regulâ, vel lineâ  
à ſe facta, ad alia ejuſdem artis opera conſicienda  
utitur. Quare Logica, ſicut aliarum ſcientiarum eſt  
artifex, ita & eſt artifex ſibi.

Logica  
ſcientiarum  
artifex.

Objicies ſecundò: multi ante Ariſtotelem Phi-  
loſophi ſcientias naturales tradiderunt ſine Logica, Philoſophi  
ergo Logica non ad eſt neceſſaria. Reſp. Philoſo-  
phos iſtos tradidiſſe quidem illas ſcientias, ſed im-  
perfecto modo, & mille erroribus permixtas, defe-  
ctu Dialecticæ, ut teſtatur Ariſtoteles, 4. Metaph.  
tex. 8. Imò jam etiam cum ſubſidio Logicæ vide-  
mus, nullum ad perfectam illarum notitiam pertinere, de-  
gere, quanto minùs dum hoc Logicæ ope erant de-  
ſtituti.

## XII.

## SECTIO II.

## An Logica ſit prior alijs ſcientijs.

Prioritas in ſcientijs quoad præſens triplex eſt, I.  
naturæ, doctrinæ, & perfectionis: naturæ, quando Prioritas  
una ab aliâ in eſſe pendet: doctrinæ, quando una triplex na-  
prior alterâ eſt addiſcenda: perfectionis, quando una tura, do-  
vel circa perfectius objectum, vel perfectiori modo ctrinæ, &  
verſatur, quam altera. perfectionis.

Prima conſuſio: Logica eſt naturâ prior alijs II.  
ſcientijs, quæ perfectè procedunt definiendo, divi-  
dendo, ac demonſtrando. Videtur certa, nam eſto Logicæ eſt  
ad faciliores aliquos actus illarum ſcientiarum, qui ſcientijs,  
ſolo naturæ lumine acquiri poſſunt, non ſit neceſſa- que perfe-  
ria, plures tamen ſunt actus obſcure, qui pendet à dunt.  
Logica, ergo ſaltem ad melius eſſe, ſeu ſecundum  
quid eſt illis prior.

Secunda conſuſio: ordine doctrinæ, prior eſt III.  
Logica alijs perfectis ſcientijs. Probatuſ, prius de-  
bet artifex habere parata instrumenta quàm ope-  
retur, ſed Logica parat instrumenta ad alias ſcien-  
tias, quorum ſcilicet uſu vel ſimpliciter, vel facilius  
addiſcantur, ergo; & licet quidem ſimul cum alijs  
ſcientijs tradi poſſet Logica, quod & præſtiterunt  
nonnulli, quàm proinde vocabantur Logici cum  
rebus concretam vel conjunctam, difficilius tamen  
ſit, & non niſi magna cum conſuſione. Unde in-  
quit Ariſtoteles: *abſurdum eſt ſimul ſcientias qua-  
rere, & modum ſciendi*, id eſt Logicam cum ſcientijs  
realibus addiſcere.

Dices, ſecundum eundem Ariſtotelem 3. Metaph. IV.  
c. 1. in tradendis diſciplinis à facilioſibus eſt incipien-  
dum: Logica autem ſecundum D. Tho. opuſc. 7. q. 6. addiſcendis  
a. 1. eſt alijs ſcientijs difficilior. Reſponderetur eum à facilioſi-  
eodem D. Tho. loco citato, ordinem quidem doctri- bus, per ſa-  
næ petere plerumque, ut à facilioſibus incipiatur, loquendo  
niſi quando facilioſia, ut addiſcantur, à difficilioribus, inchoan-  
bus pendent, ut hic contingit, cum nulla ſcientia  
integra ſine ope ac præſidio Logicæ haberi com-  
modè poſſit.

Tertia conſuſio: Logica in perfectione nec V.  
prima eſt inter ſcientias, nec poſtrema: non prima, Logica,  
quia nobilius objectum habet Theologia, & Me- perfectione  
taphyſica, ipſum ſcilicet Deum: item Metaphyſica nec prima  
perfectius verſatur circa ſuum objectum, quoad eſt inter  
ſcientias, multas enim demonſtrationes, innititur principiis  
universaliffimis, & planè evidentibus, quas dignita-  
tes vocant: Logica verò ſua, ut plurimum, principia  
à Metaphyſica mutuatur. Non tamen eſt poſtrema,  
nam ejus objectum, nempe operationes intellectus,  
perfectius eſt quantitate, quæ eſt objectum Mathe-  
maticæ, & actibus voluntatis, qui objectum ſunt  
philoſophiæ Moralis.



## DISPUTATIO XII.

## Quomodo ad alias scientias concurrat Logica.

**L**ogica, ut supra vidimus, instrumentalis scientia est, & ut alijs subserviat scientijs natura sua ordinata, quo ergo pacto eas juvet, suamque ijs opem & operam præstet, in presenti inquirimus.

## SECTIO I.

*Utrum Logica effectivè ad aliarum scientiarum actus concurrat, an solum directivè?*

**I.** Notandum primò, in actu omni artificio aliarum scientiarum lineamenta quædam Logicæ elucere: sive enim componant, sive dividant, sive rerum naturas suis quamque perfectionibus delineant, sive proprietates certo inde ordine, ac serie deducant, Dialectici semper aliquid artificij suis artibus inferunt. Denique nullam omnino telam texunt, cui filum aliquod Logicæ non intertexant.

**II.** Notandum secundò: modum directivè concurrendi ab efficientia in hoc differre, quod dirigens, inter modum regulas tantum præscribat, intellectum scilicet illustrando, & rationem ac methodum qua res fiat, ostendendo. e.g. qui puerum pingere docet, aut scribere, duobus id modis præstare potest, vel exemplar ei proponendo, & instruendo verbis, vel manum ducendo, unaque characteres cum eo formando: primus modus est directivè tantum concurrere, secundus effectivè.

**III.** Notandum tertio: Logicam duplicem esse, habituales & actuales: hæc aliud nihil est quam actus quispiam modum ac methodum ostendens actum artificiosum, puta Definitionem, Divisionem, aut Argumentationem ad Logicæ præscriptum conficiendi, estque ipsa regula, quam intuentes quasi aliarum scientiarum habitibus instructus, ad illius rectitudinem & artificium actus suos effingit. *Habitualis Logica*, est qualitas quædam ab actibus logicis producta, & veluti semen quoddam in intellectu relictum ad similes postea actus eliciendos, de utraque hic disputandum.

**IV.** Dico primò: Logica actualis ad actus aliarum scientiarum directivè tantum concurrat, non effectivè: ita Aristoteles, primo Rhetoricorum c. 1. P. Hurtado d. 1. Log. s. 3. P. Arriag. d. 3. Log. s. 5. & authores communiter contra Recentiores quosdam contrarium sentientes. Idem tenet S. Thomas 1. 2. q. 57. a. 3. ubi pulchre explicat differentiam inter artes liberales & serviles, seu Mechanicas, quod illæ ad animam, quæ libera est ordinantur, hæc exercentur à corpore, quod animæ servit, estque ejus quoddam veluti mancipium.

**V.** Probatur conclusio primò: argumento ex Aristotele, loco citato, & S. Thoma deducto. Logica est ars, ars autem & scientia practica objectum suum non efficit, sed ad illius effectum, potentiam tantum executricem dirigit, ergo. Probatur Minor, actus enim intellectus Architecti domum physicè non facit, nec cognitio fabri ferram conficit, aut clavem. Confirmatur, Prudentia & Philosophia Moralis actus aliarum virtutum physicè non pro-

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

ducunt, sed voluntati faciem quasi præferendo, eam illuminant, ut ipsa per se actus illos virtuosos efficiat.

Dices, actus virtutum moralium, sunt in diversa potentia, nempe voluntate, prudentia verò informat intellectum, sicque nil mirum, quod ad eos prudentia non concurrat, at verò scientia in eadem sunt potentia cum Logica, nempe intellectu. Contra primò, potentia fortè inter se non distinguuntur. Contra secundò, nulla enim assignari ratio potest, cur non æquè intellectus, instructus præsertim aliarum scientiarum habitibus possit earum actus, dirigente Logica elicere, ac voluntas sola actus virtutum cum directione prudentiæ, vel potentia executrices effectus fabriles producere ex directione actuum.

Dico secundò: habitus Logicæ non influit physicè in aliarum scientiarum actus. Ratio à priori est, quia habitus ad alios actus non concurrunt nisi eorum similes à quibus sunt producti, habitus v.g. ex hoc actu logico generatus; *Definitio constat ex genere & differentia*, ad alios actus his similes postea physicè concurrat, ad alias verò definitiones faciendas, ut in Physicâ, homo constat ex anima & corpore, vel Metaphysicâ, homo est animal rationale, vel etiam in Logica, ut *Divisio est oratio explicans rem per partes separatim sumptas*, immediata ac physicè non concurrat, sed actum solum producit ad huiusmodi definitionum structuram dirigentem. Confirmatur, habitus practicus non concurrat ad effectum nisi per actum, representando scilicet factibilitatem objecti, sed actus non concurrat physicè, ut non conclusionem superiore dictum est, talis enim concursus esset omnino superfluous, cum intellectus principium illorum actuum sufficiens in se contineat, ergo.

## SECTIO II.

*Objectiones contendentes Logicam physicè ad aliarum scientiarum actus concurrere.*

**I.** Obijctur primò: causa exemplaris ab Aristotele reducitur ad efficientem, ergo affectivè concurrat. Respondetur negando consequentiam, ideo enim reduci dicitur ad causam efficientem, quia tenet se ex parte principij, non tamen propterea verè influit, sicut nec approximatio in igne, nec actus intellectus respectu actus voluntatis.

**II.** Obijctur secundò: rectitudo est formalitas in actu, sed ob novam formalitatem in effectu novum semper requiritur principium ex parte causarum, sic enim in visione Beata ob supernaturalitatem requiritur lumen gloriæ tanquam principium supernaturale simul cum intellectu ad illius productionem concurrentem, ergo hic novum statui debet principium ob formalitatem rectitudinis. Sed contra, hoc enim probaret nullum dari actum scientificum posse sine concursu Logicæ, quod tamen supra ostendimus esse falsum, cum primi Logicæ inventores, scientificos actus ante inventam Logicam habuerint. Cum ergo rectitudo hæc in actibus simpliciter haberi possit sine Logica, nulla est necessitas statuendi novum principium, sicut est necessarium ad visionem, quæ sine lumine gloriæ, aut alio aliquo illius locum supplente, elici omnino non potest.

F 3

Obijctur



III. *Obij. actus aliarum scientiarum esse in quibusdā prædicatis similes actibus Logicis.*

Obijecitur tertio: actus aliarum scientiarum similes sunt actibus Logicis, sed habitus producere semper possunt actus suis similes, ergo: probatur major, actus aliarum scientiarum, similem habent formam syllogisticam, similem præmissarum dispositionem, & huiusmodi, ergo. Confirmatur, probabilis est multo, ut sententia, habitum naturalem fidei, simul cum habitu supernaturali ad eliciendos actus fidei supernaturales concurrere, idque non alia de causa, nisi quia actus naturales fidei sunt similes supernaturalibus, ergo &c.

IV. *Non quævis convenientia in prædicatis sufficit, ut habitus unus actus in quibusdā prædicatis conveniant, vitalitate scilicet, spiritualitate, representatione objecti, &c. Aliarum ergo scientiarum actus actibus Logicis simpliciter sunt dissimiles, cum in objecta ferantur diversissima, sola enim terminorum dispositio, seu forma syllogistica, exigua est convenientia, ut propterea dicatur habitus Logicæ ad illarum scientiarum actus physicè concurrere, præsertim cum concursus directivus, ad illorum productionem cum scientiarum illarum habitibus abundè sufficiat.*

Ad argumentum Respondetur, non quæcumque convenientiam ad hoc sufficere, ut habitus aliquis ad actum alterius scientiæ concurrat, sic enim habitus omnium scientiarum, ad cuiusvis scientiæ actum concurrerent, cum omnium scientiarum actus in quibusdā prædicatis conveniant, vitalitate scilicet, spiritualitate, representatione objecti, &c. Aliarum ergo scientiarum actus actibus Logicis simpliciter sunt dissimiles, cum in objecta ferantur diversissima, sola enim terminorum dispositio, seu forma syllogistica, exigua est convenientia, ut propterea dicatur habitus Logicæ ad illarum scientiarum actus physicè concurrere, præsertim cum concursus directivus, ad illorum productionem cum scientiarum illarum habitibus abundè sufficiat. Ad confirmationem dico, si habitus naturalis fidei simul cum supernaturali ad actum fidei concurrat, rationem esse quod actus fidei naturalis & supernaturalis in multis conveniant, in intentione scilicet, ac modo tendendi, & representandi idem objectum, quæ convenientia inter Logicæ & aliarum scientiarum actus non reperitur.

*Cur habitus naturalis fidei cum supernaturali concurrat ad actum fidei.*

V. *Obij. argumentando frequenter in una materia facilitatem acquirimus in alia.*

Obijecitur quarto: quotidiana constat experientia, nos rectè in una aliqua materia frequenter argumentandi dexteritatem quandam, & facilitatem acquirere ad argumentandum in alia, sed facilitas in actibus arguit concursum physicum, hoc enim solo nomine probamus concursum effectivum in habitibus, quod scilicet ubi frequenter nos in aliqua materia exercuerimus, facilitatem experiamur in similibus postea actibus eliciendis; ergo tunc habitus Logicæ ad actus illos concurrat efficienter. Confirmatur, eandem facilitatem acquirimus ad promptè in quacunque materia argumentandum, si solum exercemus nos in literis, ut *omne A est B, sed omne C est A, ergo omne B est C*, ergo hoc in habitum aliquem universalem refundi debet, qui cum omnibus scientiis concurrat.

*Dandus videtur habitus quidam universalis.*

VI. *Resp. facilitas inde provenire quod præcepta Logicæ promptè menti occurrant.*

Ad argumentum Respondetur, facilitatem illam alio modo explicari posse quam per concursum effectivum, dum enim frequenter nos in aliqua materia exercemus, sæpius animo recurrunt præcepta logica, & intensos sui in intellectu habitus generant, qui postea multò perfectiores dirigendi actus eliciunt, sicque maiorem claritatem producendo, & intellectum indices maiore luce Logicā illustrando, per clariorem hanc directionem, & lucem actus aliarum scientiarum, multò maiore cum facilitate producit. Ratio autem cur inferamus habitus aliarum scientiarum & voluntatis facilitare concurrente effectivè est, quia concurrere nequeunt directivè, quod tamen potest Logica.

VII. *Per frequens exercitium habitus regularum logicarum, qui postea actus dirigentes intensiores multò producendo, ad similes actus in omni materia facili. ant, cum forma syllogistica & artificium logicum in omnibus sit idem. Quo autem magis habitus regularum crescit, difficultas decrescit, & tantam tandem facilitatem in forma syllogistica acquirunt homines, ut non solum non difficulter, sed alia*

Idem dico ad confirmationem, intenduntur enim per frequens exercitium habitus regularum logicarum, qui postea actus dirigentes intensiores multò producendo, ad similes actus in omni materia facili. ant, cum forma syllogistica & artificium logicum in omnibus sit idem. Quo autem magis habitus regularum crescit, difficultas decrescit, & tantam tandem facilitatem in forma syllogistica acquirunt homines, ut non solum non difficulter, sed alia

etiam omnes agentes artificiosè discurrant, ubi materia difficultas non obstat.

Obijecitur quinto: artifex artis suæ opera producit in quantum artifex, sed est artifex formaliter per artem, ergo per artem opera illa producit, ergo ars concurrat effectivè. Contra, hoc enim probaret sartorem intellectu æquè ac acu vites consuere, & peratur in fabrum non malleo magis quam mente ferrum contundere. Respondetur itaque, operari in quantum artificem, esse operari ex directione artis, seu illius præscriptum & regulas sequi, artis namque gulas sequi, ut ajunt, *tradere certas, & errare non patientes* vias, non autem physicè producere.

Obijecitur sexto: artificium logicum identificatum reperitur cum actibus physicis e.g. ergo habere debet principium aliquod formale productivum, sed habitus physicus non potest esse illius principium formale, nullus enim habitus ferri potest in objectum formale alterius, ergo. Respondetur artificium illud physicè produci ab habitu Physicæ Logicæ dirigente; Artificium autem illud in actibus physicis reperitur, licet hoc sensu sit Logicum, id est ex Logicæ præscripto productum, non tamen est Logicum, seu quod ad habitum Logicæ spectat, tales enim solum sunt regulæ, seu actus rationem modi sciendi sciendi præscribentes.

Quod si aliquando contingit conclusionem aliquam ad duas simul scientias spectare, & partim unius esse, partim alterius, ut in hoc syllogismo *Omnis definitio constat ex genere & differentia, sed animal rationale est definitio, ergo animal rationale constat ex genere & differentia*: in hoc, inquam, casu dici forte poterit utrumque habitum, & physicum scilicet & Logicum, ad conclusionem illam concurrere, vel potius neutrum, sed ad aliam aliquam scientiam spectare, ab utraque distinctam, sicut conclusio Theologica, cuius altera præmissa semper est actus fidei, altera naturalis, ut, *omnis homo est substantia, Christus est homo, ergo Christus est substantia*, conclusio, inquam, hæc, nec fidei est, nec scientiæ naturalis, sed Theologiæ ab utraque distincta.

### SECTIO III.

#### Disentiuntur reliqua ad Proemia Logica spectantia.

Quæres primò, cum experientia constet facilitate maximā subinde nos in materiā physicā, aut metaphysicā artificiosè discurrere, et si nullus menti tunc obverferet actus, seu regula logica, quodam in hoc casu sit facilitatis illius principium. Respondetur primò, actum Logicæ Docentis menti, nobis etiam non advertentibus, frequenter occurrere, & ad actus illos imperceptibiliter disponere, & intellectum ad eorum effectivum dirigere, ut in pulsante citharam constat.

Secundò, dico habitum Physicæ solum, per actus ex directione Logicæ elictos productum ad hoc sufficere posse in illa materiā, in qua quis similes actus frequenter elicit. Sicut si quis per Logicam naturalem, seu vim nativam intellectus, ante Logicam artificialem inventam, hunc syllogismum sæpius eliciisset, *Omne totum est majus sua parte, sed corpus est totum, ergo est majus sua parte*, facilitatem maximam acquireret, nihilominus nullo modo hic concurreret Logica, quam suppono necesse inveniam.

Tertiò, dico sicut in pulsante citharam & artes mechanicas exercente ad effectus illos promptè & expedite producendos, non parum confert laxitas quædam nervorum, ac dispositio, ita hic sæpius in



Ad facili-  
tatem  
illam con-  
ducit me-  
moriam, ac  
phantasia  
proprio.  
una aliqua materia discurrendo, specialis quedam memoria, ac phantasia promptitudo ingeneratur, ac dexteritas, quibus ad ejusmodi postea actus ita promptus, ac facilis redditur intellectus, ut levissimam datam occasione, in eos subinde, nobis etiam ferme incogitantibus prorumpat.

IV. Quares secundo, sine Logica dicenda una scientia? Respondetur cum P. Hurt. d. ii. Log. s. 4. n. 54. P. aggregatio-  
ne scientia. Arriag. d. 3. Log. s. 6. & alijs, esse aggregatione unam, utpote quae ex varijs habitibus heterogeneis, ut urbs ex multis domibus coalescit.

V. Quares tertio, quae sint causa Logica? Respon-  
Causa effi- detur efficientem esse intellectum, utpote qui actus  
ciens, Ma- Logicos efficit, & idem etiam causa illius est mate-  
terialis, rialis, quippe qui actus eodem in se recipit. Causa  
Formalis, formalis est rectitudo illa, & artificium quod in  
& Finalis, actus tanquam formam inducit Logica, & ab actu  
Logica, essentia non distinguitur. Finalis tandem est veritas, ad quam in rebus investigandis intellectum, & scientias speciali quodam modo juvat. Merito proinde eidem hae ascribitur Epigraphae, *Dialectica veritatis indagatrix scientia.*

VI. Quares quarto, quomodo Logica ab alijs scienti-

tij distinguatur? Respondetur à Grammatica & Logica in Rhetorica objecto distingui: Logica enim internas ternas voces considerat, illae externas, Grammatica ut cor- recte & emendate, Rhetorica ut copiose & ornate quis loquatur, & apposite ad persuadendum. Ab Animastica sine distinguitur, & tendendi modo, illa externas, siquidem intellectus actus speculativè considerat, Quomodo ut qualitates sunt spirituales, vitales &c. Logica pra- ctice, ut nimirum in modos sciendi formari possunt, & ad objecta artificiose, ac verè representanda sunt scien- dirigibiles.

De dignitate & proprietate Logicae diximus d. ii. s. 2. si quis plura hac de re cupiat, habet quos consu- lat, Conimbr. q. 3. proem. art. 2. & alios.

Tandem aptè definiri mihi videtur hoc modo VIII. possit Dialectica: est ars ad scientias in suis operatio-  
nibus ad veritatem indagandam dirigendas ordinata, finitio.

Dividi Philosophia solet in Rationalem, Naturalem & Moralem, seu Logicam, Physicam & Ethicam. Philosophia tripartita. In hac trina partitione, media speculativa est, prima Rationa- & postrema practica: intelligendi illa, hae vivendi lalis, Nar- norma est, illa mentem, hae mores dirigit. ralis, Mo- ralis;

## DISPUTATIO XIII.

### De Ente Rationis.

Enstatio-  
nis unde  
dictum.

N ullibi tenuius filum net mens humana, nusquam subtilius speculatur, quam dum hoc ens fabricat, ideo Rationis dictum quod esse suum, quale illud cunque fuerit, rationi acceptum referat. Cum ergo nullus in toto cursu philosophico major vel fama sit, vel expectatio, suis illud hic coloribus adumbrabimus: ortum ejus, causas, lineamenta, indolem describemus.

### SECTIO I.

Prænotantur quædam ad entis Rationis cogni-  
tionem spectantia.

I. Primum in unoquoque genere mensura est reliquo-  
rum. Primum in rum. Deus ergo cum primum Ens sit, Ens En-  
tium, qui à se, necessario, & actu semper existit, res  
aliæ quo à Deo propius absunt: quo, inquam, in  
aptitudine ad existendum ad eum magis accedunt,  
eo in suo unaquaque gradu perfectius rationem  
Entis participat.

II. Deum itaque primò hoc in genere sequuntur,  
Deum pri- sed longo sequuntur intervallo creaturæ actu exi-  
mum Ens stentes, utpote quæ verè sunt, contingenter tamen,  
longo se- ac dependenter ab alio, suisque limitibus circum-  
quentur scriptæ: tot demum imperfectionibus refertæ, ut  
intervallo creaturæ existenter, ut  
Primi Entis vix umbra censeri possint.

III. Tertium, in ratione Entis locum obtinent possi-  
bilia, quæ quamvis actu non sint, in prædicatis ta-  
men eorum essentialibus aptitudine cernitur ad exi-  
stendum.

IV. Quarto demum, & ultimo loco statuuntur Entia  
Ultimo de Rationis, & merito, quæ nimirum quicquid habent  
mum loco entitatis & existentia, ab intellectu emendant, ita-  
venient que ab ejus actibus pendent, ita, inquam, ejus intuitu  
Entia Ra- quali, & conspectu vivunt (utpote quorum esse, est  
tionis, cognosci) ut si oculos tantillum averterit, illic eva-  
nescant.

V. Secundò Notandum, Ens Rationis tripliciter ab  
Quid sit auctoribus sumi effectivè, subjectivè, & objectivè. Ens  
Entis Ratio- Rationis effectivè, est illud omne quod quovis mo-  
nis effecti- do ab intellectu producit, mediatè vel immedia-  
te. R. P. Th. Comptoni Philosophia.

tè, ut actus ipsi intellectus & voluntatis, effectivè vel directivè, quo sensu artificiosus motus manus in pingendo, scribendo, & alijs hujusmodi, imò opera omnia ex directione artis producta, effectivè ab intellectu procedere dicuntur.

Ens rationis subjectivè illa omnia censentur, quæ VI. intellectui quovis modo tanquam subjecto insunt, Ens Ra-  
ut actus intellectus, species intelligibiles &c. Imò tionis sub-  
objecta omnia, etiam realia & existentia, prout ab jectivè.  
actibus eorum representativis ad intellectum quasi attrahuntur, & in eodem medijs actibus subjectan-  
tur (quo sensu Aristoteles l. 3. de Anima, Intellectus, Intellectus  
inquit, intelligens loquitur omnia) Rationis Entia fre-  
quenter appellantur. intelligenda  
sunt omnia.

Objectivè Ens Rationis primariò dicitur, quod VII. tantum habet esse objectivè in intellectu, qualia Ens Ratio-  
sunt Hippocervus, homo leo, & similia, quæ in se nis objecti-  
nullum esse habent, nec habere possunt, cum in se vè prima-  
prædicata semper contradictoria involvant, dum cundariò  
verò cognoscuntur, esse quoddam intentionale ijs  
ab intellectu communicatur. Ens Rationis objecti-  
Actus in- vè secundariò illud omne est, quod quovis modo lectus  
intellectui obicitur, sed hoc improprie. Unde si supra se  
actus intellectus producat qui supra se reflectit, reflectens  
omnes has tres in se rationes complectetur, ut enim tripliciter  
producit, erit effectivè ab intellectu, ut recipitur, dicitur Ens  
subjectivè, objectivè tandem ut representatur, Rationis.  
que objectum sui.

Ens rationis itaque illud est, quod ita est obje- VIII. ctum intellectus, ut aliud esse non habeat, nec ha-  
bere possit, quam merè esse objectivè in intellectu: nis est, quod  
in quo differt à rebus alijs, quæ intellectui obiciun- tantum  
tur, sicque hoc sensu sunt objectivè in intellectu, habet esse  
non tamen tantum objectivè, sed aliunde suum esse objectivè  
habent, si existant, ut sol, cælum, terra & hujusmo- in intelle-  
di, vel habere possunt, si solum sint possibilia, ut An- Au.  
christus, alius mundus, & similia, quæ ideo entia ra-  
tionis non sunt, quia totum suum esse non habent  
ab intellectu.

Hinc solvitur illud quod opponunt aliqui: se-  
quitur enim, inquit, si detur ens rationis, dari duo  
contradictoria simul vera, esse scilicet ens rationis, &  
non vera.



& non esse, negatio enim entis rationis potest cognosci, ipso facto autem quod cognoscitur, fit, inquit, ens rationis, cum sit objective in intellectu, ergo simul est ens rationis, & entis rationis negatio.

**X.**  
Ostenditur  
quomodo  
ex Ente  
Rationis  
non sequi-  
tur duo  
contradi-  
ctoria.

**Negatio**  
Entis Ra-  
tionis cog-  
nitio non  
est Ens Ra-  
tionis.

**XI.**  
S. Thomas  
Diversus  
modus ten-  
dendi in-  
tellectus, &  
voluntatis.

**Anima**  
magis est  
ubi amat,  
quam ubi  
animat.

**Res per in-  
tellectionem  
dicuntur  
peculiari  
modo esse  
in anima.**

Sotus ob hoc argumentum in eas est reductus angustias, ut concedendum necessario assereret duo contradictoria in hac materia esse simul vera. Sed respondetur facile, non eo ipso quod quid cognoscatur, fieri Ens Rationis, sed ut sit Ens Rationis requiri ulterius, ut ita sit objective in intellectu, ut aliud esse non habeat, nec habere possit, alioqui negatio omnis cognita esset ens rationis, sicque Deus perpetuo faceret entia rationis, cum noverit talia esse cæcam, ignem non esse frigidum, aërem non esse tenebrosus, & huiusmodi. Negatio ergo Entis Rationis nemine cogitante est, & suo modo à parte rei existit, nemine enim cogitante lapis, equus, leo non sunt entia rationis.

Ad ulteriorem existentiam huius objectivæ, quam res ab intellectu accipiunt declarationem, notandum secundum communem omnium conceptum objecta cognita per cognitionem, & representationem esse aliquo modo in anima. Quod ut explicet S. Thomas l. 4. contra Gentes c. 19. advertit diversum esse tendendi modum intellectus & voluntatis, seu potentiarum cognoscitivarum, & appetitivarum, hæ enim ex modo tendendi exeunt aliquo modo & effundunt quasi se ad bonum seu objectum suum, quod in rebus extrinsecis reperiunt, unde ortum dictum illud, *Anima magis est ubi amat, quam ubi animat*. At verò intellectus ex modo operandi res externas ad se quasi attrahit, unde res representata esse dicitur tamquam in imagine, imò subinde imago vocatur res ipsa per imaginem representata: sic Cæsarem dicimus esse in imagine Cæsaris, imò Cæsaris imaginem Cæsarem appellamus, ostensa enim imagine dicimus esse Cæsarem. Innotum ergo omnibus est, ut rex per intellectionem peculiari modo, existit in intellectu, quod idem est ac esse objective in intellectu. Quod notandum accurate pro his quæ de existentia Entis Rationis postea dicemus.

## SECTIO II.

*An detur Ens Rationis, seu objectum aliquod impossibile à possibilibus distinctum.*

**I.**  
Detur ne  
objectum  
impossi-  
bile.

**V**T in Entis cuiusque realis disquisitione, ita & in Rationis, quod ad realis similitudinem fingitur, quatuor illa *An sit, Quid sit, Quale sit, Proprie quid sit*, inquirenda. In præsentia ergo quærimus, detur necne *objectum* aliquod verè impossibile à possibilibus distinctum, vel utrum quicquid fingitur Chimærarum, ut Hyppocervus, &c. ex parte objecti nihil aliud involvant præter res possibiles, alio tamen & alio modo, vel per actum intellectus solum, vel per uniones reales, quæque à parte rei existunt, vel existere possunt inter se conjunctas?

**II.**  
Aliqui an-  
te actum  
intellectus  
dari volunt  
Ens Ratio-  
nis.

Aliqui ita Ens Rationis dari volunt, ut illud etiam ante intellectus operationem existere affirmant: ita P. Fonseca §. Metaph. c. 6 q. 7. l. 5. Bannes l. p. q. 17. Molina l. p. & alij nonnulli.

**III.**  
Non datur  
Ens Ratio-  
nis ante  
operatio-  
nem intelli-  
ctus.

Contraria tamen sententia, si propriè loquamur, videtur omnino certa. Ratio est manifesta, nam Ens Rationis, ut ipsum nomen præ se fert, illud est, quod esse suum à ratione, seu mentis operatione desumit, ergo quod ante intellectus operationem existit, Ens Rationis dici nullo modo potest, cum entitatem suam aliunde, non per rationem accipiat.

Dices primò, objectum præcedere debet cognitionem, & ad eam præsupponi, ergo esse suum ab ea

recipere non potest, magis quam causa ab effectu. Respondetur primò negando antecedens, Deus *Objectum* enim & se, & res omnes ab æterno cognovit. Omnis etiam actus practicus est causa sui objecti, sicque illo prior. Respondetur secundò, objectum intellectu duplex esse, motivum & terminativum primarium illud, hoc secundarium. Objectum itaque motivum, quod per se vel speciem sui movet intellectum ad sui cognitionem, prius illo sit necesse est, cum mediata vel immediata sit illius causa. Objectum verò solum terminativum, quodque per alienas tantum species cognoscitur, & nullo modo in cognitionem influat, simul naturà cum illa est frequenter, subinde posterius, nunquam prius.

Dices secundò, nemine cogitante datur negationes & privationes, Petrus enim est cæcus, aër tenebrosus, etiam si nullus aut visus privationem, aut lucis ijs affingit. Confirmatur, etsi nullus quidquam fingat, moneta suum habet valorem, Paulus est Doctus, Joannes servus, &c. ergo.

Ad argumentum Respondetur, negationes & privationes entia omnino non esse, sed remotiones entium, ut postea dicemus. Sed quicquid sunt, entia certe rationis esse nequeunt, ob definitionem Entis Rationis toties repetitam, *cujus totum esse sit esse objective in intellectu*: negationes autem & privationes, ut fatetur argumentum, qualescumque illud esse sit, quod habent, ante intellectum habent. Ad Confirmationem dico, illa quæ ibidem enumerantur denominationes esse extrinsecas, primam ex voluntate imponentis, reliquas ex contractu inter eos inito & non revocato procedentes.

Prima itaque sententia negat Ens rationis: ita Mirandulanus, in expositione prædicamentorum, §. 8. Jandunus 6. Metaph. q. 7. Valesius Controv. 10. Gabriel in l. d. 2. q. 8. quam sententiam defendit P. Erice l. p. d. 8. c. 1. quem aliqui sequuntur ex recentioribus, qui fortasse cum Patre Erice soli sunt, qui hanc sententiam in sensu quæstionis propositæ defendunt.

Asserunt ergo hi auctores, quando de Hyppocervo, Tragelapho, aut alia huiusmodi Chimæra, quis cogitat, nihil aliud menti obversari præter res possibiles, & quantumvis res impossibiles videamur animo revolvere, non minus tamen hac in parte falli intellectum affirmant, quam visum deludi, dum remum media ex parte aquæ immersum quasi curvum aut fractum cernit.

Secunda sententia, quæ omnium fermè Theologorum ac Philosophorum est, dari affirmat Ens quod Rationis vocamus, in quam opinionem ita conspiciant omnes, ut supervacaneum sit auctores recensere, cum una omnium propè vox sit, admittenda necessario entia aliqua impossibilia, nec dum de Chimæris cogitamus, posse intellectus nostri actibus objecta sola possibilia semper assignari: ita Suarez d. 54. Metaph. l. 1 n. 4. Hurt. d. 19 Metaph. Ruvijs in Log. tract. de Ente Rat. n. 1. Murcia d. 2. de Univer. q. 1. §. 1. Vera tamen, Oviedo con. 12. met. p. 2. n. 5. 7. & 8. Arriaga d. 6 Metaph. l. 11. & alij. Est etiam expressa sententia antiquorum, qui Ens rationis *ens in anima*, seu ens cognitionis, ens verò reale *ens extra animam* ma- vocabant, seu ens naturæ. Ego quid hæc in re sentiam, dicam sectionibus sequentibus.

## SECTIO III.

*Dari potest objectum impossibile, compactum ex puris possibilibus.*

**S**ensus est, objectum aliquod in intellectu existere posse, ita ex puris compactum possibilibus, ut nec status quæstionis, ut nec pars risur.



pars ulla illius, nec unio sit impossibilis, & tamen totum ipsum, seu complexum sit quid impossibile. Et hac in parte veram existimo primam sententiam. Ut verò melius intelligatur & probetur Conclusio.

**II.** Notandum res quasdam esse ita inter se pugnant, ut aliquæ res & oppositas, ut nullo modo vel in rerum natura, ita inter se vel saltem in eodem subiecto, aut potentia existere simul possint. Hujusmodi sunt res, & illius negatio, assensus & dissensus, amor & odium ejusdem omnino objecti, gratia & peccatum mortale secundum multos, peccatum & visio beatifica, vel unio hypostatica, paritas & imparitas in stellis, & sexcenta similia.

**III.** Probatur itaque Conclusio, & ut in uno aliquo figamus pedem, ponamus gratiam & peccatum mortale in eadem anima simul existere non posse. Potest Petrus eodem vel diversis actibus gratiam & peccatum apprehendere in anima Pauli in instante A, sed hoc objectum seu complexum est impossibile, & tamen neutra illius pars, nec unio, nec aliud quidquam est impossibile, ergo existere obiective in mente potest objectum impossibile, cujus nulla pars sit impossibilis.

**IV.** Major probatur, licet enim judicium, seu assensus & dissensus de eodem objecto simul esse nequeat, ut tamen quis contradictoria simul apprehendat, nulla est difficultas: sic enim dum unum audit quis dicentem stellæ sunt pares, Anti-christus existit, aut aliquid hujusmodi, alium eodem tempore dicentem stellæ sunt impares, Anti-christus non existit, utriusque objectum simul apprehendit, nec in hoc quidquam apparet repugnantie.

**V.** Secundò, probatur major illa propositio: potest quis judicare unum, & apprehendere illius contradictoria, cum judicium non minus sit representatio rei, & apprehensio, quam sit ipsa apprehensio, licet non sit apprehensio simplex, sed ulterius ad alteram se partem determinet: antecedens patet dum quis disputat contra hæreticos, Monothelitas e. g. credit ipse firmissimè, esse in Christo duas voluntates, duabus Christi naturis correspondentes, & tamen apprehendit contrarium, dum scilicet dicta ab ijs, vel scripta legit: unde negat propositiones ab ijs prolatas, nihil autem affirmare quis, vel negare potest, quod mente non concipit. Confirmatur: hoc namque indices contingit, si enim quis contrarie opinionis in hoc ipsum incidat, quod isthic scribo, licet judicet fortè contrarium esse verum, quid tamen hic velim concipit; ergo utrumque contradictorium simul in mente habet.

**VI.** Tertiò probatur: potest quis efficaciter velle unum, & complacere in contrario. Potest quis efficaciter velle unum, & complacere in contrario. Iustus patet ens imaginabile, quam ens possibile.

**VII.** Minor itaque quoad primam partem, quod scilicet objectum hoc sit impossibile, probatur: illud est impossibile, quod per nullam potentiam a parte rei poni potest prout concipitur, sed nulla potentia simul a parte rei ponere potest Anti-christum & ejus negationem, paritatem & imparitatem in stellis, gratiam in anima & mortale peccatum, ut supponimus, ergo est objectum seu complexum simpliciter impossibile.

Secunda etiam pars minoris, quod scilicet omnes hujus complexi partes sint reales, probatur; concipit enim Paulum verè esse in gratia, & verè ac propriè peccare, si enim ut dixi duos hoc dicentes audiat, illo eorum objecta concipit. Confirmatur, si Petrus judicet Paulum in instante A esse in gratia, Joannes esse Paulum eodem instante in peccato, Angelus ex Dei permissione utrumque actum videns, cognoscit utriusque objecta, sed uterque ille actus objectum habuit reale, reale scilicet gratiam & peccatum reale, ergo Angelus eadem cognoscit objecta, alioqui non illos actus cognosceret, sed alios. Et ad hoc probandum omnia conferunt, quæ in probatione majoris proximè attulimus, de complacentia circa duo objecta contradictoria, disputatione cum hæretico, aut contrarium in questione aliqua Philosophica, aut Theologica, vel alterius cujusunque materiæ opinante; nec enim de ficta aut Chimærica projectione & retentione mercium complacet, sed de veris, & sic de cæteris.

Dices, gratiam quidem illam realem, & reale peccatum simul concipere in Pauli anima, sed non concipere simul. Contra, concipit utrumque in anima Pauli existere in instante A, ergo concipit simul, sicut audiens aliquem dicentem Anti-christus jam existit, non solum concipit seu apprehendit Anti-christum, & hunc diem, vel instans, sed Anti-christum in hoc instante, seu huic instanti conjunctum.

Dices secundò: partes quidem esse reales, gratiam scilicet & peccatum realia, sed simultas est fictitia, & ratione illius totum seu complexum est chimæricum & impossibile, sicut homo ratione unionis generatur, licet & corpus creetur & anima. Contra, simultas illa seu conjunctio eorum objectiva in instante A in anima Pauli, nihil aliud est præter unionem gratiæ, & unionem peccati cum anima, duas ubicationes, & duas durationes eorundem homogeneas seu respectu ejusdem loci & temporis, sed hæc omnia sunt realia, ipso enim facto quod quis hæc apprehendat, nullo plane alio superaddito concipit illa esse simul in eodem subiecto, loco & tempore. Hæc ergo simultas realis est, & aliud nihil quam vera simultas, quæ ita inter se dissident, ut conciliari per nullam potentiam possint.

Nec tandem est, cur uniones istas, ubicationes, aut durationes dicat quis esse Chimæricas, cum enim non magis inter se pugnent, quam partes ipsæ cujus sunt affectiones, qui partes ponit reales, uniones aut ubicationes nequicquam dixerit esse fictitias. Deinde argumenta omnia, quæ supra posuimus ad probandum gratiam & peccatum esse realia, hic recurrunt, & pari efficaciâ idem probant de unionibus, ubicationibus & durationibus.

Obijcies implicationem esse in terminis ut partes omnes, & uniones, reliquasque ad complexum aliquod componendum apparatus sit realis, & possibilis, complexum tamen ipsum impossibile: perinde enim est ac si quis diceret, hominem esse nigrum, cujus omnes partes sunt albæ, virgam curvam, cujus partes omnes sunt rectæ, librum falsum, cujus omnes propositiones sunt veræ: & sic de alijs. Respondetur hanc argumentationem plerumque tenere, & propterea d. 3. de gratia sect. 3. hinc contra recentiores aliquos deduxi, cum qui tentationes superare singulas potest, posse omnes.

Ad argumentum itaque dico, diversissimam esse rationem de exemplis in objectione allatis, & in nostro casu, in ijs enim partes eodem modo, & ad eandem denominationem promovendam tendunt, hæc verò una alteri est planè opposita, sicque cum illi invicem ita repugnet, quid mirum si totum, quod in se omnes complectitur, impossibile sit, cum tamē nulla



nulla ejus pars sit impossibilis, sed poni sigillatim à parte rei omnes possint. Quod, ut dixi peculiare est in hujusmodi compositis, quæ partes continent sibi invicem repugnantes, quæ proinde à parte rei poni non possunt, mente tamen concipi possunt. Verum ergo est, quod initio sectionis dixi, dari nimirum objectum, seu totum aliquod impossibile in mente posse, ejus singulæ partes, uniones, & reliqua ad illius constructionem necessaria sint possibilia.

## SECTIO IV.

*Admitti necessario debent objecta impossibilia ab omnibus possibilibus distincta.*

I. Datur objectum impossibile, in quo nihil reale, seu possibile involuitur.

Aristot. tenet objectum merè impossibile.

II. Varia assignantur objecta impossibilia.

III. Secundò probatur ex hac propositione intercedit identitas inter equum & cervum.

IV. Ostenditur hic non concipi identitatem realem.

V. Non concipiuntur hic equus, cervus, & leo disparatè, sed intrinsecè identificati.

VI. Necessario debet hic intervenire, vel

**H**anc Conclusionem statuo cum auctoribus secunda sententia sect. 2. relatæ, sicque Ens rationis in sensu proprio, & maxime rigoroso dari existimo, pure scilicet ab intellectu conflictum, in quo vel nihil involvatur reale, vel saltem aliquid reperiatur ab objectis omnibus realibus, seu possibilibus planè ac plenè distinctum, quod quidquid entitatis habet, ab intellectu merè fingente habet, sicque totum ejus esse est esse objectivè in mente. Hæc est expressa sententia Aristotelis, tum alibitum 1. 5. Metaph. c. 7. ubi inter Entis divisiones Ens rationis numerat. 6. etiam Metaph. c. 2. Ens rationis ab objecto Metaphysicè aliquo sensu excludit, quia, inquit, veram entis rationem non participat, sed fingendo fit, & totum ejus esse est esse objectivè in intellectu.

Probatur primò, multa indies, ut quotidianà constat experientià, hominibus animo obversantur, quæ non solum actu non sunt, sed nullo modo esse possunt, ut Hippocervus, Tragelaphus, Myrmicoleon, & similia, quæ quisque fingit ac fabricat pro libitu, & fabricata facile dissolvit.

Secundò probatur, in hac & similibus propositionibus equus identificatur cum cervo, vel intercedit identitas inter equum & cervum, quisquis vel has profert, vel proferentem audit, identitatem concipit inter illa duo intercedere, sed hæc identitas est quid merè fictitium, quodque nec est, nec esse à parte rei ullo modo potest, ergo.

Dices primò concipi hic & affirmari identitatem realem, nempe Leonis, & per hanc asserit loquens equum cum cervo in unam entitatem coalescere. Contra primò: non magis in hoc casu concipit identitatem Leonis, quàm Leporis, aut canis, vel alterius rei cujuscumque: ergo concipit res omnes, & omnium identitates de illis prædicat, vel in ijs apprehendit, ergo ista propositio equus est cervus, & hæc Leo est Lepus, habent adæquatè idem objectum, cum utraque pro objecto habeat res omnes: & idem est de omnibus ejusmodi propositionibus.

Contra secundò: qui propositiones illas elicit, vel audit, non merè concipit equum, cervum & leonem disparatè, sed entitatem vel identitatem leonis concipit, ut illos duos intrinsecè efficientem, & identificantem, ergo vel leonem hic chimericum fingit, cum nullus leo realis hoc possit, vel saltem leoni reali formalitatem novam identificationis affigit, ergo hæc saltem formalitas est quid merè fictitium, & impossibile, cum ad hanc equi & cervi identificationem non sufficiat identitatem leonis concipere utcumque, sed ut eos inter se identificantem, seu intrinsecè efficientem.

Dices secundò: nihil aliud requiritur ut identificati concipiantur præter entitates ipsas equi & cervi immediate inter se connexas. Contra: ergo chi-

mericus equus & cervus chimericus concipitur, vel unio aliqua, aut formalitas ipsis chimerica appingitur, ut proximè diximus de leone, cum nullus equus sit ista.

Dices tertio: actus intellectus, quo in hac propositione equus est cervus, equus prædicatur de cervo, Alia unio illos unit per se. Contra primò: intellectus unit hic requiritur tantum intrinsecè, hic autem, dum dicit quis, equus intrinsecè identificatur cum cervo, non intercedit tantum unio in actu exercitio, & extrinsecè, sed in actu signato, & intrinsecè, ergo aliquid tenens se ex parte objecti, identitas nimirum chimerica. Confirmatur in hac propositione, leo & lepus sunt identificati, identitas tenet se ex parte prædicati, ergo intellectus illam representat, & prædicando affirmat de leone & lepore, ergo in illa propositione representatur objectum impossibile.

Confirmatur secundò, in hac propositione equus & cervus identificantur intrinsecè, prædicatur de ijs identitas, ergo est alia identitas præter actum intellectus, actus enim non representat, nec prædicat se de illis. Deinde identitas quæ hic prædicatur est intrinsecè, actus autem illis est extrinsecè. Confirmatur tertio, in hac propositione identitas inter leonem & equum est chimerica, representatur identitas de qua prædicatur quod sit chimera, ergo concipitur objectum impossibile. Deinde propositio illa est vera, ergo identitas illie representata non est actus intellectus, tunc enim propositio esset falsa, cum actus intellectus non sit chimera.

Tertio probatur Conclusio, hæc propositio est vera, Deus per suam entitatem excludit alium Deum, ergo hic ex parte objecti representatur alius Deus, scilicet, Deus nempe falsus & chimericus. Dices representari verum Deum & veram alicuius entitatem. Contra, ergo propositio est falsa, hæc enim non excludit verum Deum, sed ijs coexistit. Dices, non coexistit ijs unitis. Contra, ergo ex parte objecti representatur unio aliqua facta. Dices, unio est actus intellectus, veram alicuius entitatem vero Deo intentionaliter conjungens. Contra primò, ergo propositio illa est falsa, cum omni veræ alicuius entitati, reali actu intellectus, & verò Deo Deus dicit quid coexistat. Contra secundò, si alius Deus nihil in conceptu suo aliud dicat, præter veram alicuius entitatem verum Deum, & realem actum intellectus, ergo datur à parte rei alius Deus, hæc enim omnia à parte rei existunt.

Dices, alius Deus in conceptu suo dicit verum Deum, veram alicuius entitatem, & actum intellectus falsum, seu falsò illa intentionaliter unientem. Contra, hinc non evitatur difficultas, verus enim Deus, vera alicuius entitas, & actus falsus, illa falsò uniens existunt à parte rei, si ergo conceptus alterius Dei objecti, verus nihil in se aliud quàm hæc involvat, datur à falsus, parte rei alius Deus.

Dices, existunt quidem unus Deus & alicuius, sed non eo modo quo per actum representantur. Contra primò, alius ille modus vel est quid possibile, vel impossibile, si secundum, ergo datur objectum impossibile, si primum, recurrit difficultas: omni enim possibili coexistit Deus, ergo alium Deum non excludit, ergo hæc propositio Deus excludit alium Deum erit falsa, quæ tamen est certissima, alioqui contradictoria erit vera, Deus non excludit alium Deum, quæ est planè falsissima.

Contra secundò, modus ille vel tenet se ex parte objecti, vel actus, non primum, ut ostensum est: si secundum, cum non distinguatur ab entitate actus, diversus modus ille existit à parte rei, ergo quicquid est de conceptu essentiali & intrinsecè alterius Dei à parte rei existit, ergo alius Deus existit à parte rei, quod tamen orthodoxi omnes averfantur, dicente Deo actus, per



per Prophetam, Deuter. 32. v. 39. *Non est alius Deus prater me*: cuius propositionis obiectum si inquire- rem, ægrè illud assignarent adversarij. Plurima ad hoc intentum adduci adhuc possent, sed hæc abundè, ut existimo; sufficiunt ad necessitatem obiecti impossibilis ostendendam.

SECTIO V.

*Solvuntur argumenta Obiectum impossibile negantia.*

I. **O**bjicitur primò: actus omnes intellectus, quos affirmamus nos verari circa obiecta impossibilia, explicari possunt de possibilibus, ergo frustra ponuntur obiecta impossibilia. Contra primò, sectione enim præcedente ostendimus multos esse actus, qui sine obiectis impossibilibus explicari omnino non possunt. Contra secundò, hic ipse actus quo adversarij negant requiri obiecta impossibilia, habet ea pro obiecto, & verè illa repræsentat, cum de ijs aliquid neget, ergo illa negando astruunt.

II. Dices, hoc argumentum nobis etiam esse solven- dum, loquimur etenim de intelligibili, & incon- ceptibili, nihilominus nec inconceptibile concipi- mus, nec intelligimus in intelligibile, quippe quæ intelligi & concipi non possunt. Confirmatur, hunc actum formamus omnes: *nihil dari potest præter pos- sibile & impossibile, quod non vel positivum sit, vel ne- gativum*; ergo aliquid concipimus à possibili & im- possibili, positivo & negativo distinctum.

Ex hac replica, quamvis nonnullam, fateor, ha- beat difficultatem, existimo novum pro nostra sen- tentia argumentum deduci. Inquirò enim ab adver- sarijs quodnam sit hujus propositionis obiectum.

III. *Inconcepibile non potest concipi*, aliquid namque ha- bere obiectum debet, propositio enim sine obiecto tam esset Chimæra, quam quidquid usquam Chi- mærarum finxit Gentilitas, aut in bicipiti Poëtæ somniarunt Parnasso. Dices, pro obiecto habet om- nia conceptibilia & possibilia. Contra, non illa ha- bet sola: primò, quia conceptibilia possunt concipi, ergo falsa esset propositio hoc de illis negans: se- cundò, quia conceptibile & inconceptibile sunt contradictoria, nò minus quam visibile & invisibile, effabile ineffabile, & similia, vel inquirò quid sit contradictorium conceptibili. Dices, concipi in illa propositione conceptibilia & possibilia, non quo- modo cunque, sed instar inconceptibilium, & impos- sibilium. Contra, ergo verè in mente quis habet inconceptibilia & impossibilia, sicut cum Deum quis instar lucis, Angelum instar juvenis cognoscit, verè lucem & colores illos, ac figuram apprehendit.

IV. Ad replicam ergo nu. 2. propositam Respondeo inconceptibile in actu signato posse esse concepti- bile in actu exercito. Dico itaque inconceptibili- tatem esse negationem fictam, cui inconceptibilita- tem fingendo tribuo, & conceptibilitatem: omnis enim Chimæra duo in se contradictoria involvit, quæ de causa rarissime fit per iudicium, ut iudicium conceptibile est, ut postea dicam: contradictoria autem in ea- dem re solum pugnant in ordine ad realem existen- tiam, non fictitiam, & per intellectum, qui quævis prædicata, quantumvis inter se opposita componit, & intentionaliter unificat.

V. Concipimus ergo inconceptibile, quod simul est conceptibile, utpote cui, illud concipiendo, damus inconceptibilitatem chimæricam, & eadem operâ conceptibilitatem: intellectus namque inconcepti- bilitatem illam, seu negationem conceptibilitatis repræsentando & concipiendo, eam fingit, ergo con- ceptibilis, seu repræsentabilis simul sit necesse est. Sæ-

cut in hac propositione in chartâ scriptâ, *Ego non habeo obiectum*, in actu signato non habet obiectum, scio, Ego hoc enim verba sonant, at in actu exercito habet, negando enim habere se obiectum, se sibi objicit.

Ad confirmationem eodem modo respondeo, actus scilicet illos novam Chimæram eudere, quæ in se prædicata illa fictitia complectitur: quæ proin- de à parte rei esse non potest. Et hic eadem ratio- ne applicari omnia possunt, quæ proximè in argumen- ti solutione allata sunt. Secundò dici potest, sensum illarum propositionum esse quidquid est, vel posi- tivum est, vel negativum, possibile vel impossibile, sicque tam ex parte subiecti quam prædicati sub di- lectione habent possibilia omnia & impossibilia, possibile, positiva & negativa.

Objicitur secundò, Petrus & Paulus excludunt se essentialiter, ergo per se ununtur impossibiliter, ergo frustra fingitur unio distincta, cum effectus illius alius non sit, quam ut illos uniat impossibili- ter. Contra, saltem Chimæra simplices necessario sunt ponendæ, ut alius Deus, quarta persona in Tri- nitate, & similes. Resp. itaque Petrum & Paulum seipsis non uniri, sed distinguere, & ab invicem separari, & uniri impossibiliter aliud nihil est quam uniri non posse: per unionem verò fictam in quam com- positum fictitium conjunguntur.

Objicitur tertio: Equus & cervus per suas enti- tates meras à se invicem distinguuntur, ergo actus quo affirmo equum & cervum distinguere, aliud nihil pro obiecto habet, præter duas illas entitates: ergo contra, actus quo assero Equum & Cervum non esse seipsos distinguere, nihil ex parte obiecti aliud habet quam duas illas entitates, id enim solum hic nego, quod prius affirmabam, ergo sicut seipsis distinguuntur, ita seipsis accedente actu ununtur, seu identifican- tur. Sed contra, ergo contra adversarios non u- niuntur per actum, cum per actum non distin- guantur, sed seipsis.

Ad argumentum itaque resp. dum dicimus E- quum & Cervum seipsis distinguere, seu per suas se- entitates excludere, si propius hunc actum intuea- mur, & illius obiectum accuratè disquiramus, iden- titatem semper fictitiam in obliquo involvi repe- riemus. Dum ergo dicimus, Equus excludit Cer- vum, sensus non est excludere è rerum natura, simul enim existant, nec è loco, divinitus enim penetrari possunt, nec quidquam hujusmodi, sed solum exclu- dere ab identitate; ergo actus quo Equum & Cer- vum distinguere diximus, seu se excludere, semper pro obiecto habet identitatem, sicque neganda est prima consequentia argumenti. E contrario itaque actus quo Equum cum Cervo identificari asserimus, ean- dem identitatem affirmet necesse est, quam prior actus negabat, alioqui non erit illi contradictorius.

Objicitur quarto: si datur obiectum impossi- bile, hic actus *Leo est Lepus* erit verus, obiectum enim ejus per nos est Leo chimæricus, & Lepus chimæ- ricus, sed hi identificantur, ergo actus conformis est suo obiecto, ergo verus. Respondetur actum hunc non affirmare Leonem hunc & Leporem chimæricè identificari, sed verè & realiter, sicque est falsus, sicut econtra actus qui identitatem in homine inter ani- mal & rationale affirmaret esse fictam; foret falsus. Unde hic actus licet ex parte obiecti veram & realem identitatem inter Leonem & Leporem non habeat, illam esse cum nulla talis sit possibilis, quia tamen fingit ve- ram, ubi vera non est, est falsus. Hoc verò habet actus ex modo tendendi, & sua entitate peculiari ab alijs actibus distincta.

SECTIO



## SECTIO VI.

## Objectiones reliquæ contra Ens Rationis.

**I.** *Actus non semper ob-  
jectum suum  
presuppo-  
nit.* **O**bjicies primò: actus suum semper ob-  
jectum presupponit, ergo hoc ab actu accipere esse  
suum non potest. Hæc obiectio soluta est supra s. 2.  
n. 4. & præter ibi dicta constat esse hoc falsum in  
actu supra se reflectente.

**II.** *Omne ob-  
jectum actus  
realis non  
est reale.* **O**bjicies secundò: obiectum potentia realis est  
reale, sed Ens Rationis est obiectum potentia rea-  
lis, ergo. Confirmatur, intelligibilitas est passio en-  
tis realis, sed Ens Rationis est intelligibile, ergo. Ad  
argumentum distinguo majorem, obiectum prima-  
rium potentia realis est quid reale, concedo majorem  
secundarium nego. Ad Confirmationem di-  
stinguo etiam majorem, intelligibilitas intrinseca,  
seu per proprias species est passio entis realis, con-  
cedo majorem, intelligibilitas extrinseca, seu per  
species alienas, nego. Unde ut ostendi in Introdu-  
ctione d. 2. s. 6. n. 5. intelligibile est terminus super-  
transcendens.

*Intelligibi-  
litas per  
proprias  
species, est  
passio entis  
realis, non  
intelligibi-  
litas per  
species alie-  
nas.* **O**bjicies tertio: veritas est conformitas cum ob-  
jecto, ergo à potentia & actu reali cognosci nequit  
obiectum non reale. Respondetur distinguendo an-  
tecedens, est conformitas in esse signi seu repræsen-  
tationis, ita scilicet ut obiectum exprimat sicuti est,  
seu tamquam vera imago illius intentionalis, con-  
cedo antecedens, est conformitas cum obiecto in  
esse entis, nego: sic enim datur vera cognitio falsi,  
signi, & repræsentationis.

**III.** *Veritas non  
est conformi-  
tas actus  
cum obiecto  
in esse en-  
tis, sed tan-  
tum in esse  
signi, &  
repræsentationis.* **O**bjicies quartò: *Nihil est in intellectu quod non  
prius fuerit in sensu*, sed Ens rationis nunquam fuit  
in sensu, ergo. Sed contra, hoc enim probaret nec  
Deum, nec Angelos, nec gratiam, nec quidquam  
quod sensum fugit, cognosci à nobis posse. Distin-  
guo itaque majorem, nihil est in intellectu quod  
non prius fuerit in sensu vel per se, vel per aliquid  
ad cuius similitudinem formatur, concedo majorem  
per se directe & formaliter, nego. Cognoscit ergo  
intellectus per notitiam à sensibus habitam res va-  
rias, equum, leonem, cervum &c. uniones etiam va-  
rias discursu novit, ut inter materiam & formam,  
substantiam & accidens. Ex cognitione ergo equi,  
cervi, & unionis, vel aliarum rerum quas videmus  
separatas, occasione sumit intellectus illas vel illis  
similes inter se intentionaliter uniendi. Hippocer-  
vi ergo propriam speciem, saltem cum illum pri-  
mò apprehendit, non habet intellectus, sicque per  
se non est intelligibilis, sed per aliud.

perfecta imperfecti, positiva negativi, supernatura-  
lis rei naturalis, Dei creatura.

**IV.** *Quomodo  
sit intelli-  
gendū: Ni-  
hil est in  
intellectu,  
quod non  
prius fuerit  
in sensu.* **O**bjicies quintò: actus suum sumunt speciem ab  
objectis, ergo actuum realium objecta realia sunt  
necesse est. Respondetur negando consequentiam,  
ut enim actus speciem sumant ab objectis, non re-  
quiritur influxus aliquis realis, & physicus obiecti  
in actum, sed solum ut actus imago illius sit, & re-  
præsentatio, quas certum est respectu diversarum  
rerum quas repræsentant, esse diversas, ac specie vel  
numero pro obiectorum varietate distinguui.

**V.** *Quo sensu  
actus speci-  
ficentur ab  
objectis.* **O**bjicies sextò: actus suum sumunt speciem ab  
objectis, ergo actuum realium objecta realia sunt  
necesse est. Respondetur negando consequentiam,  
ut enim actus speciem sumant ab objectis, non re-  
quiritur influxus aliquis realis, & physicus obiecti  
in actum, sed solum ut actus imago illius sit, & re-  
præsentatio, quas certum est respectu diversarum  
rerum quas repræsentant, esse diversas, ac specie vel  
numero pro obiectorum varietate distinguui.

## DISPUTATIO XIV.

## Quid sit Ens Rationis.

## SECTIO PRIMA.

An denominatio omnis extrinseca sit Ens  
Rationis?

**I.** *Denomina-  
tiones ex-  
trinseca  
alia, alia  
intrinseca.* **N**otandum primò: denominationes alias esse  
intrinsecas, extrinsecas alias, denominatio  
enim est quasi nominis ratio. Intrinsecæ  
sunt illæ, quæ à forma proveniunt intrinseca, id est  
inherente alicui subjecto, & illud physicè immu-  
tante, seu quibus ratio nominis, id est denomina-  
tionis est intrinseca, ut denominatio albi, albedo  
enim verè inhæret parieti, & illum denominat al-  
bum. Aliquæ etiam dicuntur denominationes in-  
trinsecæ per identitatem, ut homo est rationalis,  
Deus est misericors, &c.

**II.** *Quid sit  
denomina-  
tio extrin-  
seca.* **E**xtrinsecæ denominationes sunt, quæ à forma  
proveniunt extrinseca, id est, quæ non necessariò  
suo inhæret subjecto, sed solum ad illud terminatur.  
Dixi necessariò, ad rationem scilicet denominationis  
nis, aliunde enim potest hæc forma verè inherere,  
ut si intellectus aliquis seipsum cognoscat, actus  
per quem cognoscitur, verè illi inhæret, sed hoc nõ  
ratione denominationis cogniti, sed cognoscentis,  
quæ est denominatio intrinseca, & merè per acci-  
dens se habet ad denominationem cogniti, cum  
aliud obiectum, cui non inhæret cognitio, æquè  
proprie dicatur cognitum. Idem est cum oculus per  
speciem à speculo reflectas sese reflexè intuetur. Ra-  
tio à priori est, quia denominationes illæ ex natura  
sua non afficiunt subjecta quibus insunt, sed objecta  
circa quæ versantur. Unde nulla distantia inter  
actum & obiectum, huic denominationi obstat,  
nam ab actu intellectus Angeli in cælo existentis

denominatur Petrus in terra, vel Judas in inferno  
cognitus, licet actus ille in cælo sit, cum sit imma-  
nens. Sic ab actione in auro intra terræ viscera re-  
cepta denominatur sol & cælum agens, licet actio  
nec in sole sit, nec in cælo, cum sit transiens. Ad  
quod intelligendum.

**III.** *Differentia  
inter actus  
immanen-  
tes, & extrin-  
secos.* **N**otandum secundò: actiones unde denomina-  
tiones proveniunt, in duplici esse differentia, imma-  
nentes alias, alias transeuntes. Immanentes illæ sunt,  
quæ ex natura sua petunt inesse principio à quo effi-  
ciuntur; ut actus omnis intellectus, voluntatis &  
sensuum, qui nihil intrinsecè in objectis ponunt,  
vel in terminis, sed perficiunt intrinsecè potentias  
in quibus sunt, unde honor, ut ait Aristoteles, est in  
honorante. Actiones transeuntes sunt, quæ non po-  
tentiā à qua procedunt, sed effectum, seu termi-  
num perficiunt, ut quando ignis producit ignem,  
actus non igni producenti inest, sed producto. Ea-  
dem ergo actio, secundum ordinem ad diversa, du-  
plicem simul tribuit denominationem, activam &  
passivam; potentiā à qua elicitur, denominat  
activè operantem, obiectum verò vel terminum  
cognitum, amatum, productum passivè; cum hac  
tamen differentia, quod actiones immanentes po-  
tentias intrinsecè denominant cognoscentes, aman-  
tes, &c. objecta verò extrinsecè amata & cognita:  
transeuntes è contra denominant potentias extrin-  
secè operantes, vel producentes, & effectus intrinse-  
cè productos, utpote quæ in terminis recipiuntur,  
non in agentibus.

**IV.** *Eadē actio  
diversis di-  
versam dat  
denomina-  
tionem.* **U**nde rejicienda est opinio Fonseca, quinto Me-  
taphysicæ, capite septimo, quaestione sexta, & alio-  
rum qui dicunt, ut forma aliqua denominet, debet  
re eam vel ipsa inherere subjecto, vel fingi inherere  
re.



ferre. Unde asserunt, ut paries, exempli gratia dicatur visus, fingere oportere visionem illi inhaerentem, alioqui ajunt fundamentaliter tantum esse visum. Falsum, inquam, est hoc, per eandem enim intelligentiam, vel visionem qua intellectus aut potentia visiva dicitur intrinsecè videns, vel intelligens, dicitur objectum extrinsecè visum vel cognitum: ita Scotus in 1. dist. 36. q. 1. Suarez d. ultima, Met. 1.2. & d. 6. f. 7. fine, & alij communiter.

**V.** Probatur simul & explicatur: cognitio est tendentia potentiae cognoscitivae in objectum, ergo per cognitionem potentia fertur formaliter & terminatur ad objectum, ergo nullo superaddito intelligitur objectum terminare cognitionem, ergo & esse cognitum. Confirmatur primò, per visionem formaliter seclusa omni fictione homo videt, ergo per eandem formaliter vel videt aliquid, vel non; si non, ergo nihil videt; ergo non videt, implicat enim hominem videre, & non aliquid videre: tum sic, si homo per visionem formaliter aliquid videt, ergo per eandem formaliter aliquid videtur, ergo aliquid est visum, ergo per eandem formaliter visionem per quam dicitur homo intrinsecè videns objectum extrinsecè dicitur visum, seu terminans visionem, nec alia requiritur unio visionis cum objecto ad denominationem hanc extrinsecam, quam extrinsecam actus in objectum tendentia. Id tamen hic advertendum, aliud esse formam esse extrinsecam subiecto, aliud concreto: cum enim concretum dicat essentialiter utramque partem, forma, licet subiecto extrinsecam, toti tamen est intrinsecam: quæstio ergo nostra est de forma respectu subiecti, non respectu totius seu concreti, tam enim concretum cognitum intrinsecè dicit cognitionem tanquam partem ex qua componatur, quam concretum albi albedinem.

**VI.** Hinc facilis est resolutio quaestionis initio propositæ. Dicimus enim contra quosdam omnem denominationem extrinsecam non esse Ens Rationis. Probatur apertè id non esse Ens Rationis, ejus omnes partes sunt reales, quodque realiter à parte rei existit, sed in denominatione extrinsecam omnes partes sapè sunt reales realiter existentes, ergo omnis denominatio extrinsecam non est Ens Rationis: major & consequentia sunt notiores quam ut egeant probatione, cum Ens Rationis sit illud quod solum habet esse objectivè in intellectu: minor probatur, visum est concretum ex visione & pariete, agens concretum ex sole, vel igne & actione, ubi utraque pars, ut constat est realis: idem est cum homines vel bruta aliquid audiunt, volunt, vel appetunt, universim ergo denominatio omnis extrinsecam non est Ens Rationis.

**VII.** Dices, saltem denominationes Generis, Speciei, & similes, quas secundas intentiones vocant, erunt Entia Rationis. Objectioni huic satis fiet postea d. 17. sect. 3.

## SECTIO II.

### Utrum Ens Rationis sit Negatio?

**I.** Non est quaestio in præsentem num Negatio aliquid sita Ens esse Rationis possit, de hoc enim quidquid sit de Negationibus ijs quæ sunt, vel esse possunt, de Negatione certè impossibili si fingatur, dubium esse non potest, ut in his propositionibus, non est Deus, animal in homine à parte rei non est rationale. Negatio enim Dei quæ cognoscitur, nec est, nec esse potest, ac proinde fingitur, & est purum Ens Rationis.

**II.** Difficultas ergo est, utrum Chimæra, Hippocervus, & hujusmodi alia Rationis Entia sint Negatio-

nes. Quia in quaestione dico, Hippocervum & hujusmodi non esse Negationes, sed entia positiva ficta. Probatur primò experientia ipsa, quæ experimur ferri nos in diversum conceptum cum hæc cogitamus, quam cum Negationem aliquam repræsentamus, lucis verbi gratia, vel alterius rei, ferimur namque in entitatem ex partibus quibusdam compositam. Confirmatur, cum apprehendimus Chimæram, non apprehendimus non esse alicujus rei, sed esse.

Probatur secundò, descendendo, & in particulari inquirendo quenam negatio sit Ens Rationis, non potest nam negatio alicujus est negatio, ergo si cognoscitur particularis negatio, cognosci debet ut alicujus negatio. Dicunt aliqui negationem illam quam cognoscimus quando cognoscimus Chimæram, esse negationem Chimære. Contra primò, hæc negatio non est necessaria, & quæ tolli omnino non potest, ergo cognitio illius non est cognitio alicujus impossibilis, ergo non facit Ens rationis, cum omnis cognitio faciens Ens Rationis cognoscere debeat aliquid impossibile. Contra secundò, negatio Chimære est negatio, ergo Chimæra non est negatio, sic enim negatio daretur negationis, quod est contra communem sensum, cum duæ negationes unum faciant positivum. Contra tertio, cognitio hæc secundum illos nihil fingeret, sed solum cognoscit id quod erat; ergo objectum illius actus non est quid fictum, ergo vel objectum illius non est Chimæra, vel Chimæra non est quid fictum, sed erat ab æterno, quod est manifestè falsum, cum unio inter illas partes non fuerit ab æterno, sicut nec partes ipsæ.

Dici posset secundò, Hippocervum esse negationem equi realis & cervi realis. Contra hæc duæ negationes erant ab æterno, & tamen Hippocervus non erat ab æterno, ergo Hippocervus non est duæ illæ negationes. Dices, erant quidem ab æterno, sed non unitæ ab æterno. Contra, ergo jam fingitur unio, hæc autem est quid positivum jam fictum, ergo saltem inadquate Hippocervus est quid positivum, æque ac unio, ergo non negatio. Dices, etiam unionem illam esse negationem. Contra, inquiri ejus: Dices, unionis realis inter illas partes. Contra, dum unionem inter Equum concipimus & Cervum, concipimus uniri eos, non unionis negationem, copulatos, inquam, eos concipimus, non distinctos. Contra secundò, unio illa identitatis realis inter equum & cervum est impossibilis, ergo negatio illius non est impossibilis, sed necessaria.

Deinde si Hippocervus sit negatio equi, inquiri ejus equi non est major ratio unius quam alterius, ergo est negationes omnium equorum, quod præterquam, quod sit contra communem conceptum omnium, sic impugnatur. Possum imaginari hippocervum in eodem loco cum verò aliquo equo, seu illi intimè præsentem, ergo hippocervus non est negationes omnium equorum; patet, in illo loco est hippocervus, sed non sunt in illo loco negationes omnium equorum, ergo hippocervus non est negatio omnium equorum; patet minor, in illo loco est equus, ergo ibi non est negatio illius equi, ergo non omnium equorum, falsum enim est dicere ibi nullum esse equum. Quod à fortiori urget, si dicatur hippocervus esse negatio alicujus equi in particulari, potest enim eodem loco fingi ubi est ille ipse equus particularis, sicque sequetur contradictio.

Dico ergo Chimæram (idem est de omnibus aliis Entibus Rationis) esse quid positivum fictum, quod habet entitatem quandam non veram & realem, sed metaphoricam, illi ab intellectu communicatam, & tunc primum esse incipere cum cogitatur.

Multa enim entia rationis non sunt negationes, ut constat experientia.

III. Non potest ostendi ejus rei negatio sit Hippocervus, ergo negatio non est negatio.

I. Chimæra non est negatio, sic enim negatio daretur negationis, quod est contra communem sensum, cum duæ negationes unum faciant positivum.

II. Chimæra non est quid fictum, sed erat ab æterno, quod est manifestè falsum, cum unio inter illas partes non fuerit ab æterno, sicut nec partes ipsæ.

IV. Hippocervus non est duæ illæ negationes, sed non unitæ ab æterno. Contra, ergo jam fingitur unio, hæc autem est quid positivum jam fictum, ergo saltem inadquate Hippocervus est quid positivum, æque ac unio, ergo non negatio.

V. Dices, etiam unionem illam esse negationem. Contra, inquiri ejus: Dices, unionis realis inter illas partes. Contra, dum unionem inter Equum concipimus & Cervum, concipimus uniri eos, non unionis negationem, copulatos, inquam, eos concipimus, non distinctos.

VI. Chimæra, Hippocervus, & similia entia rationis sunt quid positivum, seu

Ostenditur ulterius Hippocervum non esse negationem.

VI. Chimæra, Hippocervus, & similia entia rationis sunt quid positivum, seu



seu fingitur, & cessare seu desinere esse, dum cessat cognitio, quæ est causa illius productiva & conservativa.

VII. Dices, Chimæra non est ens reale, ergo est negatio entis realis. Contra, sic Petrus non est Paulus, ergo est negatio Pauli, quod tamen est falsum cum Petrus sit entitas positiva. Sic visus non est cæcitas, non tamen hinc inferas, ergo est negatio cæcitatibus, hoc enim implicat in terminis; negatio namque vera contradictoria negationis dari non potest, sed est quid positivum, licet per negationem explicetur, de quo tamen postea. Sic dico Chimæram non esse ens reale per suam quantumcunque entitatem, non tamen est propterea entis realis negatio, licet per negationem explicetur.

Chimæra, licet explicetur per negationem non tamen est negatio, magis quæ res alia positiva sunt negationes.

### SECTIO III.

#### De materia particulari Entis Rationis.

I. Diximus generatim Ens Rationis illud esse, quod nec est, nec esse à parte rei potest. Hic ergo ad perfectionem entis hujus notitiam particulares quasdam quæstiones de varijs Rationis Entibus, præcipue circa materiam ex qua conficiuntur, proponemus.

II. Certum ergo est primò, appositionem solum localem & extrinsecam, seu aggregationem rerum, vel partium physicè impossibilium non sufficere ad Ens Rationis, cum id factum sit facillimum. Secundò etiam est certum, formam solum, seu figuram extrinsecam diversorum animalium conjunctam ad hoc parum referre, cum Deus mutare possit figuram capitis equi in figuram capitis leonis, cæteris equi partibus eadem figura permanentibus, imò totum equum vel taurum in leonis formam aut elephantis. Tertiò, certum est, solam accidentium, seu colorum conjunctionem ad hoc non esse satis, cum id pictor præstet Chimæram delineans in tabula.

III. Primò ergo dubitari potest de unione continuativa, utrum caput elephantis, corpus leonis, & pedes equi, dum inter se uniuntur, sint Ens Rationis, cum omnes partes sint reales. Respondeo primò, quid sit de partibus, unionem ex parte formarum esse Ens Rationis, licet non fortasse ex parte materiæ, ut cum furculus unius arboris, alterius trunco inferitur. Unio verò ex parte formarum est impossibilis, & sic etiam admittendo partes esse reales, illud totum in ratione totius est impossibile, & consequenter Ens Rationis. Secundò & magis fortasse probabiliter dici potest ipsas etiam partes esse im-

Unio continuativa formarum, specierum, & similitudinum est quid impossibile.

possibiles, cum tales cogitemus, quæ ex se, seu natura sua, uniri inter se petant, ad unum aliquod animal componendum, quales nullæ sunt possibiles. Idem judicium esto si fingat quis duos Angelos inter se, vel Angelum cum alia quapiam re per continuationem conjungi, tunc enim non reputatur Angelus verus, sed talis qui connaturaliter uniri per continuationem alteri Angelo petit, vel alij rei cuiusque, qualis dari nullus potest.

IV. Secundò, de unione informationis, ut si quis Angelum concipiat informantem solem, vel duos Angelos inter se tanquam actum uniri & potentiam, idque per unionem realem, ei similem, quæ intercedit inter corpus & animam. Respondeo, hic multis nominibus fieri Ens Rationis, si sermo sit de unionis, quæ verè fingatur eos inter se ea ratione unire, tunc enim non concipitur unio realis, quam dico esse Petri, sed alia Chimærica & impossibilis: sicut cum volens concipere hominem, concipio animal hinnibile, non hominem concipio sed equum, non magis enim est illius unionis essentia unire duos Angelos, quam hominis esse animal hinnibile.

V. Idem cum proportionem dicendum de extremis, cum per nullam potentiam uniri possint unione informationis, vel etiam seipsis, cum incompleta non sint, ac proinde dum incompleta finguntur, non illa, sed alia, eaque Chimærica cogitantur. Idem etiam est de entibus incompletis, si inter se proportionem non habeant, ut si quis fingat duas animas vel materias se mutuo informare.

VI. Tertia difficultas est de unione identitatis, ut dum leonem & equum unum esse realiter animal, & identificatos concipimus; & ex omni Entium Rationis genere hæc sunt manifestissima, si enim duo aliqua uniri repugnet, multo magis identificari.

VII. Quartò, circa Relationes, Negationes, & Privationes. De Relationibus universim dico quotiescunque relatio vel esse fingitur, vel inherere, ubi nec esse, nec inherere potest, ut in Deo ad creaturas, in animali ad sensitivum, in homine ad rationale, & similibus, est Ens Rationis. De Negationibus verò & Privationibus, ut si cæcitas vel tenebræ per modum nubis apprehendantur, dico non fieri Ens Rationis. Quod si nubecula oculum informare vel ærem apprehendatur, eruenta responsio est ex secundo dubio supra posito, & dicendum esse Ens Rationis.

VIII. Dum verò spiritum per modum corporis concipimus, non fit Ens Rationis, partes enim illas, & figuram extrinsecè solum ei adesse concipimus. Quod si circumscriptivè inherere illi fingantur, fit Ens Rationis. Quod etiam de Deo dicendum, si verè in eo partes esse apprehendantur.

Quandò concipiendū corpus per modum spiritus fiat Ens Rationis.

## DISPUTATIO XV.

### De modo producendi Ens Rationis.

#### SECTIO PRIMA.

Utrum Ens Rationis sit concretum ex cognitione & objecto ficto, vel ipsum solum objectum.

I. Notandum primò, cognitionem duplici modo circa objectum suum versari posse, vel cognoscendo illud ex parte objecti, ut verè se habet, sive realiter & positivè, si sit Ens positivum, sive remotionè si negatio: vel secundò, cognoscendo ex parte objecti rem aliter quam in se est, ad eundem scilicet,

Dubius modis se habet cognitio circa suum objectum.

aliquid quod stare cum rerum, quæ cognoscuntur, essentia non potest, seu aliquid impossibile fingendo, ut si quis ex hircò & cervo unum identicè objectum conficiat. Dixi ex parte objecti, nam ut optime P. Suarez disp. 54. Metaph. sect. 2. n. 21. ex parte actus nihil attinet aliter cognosci, cum Deus, qui omnia perfectissimè cognoscit, cognoscat mutabilia immutabiliter, & nos materialia immaterialiter, substantias accidentaliter, id est actu immateriali, seu in repræsentatione spirituali, & accidentaliter nec enim esse debet proportio inter actum & objectum in essendo, sed repræsentando.

Notandum secundò, non esse dubium quin ex hoc

II.



Status  
presentis  
difficulta-  
tis.

hoc secundò cognoscendi modo sicut ex primo re-  
sultat concretum cogniti, cum non minus cogno-  
scatur ens illud fictum, quam verum. Quæstio er-  
go est in præsentia, an Ens Rationis, cuius hic essen-  
tiam inquirimus, in hoc concreto consistat, & ut  
partem sui includat cognitionem, an in solo illo  
objecto ficto.

III.  
Prima sen-  
tentia Ens  
rationis af-  
firmat con-  
sistere in  
concreto.

Prima sententia, quæ plurimum apud recentio-  
res in scholis invaluit, Ens Rationis in hoc con-  
creto consistere affirmat, ac proinde cognitionem  
involvere tanquam partem sui: ita moderni non  
pauci, qui varia pro se sanctorum Patrum testimo-  
nia congerunt. Citari pro hac sententia solet Vasq.  
1. par. disp. 104. num. 15. & 18. sed non recte: Sotus q.  
3. universalium: ar. 1. dub. 2. & alij.

IV.  
Conclusio:  
Ens Ratio-  
nis est quid  
adequate  
distinctum  
à cogniti-  
one.

Contraria tamen sententia, ut auctoritatis, ita  
rationum momentis magis stabilita, nobis ample-  
ctenda est. Dicimus itaque, licet ad Ens Rationis  
consciendum necessaria sit cognitio fingens, Ens  
tamen Rationis non illam involvere ut partem sui  
constitutivam, sed adequate in entitate illa ficta  
consistere, quæ intellectui per cognitionem repræ-  
sentatur. Ita Sura, dis. ult. Metaph. sec. 2. num. 15. Fon-  
seca 5. Metaph. c. 7. q. 6. sec. 2. Conimb. q. 6. art. 2. in  
præfationem Porphyrij, Rub. hic num. 9. & 21. Com-  
plutenses d. 2. Log. q. 2. num. 10. & alij. Desumi vide-  
tur ex sancto Thoma. Opusc. 42. cap. 1. dum ait, tunc  
effici Ens Rationis, quando intellectus nititur id ap-  
prehendere quod non est, & ideo fingit illud aliquo mo-  
do ens: Et clarius his verbis Ens Rationis effective est  
intellectus, actus vel habitus obiective ipsum obiectum  
seu ens quod vocamus rationis.

V.  
Ex ipsa  
natura con-  
creti pro-  
batur Ens  
Rationis  
consistere  
in solo ob-  
jecto.

Probatum primò, omne concretum essentialiter  
includit duas partes, sed hoc cognitum ex intelle-  
ctione & objecto ficto est concretum, ergo: minor  
conceditur ab adversariis, major probatur, omne  
concretum est compositum, compositum autem si-  
ne duobus ex: remissis intelligi non potest, cum com-  
positio sit distinctorum unio, tum sic, ergo utraque  
pars debet habere aliquod esse, vel verum vel fi-  
ctum, ergo illud obiectum ut distinctum à cog-  
nitione habet aliquod esse, cum ut distinctum à cog-  
nitione componat concretum, componunt enim ut  
duo, ergo ut distincta, sed illud esse intrinsecum non  
est verum, ergo fictum & communicatum illi à  
cognitione.

VI.  
Quando  
quis conce-  
pit Hippo-  
cerum,  
aut quid  
simile, non  
habet mere  
nihil pro  
objecto.

Dices, cognitum esse concretum ex cognitione  
& objecto reali quando datur, & ex nihilo, quando  
non datur obiectum reale. Contra, cum duos An-  
gelos uniti apprehendo unione informationis, vel  
inter se identificari, diversum habeo obiectum at-  
que quando fingo relationem realem in Deo ad  
creaturas, vel equum, cervum, & leonem unitos, er-  
go ex parte obiecti est aliqua diversitas, ergo id  
quod apprehendo non est pure nihil, ergo aliquid,  
ergo ens, non verum, ergo fictum seu factum ab in-  
tellectu, ante enim hunc actum Angeli illi non erant  
uniti, nec partes animalium diversorum inter se con-  
iunctæ. Confirmatur primò, nam si per illum actum  
apprehendo nihil, ergo nullum obiectum apprehen-  
dendo, cum tamen implicet dari representationem  
quæ nullius sit representatio, est enim essentialis or-  
do ad aliquem terminum. Confirmatur secundò,  
manifesta constat experientia diversa in mente esse  
objecta dum quis diversas sibi Chimæras fingit, ergo  
ex parte obiecti non habet mere nihil, sic enim  
nulla esset diversitas.

VII.  
Abus re-  
flectens su-  
pra Ens  
Rationis  
reflexit

Confirmatur, actus reflexus, qui reflectit supra  
Ens Rationis factum à priori actu non in illum so-  
lum actum fertur, ergo in aliquid aliud: imò quan-  
do quis vult reflectere supra Ens Rationis factum,  
nunquam fertur in actum suum vel alienum, sed in  
R. P. Th. Compteni Philosophia.

objectum, ergo solum obiectum ut distinctum ab  
actu, est Ens Rationis.

Probatum secundò, Ens Rationis est illud cuius  
totum esse, est esse obiective tantum in intellectu, V III.  
sed cum primò sit Ens Rationis, actus quo sit non  
est obiective tantum, sed subjective & realiter in in-  
tellectu, ergo vel actus ille non est pars Entis Ratio-  
nis, vel totum esse Entis Rationis non est esse obie-  
ctive tantum in intellectu. Confirmatur primò, si  
cognitio constituat Ens rationis in genere causæ  
formalis, ergo constituit ut pars, ergo est etiam alte-  
ra pars, quæ suam habet partialem & intrinsecam  
entitatem & essentiam, sed pars illa altera est Ens  
Rationis, nam nullo modo potest esse à parte rei.

Ergo datur Ens Rationis distinctum à cognitione,  
& ab illa factum, ante illam namque partes illæ Chi-  
mære non erant unitæ. Confirmatur secundò, ex-  
istentia apud omnes aliud nihil est quam actualitas,  
& quasi exercitium essentia, seu quod idem est ex-  
istere est essentiam actu esse, ergo quoad actu est per  
existentiam realem, est actu & existit realiter, ergo si  
existit per cognitionem tanquam per existentiam,  
existit realiter. Confirmatur tertio quia si Ens Ratio-  
nis essentialiter in se includat cognitionem realem  
ut partem sui, ergo jam non est pure Ens Rationis,  
sed mixtum, rationis partim, partim reale.

Ad solutionem verò argumentorum contrariæ  
sententiæ quæ postea referemus, norandum aliud  
esse, esse obiectum, aliud esse obiectivum: esse obie-  
ctum provenit formaliter ab actu circa aliquid ver-  
fante, esse verò obiectivum est entitas illa quæ obij-  
citur, & à nonnullis non incongrue dicitur obie-  
ctum specificativè, sic enim dicimus visionem ferri  
in obiectum intellectus, dum simul aliquid intelli-  
gimus & videmus, licet visus in actu ipsum intelec-  
tus non feratur, ac proinde non in obiectum redu-  
plicative, sed specificativè.

In hoc ergo Ens Rationis differt ab alijs entibus,  
quod alia esse quidem obiecta ab actibus intelle-  
ctus recipiant, esse verò obiectivum, seu entitatem  
nam habent aliunde, nempe à suis causis: entia verò  
Rationis non esse obiecta solum, sed ipsum etiam  
esse obiectivum, seu esse actuale, & possibile habent  
ab intellectu, eaque de causa Entia Rationis vocan-  
tur, quod undequaque & secundum totum suum  
esse à ratione procedant, illiusque proles quasi, ac  
partes sint.

## SECTIO II.

Quæ sit causa Entis Rationis, & in quo  
genere.

Q Uod aliquam habere debeat causam est mani-  
festum, nam esse illud, qualecunque demum  
sit, accipit de novo, verum etiam est dicere, jam est  
Ens Rationis, antea non fuit, ergo transit de non es-  
se ad esse, hic ergo quæ sit illa causa, inquirimus.

Prima conclusio, intellectus est causa efficiens  
Entis Rationis. Hoc clarum est in omni sententia,  
nam intellectus est causa efficiens, sive in ge-  
nere causæ formalis constituendo, intellectus est  
causa efficiens, quia efficit intellectum: sicut sol  
vel ignis est causa efficiens ignis producti, licet  
forma ignis quæ producitur constituat alterum  
ignem in genere causæ formalis.

Norandum tamen primò, cum P. Suarez Disp.  
ult. Metaph. l. 2. num. 2. quæstionem hanc juxta sub-  
jectam materiam accipiendam esse, cum enim Ens  
Rationis propriè non sit, propriam sui causam ha-  
bere non potest: eo tamen modo quo est, & causam  
à qua hoc esse recipiat, habere debet, non quidem  
pro

supra solum  
obiectum.  
VIII.  
Ens Ratio-  
nis est en-  
tus totum  
esse, est esse  
tantum ob-  
iective in  
intellectu,  
ergo consi-  
stet in solo  
objecto fi-  
cto.

IX.  
Aliud est  
esse obie-  
ctum, ali-  
ud esse  
obiectivum.

X.  
In quo dif-  
ferant En-  
tia Ratio-  
nis ab En-  
tibus rea-  
libus.

I.  
Aperitur  
difficultas.

II.  
Intellectus  
est causa ef-  
ficiens  
Entis Ra-  
tionis.

III.  
Ens Ratio-  
nis eo solum  
modo ha-  
bet causam,  
quo est, ne-



pe metaphorice.

IV.  
Intellectio  
non dicitur  
proprie  
causa rea-  
lis Entis  
Rationis.

Aliud est  
producere  
per realem,  
& physicam  
virtutem,  
aliud phy-  
sicè & rea-  
liter pro-  
ducere.

Duplex  
causalitas  
interuenit  
in produ-  
ctione En-  
tis Ratio-  
nis, physica,  
& inten-  
tionalis.

VI.  
Cognitio  
fingens cau-  
sam Ens  
Rationis  
in genere  
causæ effi-  
cientis.

VII.  
Ratio est,  
nam Ens  
Rationis  
est aliquo  
modo Ens,  
ergo habere  
debet ali-  
quam cau-  
sam effi-  
cientem.

Esse ab alio  
necesse est  
causalitatem  
causæ effi-  
cientis.

VIII.  
Ens Ratio-  
nis iam est,  
antea non  
fuit, ergo  
aliquam  
habere de-

proprie sed metaphorice, id est, sicut se habet realis causa ad effectum realem, ita & causa metaphorica ad effectum metaphoricum.

Secundò notandum, nec intellectum, nec intellecti-  
tionem dici posse causam realem respectu Entis  
Rationis, denominatio quippe causæ realis non ab  
entitate causæ in quantum ens est, desumitur, sed in  
quantum causa, ac proinde ut ordinem dicit ad ef-  
fectum. Ut ergo causa denominetur talis, debet ali-  
quid in effectu illi correspondere unde illam deno-  
minationem desumat. Sic Deus non dicitur causa  
vitalis respectu lapidis, nam esto in se vitalis sit, ut  
causa tamen hic & nunc non est vitalis, quia nil in  
effectu est vitale: sic in presenti. Unde aliud est pro-  
ducere per physicam & realem virtutem, aliud phy-  
sicè & realiter producere, primum enim hic tribui-  
tur cognitioni, & propter ipsam intellectui, secun-  
dum minimè, nihil enim dici potest physicè & rea-  
liter producere nisi effectum physicum & realem  
producat. Et sicut causa finalis licet entitativè seu  
in essendo sit subinde quid metaphoricum, ut cum  
quis rem appetit impossibilem, in ratione tamen  
causæ seu in causando, dicitur causa realis, quia ef-  
fectum realem causat; sic è contrario causa in essendo  
realis potest in causando esse metaphorica respectu  
effectus metaphorici.

Dices, causalitas intellectus hic est realis, ergo in-  
tellectus hic erit causa realis, quia denominatur a-  
gens & causa formaliter à causalitate. Respondeo  
duplicem hic intervenire causalitatem, prima est ip-  
sa actio quæ intellectus actum seu verbum mentis  
producit, & hæc est realis, terminata scilicet ad ef-  
fectum realem, nempe hoc verbum mentis productum,  
& respectu hujus intellectus est causa realis. Altera  
causalitas est hoc ipsum verbum mentis, quod voca-  
ri solet actio intentionalis seu grammaticalis, quia  
est tendentia potentia in objectum, & via ad illud,  
tribuit quæ potentia denominationem agentis, vi-  
delicet intelligentis, representantis &c. Hæc ergo  
causalitas quamvis entitativè sit realis, ut tamen  
formaliter recipit effectum non est realis, ac proin-  
de intellectus ut potentia per eam hic operans, non  
est realis. De quo postea iterum redibit sermo.

Secunda Conclusio. Cognitio fingens causat Ens  
Rationis in genere causæ efficientis, non verè sed  
metaphorice: ita Scotus q. 4. universal. ad 3. Conimb.  
in Præf. ad Prædicab. Porphyrij. q. 6. ar. 1. ad primū  
P. Suar. cit. num. 4. Complutenses disp. 2. Log. q. 2.  
n. 10. & docti quidam recentiores, & ut fatetur P.  
Herice 1. par. d. 8. n. 1. est magis communis.

Probaturs primò à priori. Ens Rationis habet  
aliquod esse, ut in confesso est apud omnes, & est  
aliquod ens, sed non est ens à se, cum hic sit pro-  
prius conceptus Dei, ergo est ens ab alio, cum non  
detur medium inter esse à se & esse ab alio, si res  
existat, ergo est ab aliqua causa efficiente, probatur,  
nam esse à se, est non esse ab alio ut à causa efficien-  
te, quod patet, causalitas etenim materiæ est esse in  
alio, causalitas formæ esse per aliud, unde si homo  
quispiam per impossibile eandem haberet materiā  
& formam, quam jam habet, & non produceretur  
ab aliqua causa efficiente, diceretur propriè illa ha-  
bere à se, & esse ens à se, causalitas ergo materialis &  
formalis non obstat conceptui entis à se: causalitas  
etiam causæ finalis est esse propter aliud, ergo esse ab  
alio arguit causalitatem causæ efficientis.

Confirmatur, Ens Rationis nunc est, antea non  
fuit, ergo nunc primò incipit esse, ergo ab aliqua  
causa efficiente, quæ semper inter causas quando si-  
mul ad eundem plures effectum concurrunt, conse-  
quitur à philosophis prima: unde ait Aristot. 2. Phys. tex.  
29. & 5. Metaph. c. 5. efficiens est principium primum

dans esse effectui, seu ut ejus verbis utar, primum prin-  
cipium motus & quietis. In aliquibus ergo effectibus  
deest causa formalis, ut à materia producaturs sine  
omni forma, in aliquibus materialis, ut si produce-  
returs anima separata à corpore, in alijs utraque, ut dū  
eratur Angelus, in nonnullis finalis, ut in actioni-  
bus brutorum & inanimatorum, quæ non agunt  
propriè propter finem, nunquam tamen deest vel  
deesse potest efficiens: unde ajunt philosophi, sicut  
finalis causa est prima in intentione, ita efficiens est  
prima in executione, ergo primò dat esse omni effe-  
ctui qui primò esse incipit. Quod ipsa vis verbi infi-  
nuare videtur, cum effectus secundum etymologiam  
nominis ab efficiendo diciturs, & si ad aliam etiam  
causarum terminos applicetur effectio, sit per cata-  
chresin vel abusum, & ideo est quia alia causæ  
nunquā operanturs sine concursu causæ efficientis.

Probaturs secundò, quia cognitionem dare esse  
cognitum in genere causæ formalis, quod ajunt, ex-  
trinseca & tamen constituere Ens Rationis in inel-  
ligibile videtur, quod sic probò: dat hoc esse cogni-  
tum in genere causæ formalis, ergo dando se, ergo  
ipsa est ratio formalis, quia denominatur objectum  
cognitum, ergo licet objecto secundū se sit extrinseca  
cognitio, cognitio certè est intrinseca, ergo si Ens  
Rationis consistat in hoc concreto, cognitio Entis Ra-  
tionis est intrinseca; præterea si esse Entis Rationis  
sit cognitio formaliter, esse suū cuique sit intrin-  
secum, cognosci erit illi intrinsecum, sed cognosci  
provenit formaliter à cognitione, ergo cognitio erit  
Entis Rationis intrinseca, si consistat in concreto.

Confirmatur primò, si cognitio est forma ex-  
trinseca, ergo respectu alicujus est forma, illud ergo  
respectu cuius est forma vel habet aliquod esse di-  
stinctum à forma hac extrinseca vel non, si non, ergo  
hæc cognitio realis est totum Ens Rationis: si habet  
aliud esse, ergo hoc provenire non potest à cogni-  
tione in genere causæ solum formalis, nam in gene-  
re causæ vel formalis vel materialis nihil causat a-  
liud adæquatè, sed partialiter tantum, quatenus scilicet  
dat unam partem compositi, nempe se: sic ani-  
ma rationalis in genere causæ formalis in adæquatè  
causat hominem, visio respectu visū est causa ejus  
partialis, & sic de cæteris.

Confirmatur secundò, cognitio non alio modo  
potest causare in genere causæ formalis, quā dan-  
do se, ergo nil accipit à cognitione aliud quā ipsam  
cognitionem, sed cognitio est realis, ergo totum esse  
quod accipit à cognitione est reale; ergo si non ha-  
beat aliud esse quā id quod accipit à cognitione,  
non habet aliud esse quā reale. Quod fortius urge-  
bit si formetur argumentum de existentia, jam enim  
existit Ens Rationis, antea non existerat, sed jam per  
cognitionem, si illud causet in genere causæ solum  
formalis, nil accipit nisi cognitionem, ergo existit  
adæquatè per existentiam cognitionis, ergo adæqua-  
ta ejus existentia est realis, vel, si aliam habeat, ut  
nos asserimus habere, sibi intrinsecam, illam accipit  
necessariò à cognitione in genere causæ efficientis.

Confirmatur tertio, Ens Rationis ut existens, est  
objectum cognitionis fingentis, sed cognitio hæc  
non habet se pro objecto, ergo cognitio non est  
ejus existentia. Confirmatur quarto, hic actus quo  
quis dicit *Chimara existit* facit Chimaram, sed hic  
actus non magis habet se pro objecto quā actus  
qui dicit *Petrus existit*, ergo aliam in Chimara  
existentiam concepit, & dat quā seipsum.

Tertia conclusio, cognitio non per aliam aliquā  
actionem à se distinctam, etiam ratione nostra ex  
parte objecti, efficit Ens Rationis, sed per se imme-  
diatè: Illud proinde representando efficit, & effi-  
ciendo representat.

bet causam  
efficientem.

Causæ alie  
possunt de-  
esse, non  
tamen cau-  
sæ efficiens.

IX.  
Ostenditur  
cognitionem  
non posse  
dare esse  
Entis Ra-  
tionis in  
genere causæ  
formalis ex-  
trinseca.

X.  
Si cognitio  
sit forma,  
id respectu  
cujus est  
forma de-  
bet habere  
aliquod esse.

XI.  
Si nihil  
aliud existat  
præter cog-  
nitionem,  
cum cog-  
nitio sit realis,  
totum quod  
existit erit  
reale.

XII.  
Actus di-  
cens Chima-  
ram existi-  
t, non  
habet se  
pro objecto.

XIII.  
Cognitio  
per se efficit  
Ens Ratio-  
nis.

Du-



XIV.  
Duplex est  
respectus  
adus fin-  
gentis res-  
pe-  
ctu Entium  
Rationis,  
causæ sci-  
licet effi-  
cientis, &  
formalis.

Actio phy-  
sica ut ef-  
ficiens est  
prior se ne  
recepta.

XV.  
Probabile  
est in actio-  
ne, tam phy-  
sica, quam  
intentiona-  
li, concomi-  
tante se  
habere res-  
pectum cau-  
sæ efficien-  
tis, & for-  
malis.

XVI.  
Ostenditur  
productionem  
sui ter-  
mini non  
repugnare  
cognitioni.

Duplex ergo ratione nostra in fictione distingui debet respectu Entium Rationis habitudo & respectus, causæ efficientis alter, alter formalis, seu ordo ut ad effectum & subiectum extrinsecum, & hunc ille prioritate aliqua antecedit, tum quia secundum philosophos, ut diximus, efficiens inter causas simpliciter censetur prima, tum quia forma ut forma supponit aliquid cui uniatur, nam ut forma formaliter illud non efficit, sed tantum informat & perficit. Tota igitur cognitio ut efficiens probabiliter dici potest prioritate aliqua prior se tota ut obiectum informante, non prioritate temporis, nec in quo, sed solum prioritate aliqua dependentiæ, & quasi a quo. Sicut nec conceptu nostro intelligere possumus actionem produci, & non terminari ad effectum, cum sit essentialis dependentia effectus a causa & tamen actio aliquo modo prior est suo effectui, siquæ ut effectus est prior se ut in termino receptus, seu in genere causæ efficientis quam formalis. Unde & contra duplex etiam est obiecti habitudo ad fictionem, ut ens est, & ut obiectum: & sicut in omnibus alijs obiectis, ut entia, sunt priora se ut obiectis, ita & hic, cum hoc tamen discrimine, quod in illis, esse tempore potest præcedere obiecta esse, hic vero neutriquam, & hoc sibi habet singulare fictio rigorosè sumpta, inter omnes cognitiones, ideo dicta fictio, quod obiectum suum representando illud faciat.

Si cui tamen forte videatur difficile (ut revera ob implicatas illas prioritates non admodum est facile) prioritatem illam vel in actione physica vel intentionali defendere ad se ut informantem, seu in genere causæ formalis concurrentem, dicat omnino concomitante se habere, etiam ratione sicut reipsa. Mihi tamen longe probabilius videtur, nec unam actionem, nec alteram propriè dici posse concurrere in genere causæ formalis respectu sui termini, sed solum ad concretum cognitum & productum. In hoc tamen sensu dici possunt concurrere in genere causæ formalis quod producant terminos se illis uniendo, unde concurrunt non in genere causæ efficientis solum, sed etiam formalis, nec in genere causæ formalis tantum, sed efficientis, non enim respiciunt subiecta & terminos ut purè subiecta vel purè terminos, sicut albedo parietem ut purè subiectum respiciat, ut pote in quo nihil efficit, sed ut subiecta simul & effectus.

Quod verò rationi cognitionis non repugnet productio sui termini patet, nam Pater æternus representando, verbum Divinum producit ut verum illius principium: si ergo principium reale productivum idque perfectissimum representando producat & producendo representet, cur id causæ metaphorice negemus respectu effectus metaphorici.

### SECTIO III.

Refelluntur argumenta contententia Ens Rationis consistere in concreto.

I.  
Obiectum,  
fictum, cog-  
nitum, &c.  
duobus  
modis su-  
mi possunt.

Facilius obiecta ab adversarijs refellamus id præcipue recolendum, quod supra insinuavimus scilicet prima sine, Obiectum, cognitum, fictum, esse obiectivum, & huiusmodi alia æquiva- ca esse, & bifariam sumi posse, complexè, seu in concreto ac reduplicativè, & incomplexè seu specificativè: complexè entitatem significant quæ, intelligitur & simul cognitionem, incomplexè entita- tem solam, seu id quod obijcitur vel cognoscitur, quod idem contingit in denominatione reali pro- ducti, facti, creati, & similibus.

R. P. Th. Compromi Philosophia

Notandum secundò: non negare nos in produ- ctione Entis Rationis consurgere concretum exco- gnitione & obiecto ficto, sed quod dicimus, est ad- æquatum Entis conceptum reperiri in obiecto ipso ut à cognitione distincto. Quod aliquid sit necesse est, cum sit pars altera huius concreti, non aliquid reale, ergo rationis. Sicut in productione ignis vel alterius rei resultat semper concretum productum, adæquata tamen ratio effectus, seu ignis distinguitur ab actione illum producente. Hæc si accuratè no- tentur non erit laboriosum obiecta dissolvere.

Obijciunt ergo primò, effectus Rationis est esse cognitum, sed hoc habet à cognitione in genere cau- sæ formalis, ergo non efficienter. Distinguo ma- jorem: esse cognitum specificativè, seu illa entitas quæ cognoscitur est Ens Rationis, concedo ma- jorem, cognitum complexè est Ens Rationis, nego; nam altera ejus pars, nempe obiectum reparatum sumptum, quodque distinguitur à cognitione, est Ens Rationis, quod cum de novo incipiat, eo modo quo entitatem causam etiam effectricem habere debet, alioqui erit à se. Unde cum dicitur, Ens Rationis non habet aliud esse quam esse cognitum, si sensus sit, non habet aliud esse quam à cognitione, fateor, si non aliud esse quam cognitionem, nego: sicut cum dicitur, effectus realis non habet aliud esse quam esse productum, id est, quam per produ- ctionem, est verum, quia non est à se, si autem sen- sus sit, non habet aliud esse quam productionem, est falsum. Productio verò sicut respectu illius effe- ctus realis habet se & in genere causæ formalis, & efficientis, nam informando efficit, & efficiendo in- format, ita in parte entis, cum fictio hac in parte imi- tetur fictionem. Sic cum dicitur, esse Ens Rationis est esse obiectivè, causaliter concedo, formaliter ne- go, id est, esse ipsius est huiusmodi quod non potest esse nisi obiectivè in in effecto, hoc est, non potest produci nisi per cognitionem.

Obijciunt secundò, intellectus est causa realis, ergo non potest habere effectum non realem. Hæc obiectio soluta est supra in probatione primæ con- clusionis ubi dixi eo modo esse causam quo exigit effectus, licet enitativè causa realis sit. Nec adeò hoc mirum videri debet, cum in communi senten- tia substantia producat accidens, causa supernatu- ralis effectum naturalem, Deus rem quamque im- perfectissimam. Licet ergo causa effectum se perfe- ctorem efficere sola non possit, potest tamen im- perfectiorem, cum non necessariò totam semper exerat virtutem, sed juxta capacitatem effectus.

Obijciunt tertio, Ens Rationis non habet aliud esse quam esse representatum. Nego antecedens nisi causaliter sumatur, ut supra dixi, habet enim esse sibi intrinsecum, cervus namque & equus uniti- one ficta aliquid sunt, alioqui cognitio illa vel representatio ferretur in nihil.

Obijciunt quartò, si Entia Rationis habeant exi- stentiam sibi intrinsecam, ergo tribuitur ipsis esse simpliciter, ergo simpliciter sunt. Nego utramque consequentiam, licet enim tribuatur ipsis ab intel- lectu existentia intrinseca, non tamen tribuitur phy- sicè, sed intentionaliter tantum, ut autem dicatur aliquid esse simpliciter, habere debet existentiam realem sibi realiter communicatam, quod hic deest, alio quippe modo communicat intellectus existen- tiam suis actibus, alio modo Entibus Rationis licet ambo sint ejus effectus, illis nempe physicè & rea- liter, his intentionaliter & metaphorice.

Obijciunt quintò, cognitio tantum est imago & representatio obiecti, ergo nihil in eo producit, alioquin etiam dum ens reale representat, aliquid efficit. Respondetur, cognitio representans rem ut

It.  
Licet in  
productione  
Entis Ratio-  
nis semper  
sit concre-  
tum, in eo  
tamen Ens  
Rationis  
non consistit.

III.  
Ens Ratio-  
nis est esse  
cognitum  
specificati-  
vè & in-  
complexè.  
non redup-  
licativè  
& complexè.

Explicatur  
exemplo  
effectus  
realis, cu-  
jus esse est  
esse pro-  
ductum.

IV.  
Intellectio  
respectu  
Entis Ra-  
tionis, licet  
sit causa  
realis in  
essendo, non  
tamen in  
causando.

V.  
Ens Ratio-  
nis est esse  
repre-  
sentatum  
specifi-  
cativè.

VI.  
Licet Ens  
Rationis  
habeat exi-  
stentiam si-  
bi intrin-  
secam, non  
tamen est  
realis, sed  
Metapho-  
rica.

VII.  
Adus fin-  
gens res-  
pe-  
ctu sui ob-  
iecti non est  
representa-  
tio tantum,  
sed etiam  
effectus.



est in se, seu rem veram, tantum est imago sui obiecti, concedo antecedens, representans aliter quam est, vel esse possit, seu fingens est tantum imago, nego, simul enim est imago seu representatio & effectio, à qua obiectum non solum accipit esse cognitum, sed esse, nec tantum esse obiectivum extrinsecum, sed esse intrinsecum, seu ipsam entitatem, fictio siquidem non representat obiectum secundum id quod habet in se, sed aliquid apponit de novo, non sic mera representatio quæ rem concipit vel prout est, vel esse possit. Cum ergo rem realem representans nullam aliam in ea existentiam representet præter realem, & hæc cum physica sit, produci per aliam actionem quam physicam nequeat, intellectus nihil illius per operationem intentionalem, seu metaphoricam producere potest.

Cur intellectus non possit intentionaliter producere rem aliquam realem.

Quod autem obijciunt aliqui, cum nulla detur actio, ad quam non debeat Deus concurrere, debere etiam concurrere ad hanc; negamus consequentiam, licet enim Deus concurrere debeat ad omnem actionem realem, non tamen metaphoricam, cum enim cognitio sit productio metaphorica formaliter ut cognitio est (producimus enim Ens Rationis illud cognoscendo) Deus autem licet physice ad cognitionem creatam concurrat, cum tamen per eam non intelligat, non potest immediate & metaphoricè cum intellectu concurrere ad Entis Rationis productionem, quod, ut dixi, non producit nisi cognoscendo. Nec tandem sequitur Ens Rationis non esse ens solum intra animam, ens namque intra animam idem sonat atque ens, quod nisi per actum intellectus seu animæ esse non potest.

VIII. Cur Deus simul cum intellectu creato non producat Ens Rationis.

Quo sensu Ens Rationis sit ens intra animam.

## DISPUTATIO XVI.

A quibus potentijs produci possit Ens Rationis.

### SECTIO PRIMA.

Utrum sensus, appetitus, aut voluntas faciant Ens Rationis.

I. Sensus externi facere nequeunt Ens Rationis.

Prima conclusio, sensus externi Entia Rationis facere non possunt. Est manifestum, quia licet errent fortassis aliquando, & in obiecta aliter ferantur quam sint à parte rei, ut dum Irim in nubibus, vel in collo columbæ colores videmus apparentes, aut baculum in aqua curvum, qui tamen est in se rectus, non tamen feruntur in obiecta aliter quam esse possint, imò probabiliter cum aliquibus affirmare possumus non falli sensus nec errare, sed tantum intellectui occasionem errandi præbere, ut nimirum aliter obiectum concipiat quam in se est, vel in obiectum aliquod feratur quod non est.

II. Nec appetitus, nec voluntas facit Ens Rationis.

Secunda conclusio, nec appetitus, nec voluntas facit Ens Rationis. Ratio à priori, quia voluntas in sua operatione necessario præsupponit actum intellectus, & in illud solum obiectum fertur quod ei ab intellectu proponitur, ergo ex modo suo tendendi invenit obiectum factum, ac proinde non illud facit. Sicut ob eandem rationem, intellectus dum cognoscit ens reale existens, non dat illi aliquam, existentiam de novo, sed solum illam quam habuit, representat.

III. Voluntæ fertur in universale, non à se, sed ab intellectu factum.

Dices, voluntas potest ferri in bonum apparens & quod revera non est, item in obiectum universale, supra suum etiam actum reflectere, & illum amare: potest item tendere in obiectum quia præceptum, quidni ergo & facere poterit Ens Rationis? Respondeo ferri quidem posse in universale, at non à se, sed ab intellectu factum, & illi propositum, in bonum item apparens fertur, non tamen à voluntate, sed ab intellectu propositum qui fingit bonitatem ubi non est, nec supra actum suum reflectit illum considerando, sed intellectus illum concipit, & voluntati proponit: fertur etiam in actum præceptum quia præceptum, sed apprehensum prius per intellectum, nihil enim volitum quia præcognitum.

### SECTIO II.

Utrum per Imaginativam fiat Ens Rationis.

I. Suares disp. 54. Metaph. 2. n. 18. existimat per imaginativam hominis, si non omnia, aliqua

saltem Entia Chimærica fingi posse, ea scilicet quæ aliquod in rebus fundamentum habent, quo sensu dici solet ens imaginabile latius patet, quam ens possibile, participat enim hæc in re imaginatio aliquo modo vim rationis, seu vim componendi & separandi quæ composita in se, aut separata non sunt.

Prima conclusio, probabiliter tamen videtur imaginativam hominis solum nunquam huiusmodi entia Chimærica consicere. Probatur primo ex S. Thoma de veritate, ubi sic habet: Nomen intellectus sumitur ex hoc, quod intima rei cognoscit, est enim intelligere quasi intus legere, sensus enim & imaginatio, sola accidentia exteriora cognoscunt. Solum ergo intellectus juxta S. Thomam sua sagacitate intima rei penetrat, imaginatio vero utpote materialis & imperfecta, externa tantum lustrat, & hæret quasi in cortice.

Ratio est, quia Imaginativa seu phantasia minus est phantasmata, seu materiales earum rerum imagines conservare, quæ à sensibus percipi possunt, cum ergo sensu corporeo percipi nihil possit non reale & possibile, Imaginativa ex his solum imaginibus variis, & phantasmata, ac monstrosas combinationes per se solum formare potest.

Secunda Conclusio, mihi tamen probabiliter videtur Imaginativam seu phantasiam unâ cum intellectu posse, imò frequenter Entia Chimærica effingere. Ratio est, quia, cum simul cum intellectu, pro hoc statu operetur, ab eo elevatur ut cum illo præstare id queat, quod sola nequiret. Et hoc sensu capi potest id quod dicitur, latius patet Ens Imaginabile quam Ens Possibile, licet imaginatio pro simplici apprehensione frequenter ab auctoribus sumatur, & hoc etiam modo axioma illud explicetur.

Tertia Conclusio, hinc à fortiori patet Imaginativam aliorum animalium Entia hæc Chimærica facere non posse, licet enim somnient, ut videmus in canibus, qui subinde in somnis latrant, sicque aliqua tunc imaginantur, & forsan monstrant: item cum imaginem vident in pariete depictam ex capite leonis, corpore capræ, & pedibus equi, fugiunt vel prosequuntur, ergo aliquid huiusmodi tunc imaginatione sibi formant, sicut etiam ludicris quibusdam spectris aves à frugibus & arboribus arceri cernimus, in his tamen omnibus non formant Ens Rationis, seu Chimæricum, sed externam tantum earum rerum figuram concipiunt, quæ non est Ens impossibile, cum illam pictor penicillo assequatur. Ut verò fiat ibi Ens fictum, apprehendi illæ partes debent ut intra se habitudinem dicentes, & ut unione ficta

I. Putant alii quæ imaginativam hominis posse facere Ens Rationis.

II. Dicendum Imaginativam hominis solum nunquam facere Ens Rationis.

III. Ratio est, quia Imaginativa non habet species, nisi earum rerum, quæ percipiuntur sensibus.

IV. Potest imaginativa simul cum intellectu formare varia Entia Rationis.

V. Imaginativa brutorum facere nequeunt Entia Rationis.

Canis somniantes quæ sibi monstrantur.



ficta conjuncta, quod etiam hominis imaginativa sine rationis cooperatione repugnat, ut diximus: licet dici fortasse posset, perfectionem esse hominis imaginativam imaginativa aliorum animalium, utpote quæ non solum immediate ad actus intellectus disponit, sed semper cum intellectu operatur, sicut & intellectus cum illa.

SECTIO III.

Utrum per Apprehensionem, & Judicium fiat Ens Rationis.

**I.** **E**xclusimus sectione præcedenti voluntatem à confectione Entis Rationis, quia nihil tribuit objecto aliud, præter denominationem extrinsecam realem amari, voliti &c & entitatem objecti, siue ea vera sit siue ficta, semper præsupponit: Intellectus verò quilibet fingendo præstat, concipiendo enim aliquid ut bonum quod bonum non est, bonitatem illi fictam dat, seu apparentem, eorum concipiendo ut album dat illi intentionaliter albedinem, nivem ut nigram dat ei nigredinem, concipiendo aliquid ut ens dat illi entitatem licet à parte rei aliquando nec per divinam potentiam esse possit. Cum ergo in iram hac in parte vim habeat effectricem, quæ inus per quos actus hanc suam virtutem exerat.

**II.** Dico primò, per Apprehensionem tam completam quam in complexam fieri potest Ens Rationis. Prima pars constat, per Apprehensionem enim completam, vel prædicatum conjungitur cum subiecto, ut cum dicitur *equus est leo*, vel partes inter se per intellectum uniantur, quæ tamen nulla potentia uniri possunt, ut caput leonis, corpus cervi, pedes aquæ: in hoc ergo casu objectum fit impossibile.

**III.** Secunda etiam pars probatur primò auctoritate S. Thomæ si præ citati. Opus. 42 cap. 1. ubi ait, *tunc effici Ens Rationis quando intellectus nititur apprehensionem etiam de re quod non est, & ideo fingit illud aliquo modo utens.* Deinde si quis apprehendat alium Deum, vel duos simul Deos, est apprehensio incomplexa, ejus tamen objectum est Ens Rationis. Eo igitur ipso quod quis concipit Chimæram, eam facit, nec ad hoc necessarium est ut in actu signato & explicitè eam representet ut existentem, sed sufficit quod mente apprehendat apprehendendo quippe unionem fictam inter illa extrinsecam eam fingimus, & facimus Ens Rationis, illa enim fictio in actu exercito entitatem illi communicat & illius est causalitas seu factio.

**IV.** Quæres utrum per actum quo quis veluti dubitanter inquirat possit fieri Chimæra, fiat necne? Respondetur duplici modo de Chimæra dubitare aliquem possibile, divisim vel conjunctim, divisim, ut si quis inquirat possitne leo conjungi cum dracone per unionem fictam, & per hunc actum, dico non fieri Chimæram, patet, nam non apprehenduntur partes unitæ, ergo nec concipitur Chimæra, sicut nec hominem quis concipit, si inquirat possitne anima rationalis uniri materiæ per unionem realem, licet enim dum apprehendo unionem, necessariò in obliquo apprehendam partes ut ab illa connotatas, non tamen in recto, nullus enim dicit quoties de unionem disputamus hominem concipi. Dico nihilominus in priori conceptu fieri Ens Rationis respectu unionis, non respectu Chimæra, unio siquidem quam apprehendo est ficta.

**V.** Conjunctim concipi Chimæram est partes illas unitas apprehendi, & per hanc apprehensionem dico fieri Chimæram. Si quis verò tunc dubitet utrum Chimæra illa sit possibilis, inquirat solum si ne possibilis realiter, nec enim si reflectat quid agat, dubita-

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

bit num fieri per intellectum possit, cum id de quo in actu signato dubitat, faciat in actu exercito. Sicut si quis loquendo inquirat num possint homines loqui, vel secum discurrere quærat, utrum possit homo discurrere.

Dices in Apprehensione non est falsitas, ergo per eam non potest fieri Ens Rationis, Nego consequens. Quamvis tamen, licet enim in Apprehensione falsitas esse nequeat, cum non respiciat objectum ut à parte rei, si- cut judicium quod affirmat vel negat de objecto ut est à parte rei, fieri tamen potest per Apprehensionem Ens Rationis. Apprehensio verò est illi in representando conformis, ac proinde non falsa, licet enim aliter repræsentetur objectum quam sit à parte rei, imò objectum subinde quod nec est, nec esse potest. Apprehensio tamen illud non ut à parte rei respicit, sed ut ei obijciatur, sique objecto suo est conformis, eo modo quo quis errorem alterius apprehenderet, quæ tamen apprehensio est vera.

**VII.** Dico secundò, si per Apprehensionem, quæ judicium antecedit, proponantur partes Chimærae divisim, fit Chimæra & Ens Rationis per judicium. Patet, tunc etenim per judicium uniantur primò partes, & de se mutuo affirmantur, judicium liquet non minus est imago & representatio quam Apprehensio, sed uniantur primò seu unitæ repræsentantur partes illæ per judicium, ergo tunc fit Ens Rationis per judicium, ut in his & similibus propositionibus, *apis est homo, leo est hinnibilis.*

**VIII.** Dico terciò, quando cunque Apprehensio præcedens judicium repræsentat partes conjunctim, non fit Chimæra per judicium. Probatur, judicium namque hic non dat objecto esse objectivum, seu entitatem suam intrinsecam, sed solum esse objectivè, seu denominationem cogniti, fertur quippe in illud jam ab alio actu factum, & vel approbat vel improbat quod præcedens actus fecit. Sicut ergo ob eandem rationem affirmat communis sententia à voluntate non fieri Ens Rationis, quia, cum necessariò actum intellectus prærequirit, in objectum fertur ab eo factum, sique non ponit, sed præsupponit objectum, sic cum judicium necessariò præsupponat Apprehensionem, seu objectum apprehensum, quod dum apprehenditur fit, judicium pari ratione non illud facit, sed in hoc casu factum accipit ab Apprehensione.

Dices ergo si duo homines alter hic, alter Romæ eandem simul Chimæram apprehendant, quod factum non videtur difficile, si simul huic studeant materiæ, vel de ea disputent, aut saltem huic studeant eodem loco studentibus facile id continget, alter ex ijs Ens Rationis non faciet, imò nec alius, cum non sit major ratio unius quam alterius: patet, nam uterque objectum apprehendit quod habet esse aliunde, nempe per actum alterius, ergo neuter dat illi esse. Respondetur primò, non posse fortassis illos eandem Chimæram concipere, cum enim fingant pro libito vix videtur possibile ut in eandem unionem fictam ex infinitis incidant. Sed quidquid sit de hac solutione, Respondetur secundò, nullam inter illos reperiri subordinationem, nec unum accipere objectum ab altero, sed perinde se habere unius cognitionem respectu cognitionis alterius, atque si non esset. Non fides se habet inter apprehensionem & judicium, intellectum & voluntatem, ut constat. Vnde uterque in eo casu facit Ens Rationis.

**X.** Dico quartò si detur aliquis actus judicii sine prævia apprehensione objectum proponens, quod aliqui putant possibile, imò videtur sæpe contingere, quando post primam apprehensionem longa series per judiciorum quasi concatenata per discursum con- textitur, tunc, inquam, per judicium fieri potest Ens Rationis.

G3

Rationis,



Rationis, ut si primus actus quem quis elicit sit hic, equum est rationalis.

## SECTIO IV.

*Virum actus verus unquam faciat Ens Rationis.*

**I.** Negat p. Hurtado disp. 19. Metaph. s. 5. num. 82. *Fit quando- que Ens Rationis per judicium verum.* sic tamen Conclusio affirmativa. Probat, ponamus enim hoc judicium, *Chimera est quid fictum*, elici sine eo quod per apprehensionem prae- viam representetur illa Chimera, tunc primò uni- ur hae partes per judicium, & Chimera habet esse primò in intellectu per illud, hoc tamen judi- cium est verum, ut constat, ergo.

**II.** Dices primò, actus per quem sit Ens Rationis, repraesentare objectum aliter debet quam est in se, ergo difformis esse debet objecto, ergo falsus. Dis- tinguo primum consequens, debet esse difformis objecto prout est à parte rei, concedo consequen- tiam, debet esse difformis suo objecto, nego, obje- ctum enim apprehensionis, ut diximus, non est ob- jectum ut est in se, seu realiter, sed ut obicitur in- tellectui. Sic cum quis apprehendere vult errorem objectivum, erraret potius si apprehenderet rem ut verè est à parte rei, quam apprehendendo aliter quam est, nam objectum illi praefixum est error, seu res erronea & falsa, si ergo rem apprehenderet ut verè est, non haberet pro objecto id quod in ende- bat, sed aliud, rem scilicet veram: unde neganda est ultima consequentia.

**III.** Dices secundò, actus judicii quo dico *Chimaram esse quid fictum*, destruit Chimaram, ergo non illam facit, implicat siquidem eundem actum simul idem facere & destruere. Ad solutionem, notandum, ju- dicium omne dupliciter considerari posse, vel ut actus judicii est vel ut apprehensio virtualis, omne enim judicium duas in se continet formalitates, repraesentare scilicet subiectum & praedicatum, & illa de se invicem praedicare seu unire intentionaliter, affirmando scilicet vel negando. Hoc ultimum praestat ut judicium formaliter, primum ut virtua- lis apprehensio, apprehensionis quippe est propri- um objecta repraesentare. Hoc posito, non difficilis est argumenti solutio, actus enim ille ut virtualis est apprehensio repraesentat & facit Chimaram, ut enim apprehensio, est ratio nostra prior se ut judicio, dum ergo ibi apprehendit & ponit unio- nem fictam, facit Chimaram.

**IV.** Hic verò actus ut judicium est, Chimaram non destruit, cum enim ut judicium non tollat à se quo minus sit representatio illius objecti, seu virtualis apprehensio, non tollit quo minus illas inter se par- tes connectat. Sicut si apprehensio esset realiter à judicio distincta, judicium in eo casu unionem il- lam non tolleretur: licet enim neget judicativè esse à parte rei unionem illam fictam, non tamen im- pedit quo minus apprehendatur, nec negat appre- hendi, sic enim actus esset falsus. Quod ex eo con- firmatur, nam licet Deus judicet Ens Rationis non esse à parte rei, quod ego apprehendo vel judico esse, non propterea destruit Deus Ens Rationis à me factum, cum adhuc perseveret actus meus illud faciens: alioquin nunquam fieret Ens Rationis, cum nullo unquam instante apprehendat homo vel ju- dicet Chimaram à parte rei esse quin Deus judicet non esse. Quantum ergo est ex se, actus ille Chi- meram tollit, non tamen simpliciter, cum simpli- citer eam relinquit. Alioquin dum quis hunc actum elicit, *Omnis Chimera est quid fictum*, nullus Chi- meram facere posset.

Imò impossibile videtur ut hoc judicium Chi- meram destruat, destrui siquidem non potest quod non est, sed ante hunc actum Chimera non erat, est, ut hic nec per illum sit, ut ait P. Hurtado, ergo per hunc actum non potest destrui. Imò licet diceretur fieri per hunc actum, non posset per illum destrui, sic enim idem simul esset & non esset. Concludo ita- que hoc judicium, *Chimera est quid fictum*, Chimera- ram aliquando facere, numquam destruere.

## SECTIO V.

*An omnis actus falsus faciat Ens Rationis.*

**A**ffirmat P. Hurtado d. 19. Met. s. 5. num. 8. quem sequitur P. Arriaga d. 6. Met. s. 3. num. 21. unde in- quunt, si Petro non corrente dicat quispiam, *Petrus currit*, facit Ens Rationis, cum currit Petri aliud esse non habeat quam per intellectum. Ad quam sententiam defendendam duplex distinguunt Ens Rationis, Chimericum & non Chimericum, quasi dicerent fictitium & reale.

**II.** At sanè, cum, ut ipsi fatentur, quaestio sit de solo modo loquendi, & haec tunc *Ens Rationis reale* ab auctoribus non sit usurpatum, loquamur cum com- muni, & dicamus Ens Rationis tunc solum, & sem- per fieri quando aliquid impossibile mente revol- vimus, non quando realia & possibilia. Sequeretur praeterea etiam per actus veros in rebus possibili- bus fieri Ens Rationis, quoties scilicet de rebus vel praeteritis judicamus, vel futuris, ut Adam peccavit, Anti-christus nasceretur, & similibus, cum nec praeteritis eorum nec futuris nunc existat, sicque hoc sensu sint objectivè tantum in intellectu, unde dum historiam aliquam, vel ipsam sacram scripturam legimus, in qua futura multa, plurima continentur praeterita, quot periodos oculis perecurramus, tot mente assentiendo Entia formaremus Rationis. Praestat itaque cum communi dicere illud tantum esse Ens Rationis, quod esse suum ita accipit ab intellectu, ut extra eum seu animam nec sit nec esse possit. Sed de nomine satis.

Recentiores aliqui quaestionem hanc de re infli- tuunt, ita siquidem actus omnes falsos Ens Rationis facere affirmant, ut illos objectum semper habere dicant impossibile. Sic ergo philosophantur, quis- quis studet Petro, ut asserit, eo non studente, ob- jectum habet impossibile, studere namque cum affir- mat eo instante quo non studet, studium autem eo instante quo existit negatio studij, tam est impossi- bile quam Hippocervus, Trachelaphus, aut alia quavis Chimera, simul enim existerent duo contra- dictoria.

Hanc sententiam latius postea impugnabo d. 44. sec. 6. dum de veritate & falsitate actuum: ex hoc enim principio inferunt hi auctores posse actum mutare objectum, cum hic actus *Petrus nunc loquitur*, qui profertur eo loquente, & est verus, proferri potuisset eo tacente, tunc autem, inquit, mutasset objectum, habuisset enim pro objecto sermonem Petri eo tacente, sicque sermonem impossibilem. Sed contra, quantumvis enim Petrum loqui dicam Petro tacente, hoc tamen totum objectum actus mei non ingreditur, sed sermo tantum, qui est pos- sibilis. Hoc pro praesenti sufficit, loco enim citato falsius hoc impugnabitur.

## SECTIO



SECTIO VI.

Virum Deus formet Entia Rationis.

I. **A** sserunt aliqui, ut Henricus in summa, art. 68. q. 15. Fonseca 7. Met. c. 8. q. 2. s. 6. Gilius To. p. 1. 2. tract. 6. c. ult. Agidius Lusitanus To. p. in p. 2. q. 6. ar. 10. Ili etiam hoc tenere videntur qui ajunt posse Deum efficere distinctionem rationis, inter quos est Torres de Trinit. q. 28. art. 2. d. 2. dub. 2. Moli. libidem d. 5. conclus. 9.

II. **P.** Valquez in primam part. To. 2. d. 118. c. 4. ita ab hac sententia refugit, ut ne Deum facere Entia Rationis concedat, neget cognoscere, cui ex recentioribus sui non desunt sequaces.

III. **P.** Suarez d. 54 Met. s. 2. nu. 19. & deinceps, media, quæ communiter est tutior, procedit via, & affirmat, ut divino intellectu indignum est Chimæras illas commentitias fingere, ita impossibile esse eum à nobis fictas non cognoscere: cujus tanta fuit vel auctoritas viri, vel momenta rationum, ut recentiores prope omnes ad se pellegerint, quam sententiam latè probat P. Hurtado d. 19. Met. l. 6. & P. Arriaga d. 6. Met. l. 4.

IV. **Hic** solum notandum pro præsentī, posse duplici modo aliquid cognosci, primario & secundario. Primario, quando in se immediatè res percipitur ex parte objecti, hoc est, non medio alio objecto cognito, sic Deus se, sic sancti per visionem beatificam Deum intuentur. Secundario dicitur illud cognosci quod per aliud tanquam per medium ex parte objecti cognoscitur, sic Deus creaturas in seipso, Beati eadem in Deo vident, licet per aliam scientiam ad creaturas immediatè terminatam illas cognoscat Deus, sicut & Angeli. Hæc autem cognitio directè ad creaturas terminata potest tam in Deo quam Angelis respectu aliquarum rerum esse primaria, respectu aliarum secundaria, ut si effectus in causa cognoscatur, objectum in actu, causa & actus cognoscuntur immediatè & primario, objectum & effectus secundario.

V. **Quæstio** hæc Theologica est, & multis difficultatibus metaphysicis de possibilitate rerum intermixta. Dico ergo mihi probabilius videri Deum secundario cognoscere Entia Rationis, seu in actibus creatis illa fingentibus, cognoscere enim perfectè actus illos, ergo ut terminantur ad objecta. Deinde actus est imago objecti, qui verò perfectè imaginem alicujus rei cognoscit, rem illam simul cognoscit necesse est. Præterea incredibile videtur dum nos disputamus de Chimæris, Deum nescire de quibus objectis sit disputatio, si verò novit, ut nosse ipsum necesse est, ergo objecta illa cognoscit. Item novit Deus actum qui fingit relationem in Deo fictam ut differt ab actu fingente Hippocervum, ergo novit illos ut terminantur ad objecta, in eo enim solum differunt quod diversum objectum representent, ergo objecta ipsa ficta cognoscit Deus secundario. Nec propterea interfas Deum fingere, sicut enim non erat repræsentando aliorum errorum, ita nec fingit cognoscendo fictiones, non enim fertur in hæc objecta nisi ut facta vel ficta ab intellectu humano, non ergo magis quoad hoc illa facit, quàm voluntas amans Chimæram sibi ab intellectu propositam.

VI. **Uterius** dum cognoscit Deus Ens aliquod Rationis in actu possibili, probabilius videtur eum non facere Ens Rationis, cum non det illi Chimæram totum suum esse, esse enim possibile illius supponitur ad cognitionem divinam quod habetur ab illo actu in quo illud cognoscit Deus, per illum enim actum habent extrema illa esse unita quoad essentiam. Dum verò Deus immediatè videt objectum impossibile, ut unionem inter equum & cervam esse impossibilem, nihil est incommodi si concedatur eum facere Ens Rationis, saltem secundum quid, non fingendo, sed negando unionem talem esse possibilem: ita præter citatos num. 1. Albertinus in primo principio Philosoph. coroll. Arriaga sec. 4. nu. 45. & multi ex recentioribus.

De intellectu Angelico, dico in ijs quæ Angelus abstractivè solum cognoscit, & per discursum, mihi probabilius videri posse facere Entia Rationis, seu in ijs quæ clare vident & intuitivè.

DISPUTATIO XVII.

Reliqua de Ente Rationis.

SECTIO PRIMA.

Disputantur quadam difficultates particulares, quæ ad plenam Entis Rationis notitiam spectant.

I. **P**rima est, ubi sit, cum enim per nos sit aliquid, aliquo certè in loco esse debet, quod enim nusquam est, non est. Quæ ergo horum monstrorum sedes? ubi tandem gentium ea reperitur iri dicimus? Respondetur, cum Ens Rationis ad arbitrium sit fingentis sicut esse, ita & in loco esse, & sicut essentiam, ita & proprietates ab illo accipiet. Erit ergo ubicunque illud finxerit, vel fixerit cognoscens.

II. **Secunda** difficultas est, possitne Ens Rationis moveri. Respondeo, sicut in loco per Chimæricam præsentiam esse potest, ita & loco per motum Chimæricum moveri, quidni enim quis imaginari vel fingere possit Chimæram volare, vel Hippocervum currere?

III. **Tertia** difficultas est de accidentibus quibusdam

quæ Enti Rationis inesse apprehenduntur, ut de albedine, & hujusmodi alijs. Respondetur accidentia illa non esse realia, cum hujusmodi fingantur, quæ Chimæram informant, talia autem nulla dari possunt à parte rei.

Quarta difficultas est utrum una Chimæra sit similis alteri, vel dissimilis ante cognitionem reflexam, & relationem inter illas fingentem; si enim sint similes, jam emerget aliqua relatio inter illas, quæ cum non possit esse realis, cum nihil reale fundari possit in aliquo non reali, erit Ens Rationis, ergo jam dabitur aliquod Ens Rationis sine operatione intellectus. Resolutio hujus difficultatis pendet ab illa quæstione utrum relatio distinguatur à fundamento, si enim non distinguatur, poterunt esse similes sine ulla relatione emergente, & sic cessat difficultas. sed de hoc disp. II. Metaphysicæ. Aliæ multæ hic excogitari possent difficultates, nam sicut nullus fingendi, ita nec difficultates circa figmenta proponendi est modus: per has tamen quas proposuimus, reliquas faciliè omnes solutum iri existimo.



## SECTIO II.

*Sitne rectè assignata divisio Entis Rationis in Negationem, Privationem, & Relationem.*

I. Non videtur rectè assignata divisio Entis Rationis in Negationem, Privationem, & Relationem.

**N**on rectè assignata videtur hęc divisio. Primò, quia mera fictio sine ullo fundamento est species Entis Rationis, & tamen sub hac divisione nequaquam continetur. Secundò, quia sicut entia realia dividuntur in decem prædicamenta, quidni etiam Entia Rationis, quæ ad eorum similitudinem fingi possunt, in totidem dividantur, sicut ea dividit Pythagoras, & viginti prædicamenta constituit ad similitudinem quippe substantiæ finguntur Chimæra, Hippocervus, & alia huiusmodi Entia Rationis, quæ finguntur quasi per se stantia. Per modum quantitatis fingitur extensio horum Entium Rationis, vel spatium imaginarium & similia: per modum qualitatis, ut si fingamus Angelum album, illa enim albedo fingitur inesse Angelo, cum tamen Chimærica sit, nulla siquidem à Deo creari albedo potest, quæ perat naturaliter Angelo inherere.

II. Hac divisio solum completur Entia Rationis quæ ad scientias deserviunt.

Dico ergo divisionem hanc rectè assignatam esse pro Entibus Rationis tantum doctrinalibus, sub quaproinde divisione non continentur merè ficticia, quæque nihil ad scientias deserviunt, nec ad entis realis cognitionem quidquam conducunt: fingi siquidem Entia Rationis innumera possunt quæ prædicamenta omnia transcendunt. Fictionem aliqui ad negationem reducunt, quia, inquit, quæ finguntur entia, nulla sunt, ad quid enim fingerentur si essent? Alij tandem Ens Rationis dividunt in Fictionem, Negationem, & Relationem, Privationem autem ad negationem reducunt. Sed lis est de nomine, nos ut solemus loquimur cum communi.

III. Quomodo differat Relatio rationis à Negatione & Privatione.

Differat relatio Rationis à Negatione & Privatione, quod illa (nisi merè Chimærica sit, ut inter duas Chimæras) positivum aliquid ad absolutum pro fundamento supponat, cui denominationem dat respectivi, cum esse ad & esse in ratione nostra distinguantur: Negationes verò pro fundamento supponunt negativum quid, licet concipiantur ad modum positivi. Ratio Entis Rationis ab omnibus Entibus Rationis abstracta, analoga sit, an univoca dicam dum de ente reali, eadem enim utriusque est ratio, cum non minor, imo haud paulo fortasse maior generum ac specierum sub ente ficto copia sit, & varietas quam sub vero.

IV. Relatio rationis ex triplici capite oriri potest.

Relatio verò rationis ex triplici oriri capite potest. Cum enim ad relationem realem tria requirantur, subiectum reale, ratio fundandi, & terminus realis realiter existens, defectu primi Relatio prædicamentalis Dei ad creaturas ficta est, & Ens rationis, quia Deus relationis realis de novo adveniens capax non est, sicut nec mutationis. Defectu secundæ,

omnes relationes quæ consequi finguntur denominationes extrinsecas, dicuntur esse rationis, ut relatio domini, servi, vili ad videntem, de quibus suo loco. Defectu tertiæ, relatio A dami ad Antichristum, vel Petri existentis ad eundem Antichristum est ficta, sicut à fortiori relatio patetis ad Chimæram; si enim relatio realis ad terminum non existentem dari nequeat, multo minus ad impossibilem.

Circa secundam divisionis huius membrum, Negationes scilicet & Privationes, cum multa sint dicenda, peculiarem hinc de ijs instituimus disputationem, licet enim à multis de ijs in Physicis disputetur, commodior tamen hic immediatè post Ens Rationis videtur de ijs tractandi locus.

## SECTIO III.

*Quid sit prima, quid secunda intentio: ubi utrum secundæ intentiones sint Entia Rationis.*

**I**ntentio licet propriè loquendo sit actus voluntatis quo tendimus in finem, tumitur nihilominus hic pro actu intellectus, per quem tendimus in obiectum, seu illi attendimus.

Duplex est, formalis & obiectiva: formalis est ipse actus, obiectiva obiectum ab actu cognitum, licet fides dicatur vel actus quo credimus, vel res ipsa credita, sicut etiam dicimus definitio formalis, & definitio obiectiva.

Intentio tum formalis tum obiectiva duplex est, prima & secunda. Intentio formalis prima, est actus directus, seu ille qui ita tendit in obiectum, ut alium actum non supponat, sicque primo tendit, & obiectum hoc modo cognitum est prima intentio obiectiva quia primo actum terminat. Secunda intentio formalis, est cognitio reflexa tendens in priorem aliquid actum, ut cum quis scit se aliquid scire. Non tamen est semper necessarium ad hoc ut actus sit reflexus quod feratur in actum præcedentem, sed sufficit ferri in obiectum illius, supponendo actum præcessisse, sic actus comparans naturam abstractam cum suis inferioribus est reflexus, quia licet feratur in naturam, supponit tamen præcessisse actum abstractantem. Obiectum huius secundi actus vocatur secunda intentio. Prima ergo intentio formalis constituit subiectum, prædicatum, definitionem, &c. secunda ea jam constituta cognoscit.

Hinc infero, nec omnem primam intentionem obiectivam esse Ens reale, ut cum primò concipitur quis Chimæram, ac proinde non semper requiritur secunda intentio ad Ens Rationis formandum: nec intentio est ens etiam omnem secundam intentionem obiectivam reale, nec esse Ens Rationis, ut constet cum supra aliquid reale, vel super actus intellectus nostri refleximus, qui certè Entia Rationis non sunt, nisi subiectivè, de quo tamen genere Entium Rationis hic non est sermo.

## DISPUTATIO XVIII.

## De Negationibus.

Negationes Entibus Rationis sunt affines.

**E**ntibus Rationis affines sunt Negationes, imò eodem, ut multi putant, ovo genitæ, si, ctione scilicet intellectus; unde sicut illa, Rationis entia, ita Negationes Rationis non entia vocari volunt: ut quæ illarum esse, ita suarum has non esse intellectui debere dicantur. Alij tamen, quamvis ex-

lis eas, & tenuis, ut ita dicam, stirpis esse fateantur, figmenta nihilominus esse pernegant. Quidquid sit, rebus certè positivis perniciosæ, ac fatales sunt, ut pote quarum semper occasu oriuntur, nascuntur interitum, morte vivunt. De his ergo præsens erit disceptatio.

## SECTIO



SECTIO I.

Vtrum dentur Negationes Auctorum sententia.

I. In hoc totius cardo disputationis vertitur, ut, sint necne in rerum naturâ huiusmodi negationes, ostendamus: res enim non usque adeo certa, explorataque vel in unam partem est, vel alteram. Negationes siquidem improbant nonnulli, plerique supponunt, hæc tamen ex industria probavit, quod sciam, nemo. Quærimus ergo in præsentia, dentur necne huiusmodi Negationes, seu remotiones entium, quæ rebus positivis extremæ, seu contradictoriæ opponantur, sintque formalis earum è rerum naturâ expulsi: Nonnulli enim ob difficultates, quas ex negationibus provenire arbitrantur, eas rejiciunt ut impossibiles.

II. Contrâ factum oportuit: nec propterea negationes ablegandæ sunt, quod non nihil secum molestiæ ferant, sed astruendæ potius, cum stabilitas semel earum doctrina, res quasque intrinsecissimas faciles reddat & expeditas: & quamvis aliquo sensu tenebræ ipsæ sint, rebus tamen alijs non parum lucis adferunt. Quod vel inde constat, illi enim ipsi, qui hæc negationes impugnant maxime, ipsæ postea maxime utuntur, nec explicare quidquam in hoc genere possunt, quin in eas incogitantes, imò nolentes incidant. Conari ergo debet Philosophus, ut principium potius aliquod stabilitat quamvis non nihil in eo difficultatis occurrat, & eo posito, clarè postea procedat, quam ut eo negato, omnia tenebris involvat. Difficultates verò, si quæ insurgant, complandæ sunt, non fugiendæ.

III. Prima itaque sententia negat dari à parte rei Negationes, & privationes, easque aliud nihil esse asserit, quam res ipsas positivæ possibilis. Hucusque auctores hujus sententiæ conveniunt, in modo, tamen eam explicandi differunt. Aureolus, Gabriel Sotus, & alij quibus subscribit Pater Monæus d. r. c. 3. negationes, & privationes, ajunt esse res possibilis connotando propositionem de ipsis negativam veram. Sed contra: hæc enim est manifesta petitio principij, contraria enim sententia contendit, propositionem negativam quæ de ipsis per modum positivæ tendentiæ formatur, ut *ær est tenebrosus*, veram esse non posse, nisi dentur negationes, ut latius ostendam sectione sequente.

IV. Doctus ergo quidam recentior ait, Negationes aliud nihil esse, quam formas, seu res positivæ possibilis connotantes volitionem, vel nolitionem divinam ut existant. Petrus ergo purè possibilis, est, inquit, entitas Petri, & vel nolitio divina ut existat omnino, vel volitio ut tali tempore existat, & tunc, inquit, adveniente illo tempore, transit ipso facto Petrus à possibili ad actualem.

V. Secunda sententia omnium ferè aliorum est, dari huiusmodi Negationes, & privationes & suo modo à parte rei existere, tamquam remotiones rerum positivarum, ipsque contradictoriè opponi, itaque ipsis adversari, ut nullâ potentia cum ipsis componi, aut simul existere possint: ita Scotus, Cajet Molina, Suarez d. 54. Metaph. l. 4. & 5. Vasq. l. p. d. 61. c. 1. & 2. Rubius, Nursia, Conimb. Hurta. d. 3. Phy. Arriaga d. 11. Phy. l. 12. & alij passim, licet hi omnes supponant potius Negationes dari, quam probent.

VI. Tertia sententia media inter duas præcedentes affirmat rerum quidem contingentium, seu quæ existere, & non existere possunt, dari negationes, rerum verò impossibilium, seu quæ existere essentiali,

ter repugnant, nullas dari. Dicunt itaque negationes tollibiles de facto dari, intollibiles nec esse, nec esse posse, ita recentiores aliqui.

SECTIO II.

Quid circa Negationes sentiendum.

Dicendum cum Auctoribus secundæ sententiæ sectione præcedente relatis, concedendas necessariò esse Negationes à formis, seu rebus possibilibus distinctas, & ipsis contradictoriè oppositas, nec tollibiles tantum, sed etiam intollibiles. Ad Conclusionis declarationem simul & probationem.

Notandum, sicut in rebus positivis, ita & in Negationibus tria reperiri, necessitatem, impossibilitatem, & contingentiam, sed modo ferè opposito, ubi enim res est necessaria, Negatio est impossibilis: ubi res impossibilis, Negatio necessaria: demum ubi res contingens, Negatio similiter contingens, Ens solum necessarium est Deus Optimus Maximus, cujus proinde quisquis Negationem concipit, Chimeram concipit, omnium, quæ fingi possunt, maximam, rerum scilicet omnium impossibilium (si magis & minus impossibilibus reperiatur) maximè impossibilem. Res impossibiles sunt Hippocervus, Homo-leo, & similes, quorum Negationes ita existunt, ut necessariò existant. Res tandem contingentes sunt, Lux, ignis, calor, & huiusmodi, quorum, ipsis non existentibus, existunt negationes, ipsis positis evanescunt, rebus verò iterum pereuntibus, denud emergunt negationes: & mori faciles, & renasci.

Probatur Conclusio primò ex principio illo per se noto, *Impossibile est idem simul esse, & non esse*, sed in hac sententiâ sequeretur, idem simul esse, & non esse, ergo. Probatur minor, Negatio secundum hos auctores non distinguitur à re possibili, nec hæc ab actuali, ergo Negatio rei est idem cum esse possibili, & actuali, ergo non esse rei, est idem cum ipsa re, ergo idem est esse & non esse ejusdem rei, cujus tamen oppositum statuitur pro principio per se, & lumine naturæ noto.

Confirmatur primò: non minus datur objectum à parte rei in quod fertur hæc propositio, *alius mundus non est*, quam in quod fertur propositio affirmativa, hæc enim tam est veritas cognoscibilis, quam oppositum, & contradictio non solum exercetur in actibus assensus & dissensus, sed etiam in objectis, sicq; datur non solum formalis contradictio, sed objectiva, quo sensu dicunt omnes, non posse idem simul esse & non esse. Unde Aristoteles c. de oppositis, t. 9. ut affirmatio, inquit, veluti, sedet, negationi, seu non sedet, opponitur: sic & res quæ sub utrumque cadunt, sedere, inquam, & non sedere sibi mutuo adversantur. Ergo clarissimè docet Aristoteles contradictoria existere à parte rei.

Confirmatur secundò, ex S. Augustino, qui to. 6. l. de natura boni contra Manichæos, c. 15. sine, clarissimè hanc sententiam tradit, ubi de Privationibus loquens addit: *quæ tamen etiam privationes rerum sic ordinantur in universitate naturæ, ut sapienter considerantibus, non indecenter vices suas habeant; nam & Deus certa loca, & tempora non illuminando, tenebras fecit tam decenter quam dies: si enim nos continendo vocem, decenter interponimus in loquendo silentium, quanto magis ille quarundam rerum privationes decenter facit, sicut rerum omnium perfectus artifex.* Quid clarius? & toto libro idem prosequitur argumentum, ubi tam plenè, tam puerè, tam clarè, hanc nostram de Negationibus sententiam tradit, ut ad quemvis moderatum Negationum impugnatorem convertendum sufficiat.

Secundum

I. Conclusio datur Negationes à rebus possibilibus distinctæ.

II. In Negationibus reperitur necessitas, impossibilitas, & contingentia.

III. Si Negatio non distinguitur à re possibili, sequitur, idem simul esse, & non esse rei, est idem cum ipsa re.

IV. Non exercetur contradictio tantum in actibus, sed etiam in objectis.

Aristoteles contradicoria statuit in objectis.

V. Clarissimè S. Augustinus testimoniū ad probandum dari Negationes, & Privationes.



**VI.** Non minus à parte rei verum est hominem mori, esse cæcum, & sexcenta huiusmodi, quam hominem vivere, Petrum videre &c. ergo aliquid esse à parte rei debet, à quo hæc ijs denominationes proveniant, sed nihil excogitari aliud potest præter negationes, quæ has denominationes negativas tribuant, sicut formæ positivæ denominationes tribuunt positivæ, ergo. Confirmatur primò; tam visione intuitivâ novit Angelus lucem non esse, quam esse Confirmatur secundò; sine negationibus explicari hæc & similes propositiones nequeunt, Anti-Christus non existit, sol non lucet, quæ sunt diversæ veritates objectivæ.

**VII.** Si Anti-Christus non sit per merum nihil, ergo idem est à parte rei Anti-Christus non est, & alius mundus non est.

**VIII.** Hæc omnia facile explicantur in sententiâ astruente Negationes.

Secundò probatur: non minus à parte rei, & nemine cogitante verum est hominem mori, ignem extingui, Petrum non sedere, non legere, Paulum esse cæcum, & sexcenta huiusmodi, quam hominem vivere, Petrum videre &c. ergo aliquid esse à parte rei debet, à quo hæc ijs denominationes proveniant, sed nihil excogitari aliud potest præter negationes, quæ has denominationes negativas tribuant, sicut formæ positivæ denominationes tribuunt positivæ, ergo. Confirmatur primò; tam visione intuitivâ novit Angelus lucem non esse, quam esse Confirmatur secundò; sine negationibus explicari hæc & similes propositiones nequeunt, Anti-Christus non existit, sol non lucet, quæ sunt diversæ veritates objectivæ.

Nec dici potest, quod insinuant aliqui, Anti-Christum, seu rem non existentem esse nihil, seu non esse per nihil: vel enim volunt nihil illud per quod non existit Anti-Christus, esse Anti-Christi negationem, & tunc convenimus; vel esse simpliciter nihil, & hoc dici nullo modo potest, sic enim à parte rei idem esset Anti-Christus non existit, & alius mundus, vel lux, ignis, calor non existit, si enim per nihil non existant, in non existendo nihil differunt, & tamen manifestum videtur non esse idem à parte rei, Anti-Christus non existit, & alius mundus non existit. Si verò confugiant ad formas possibiles, impugnabuntur scitione sequente.

At verò in sententiâ astruente negationes, hæc omnia quoad hoc facillimè explicantur: sicut enim res quævis est per suam entitatem (quodque enim sibi est suum esse) ita res omnes non sunt per negationem quam res quævis habet sibi peculiariter respondentem: unde Anti-Christus non esse denominatur per negationem Anti-Christi, lux per negationem lucis, & sic de cæteris. Cum ergo hic explicandi modus sit clarissimus, non video cur quispiam novis insistendo vijs, ultro se velit in tenebras conjicere. Quid verò sit existere, dicam in Metaphysicâ.

### SECTIO III.

*Negationes non sunt res, aut formæ possibiles.*

**I.** Inter opiniones, quæ hodie tollunt negationes maximè probabilis, ex ijs quos vidi, propositio- nes negativas explicandi modus, est per formas possibiles, ita ut negatio caloris, lucis, Anti-Christi, sit calor, lux, & Anti-Christus possibiles. Hunc itaque propositiones negativas explicandi modum hac scitione peculiariter impugno.

**II.** Contrà ergo est primò: In his propositionibus aer est tenebrosus, privatus luce, seu negatio lucis est in aere (idem est de his, Petrus est innocens, Beatissima Virgo immunis fuit ab omni peccato, & similibus) per negationem non potest intelligi forma possibilis, ergo. Probatur antecedens, non, est idem dicere, negatio lucis est in aere, & est in aere lux possibilis, hæc enim diversæ sunt objecta, & diversæ veritates cognoscibiles, quarum una cognosci potest sine aliâ, multa enim scimus non, esse, quæ possibilia sunt necne, dubitamus: sic mundum ab æterno, non fuisse certò scimus, potuerit necne esse ab æterno, dubitamus, imò multi negant, ergo non est idem mundus non fuit ab æterno, & mundus potuit esse ab æterno.

**III.** Dices; negatio lucis non est lux possibilis quomodocumque, sed lux purè possibilis, Contrà, ergo lux purè possibilis aliquid aliud includit præter lucis possibilitatem, quod aliud esse nequit, præter lucis negationem.

**IV.** Contrà est secundò: hæc propositio est vera, lapis à parte rei habet carentiam visus, seu non videt, & ta-

men sensus esse nequit, lapis potest videre, sic enim propositio esset falsa, ergo negatio non est forma possibilis, hic enim negatio de lapide affirmatur, forma verò possibilis non affirmatur. Dices; fingitur ibi negatio visus in esse lapidi: Contrà, objectum huius propositionis est à parte rei, nemine enim cogitante lapis non videt, nullà ergo hic opus fictione ut propositio sit vera, imò esset falsa si negationem visus chimericam lapidi affingeret, cum nulla talis in eo à parte rei existat. Nec etiam sensus huius propositionis est, quod aliqui asserunt, Lapis non potest videre, esto enim verum id sit, per hanc tamen propositionem non enunciat, sed sunt diversæ objecta, & diversæ veritates cognoscibiles.

Contrà est tertio. Potest unum revelari, & esse de fide, non alterum, ergo non sunt idem, consequentia est clara, antecedens probatur ex his & similibus propositionibus ex sacra scripturâ desumptis, Tenebra erant super faciem Abyssi, Gen. 1. v. 2. Non tenebras peccavit Job labijs suis: Job c. 1. v. 22. ubi tenebras super faciem Abyssi fuisse est de fide, lucem illic fuisse possibilem nullus, opinor, dicet esse articulum fidei.

Confirmatur: Christum non peccasse certum est, & fidei calculo firmatum testante scripturâ 1. Pet. 2. v. 22. Qui peccatum non fecit, posse Christum peccare, tantum abest ut sit de fide, ut ratio, & pietas, & communis Theologorum consensus perneget, Patrum autoritate innixa, qui copiosis adeo gratiarivis, ac Divinitatis rore perfusam sanctissimam illam animam fuisse pronunciant, ut non peccatum tantum, sed omnem ab eâ peccandi potentiam excluderint: ut latius ostendi d. 14. de Incarnatione s. 1. & 3. Ergo manifestum videtur non esse idem rei vel formæ negationem, & rem ipsam possibilem.

Contrà est quarto. Deus per actum positivum vult non esse alium mundum, ergo vult illius negationem, seu illum non esse, sed illa negatio non est mundus possibilis, mundus enim non est possibilis per voluntatem Dei, sed per sua prædicata intrinseca, nec enim volendo efficere posset Deus Chimeram esse possibilem, ergo volendo illius negationem, aliud vult à mundi possibilitate. Confirmatur: etiam huius mundi vult Deus possibilitatem, ergo velle mundum esse possibilem non est nolle mundum existere.

Dices, velle alium mundum non existere, est velle illum esse purè possibilem. Contrà primò, ergo esse mundum purè possibilem dicit aliquid aliud præter possibilitatem, nempe formalem exclusionem seu remotionem existentiam, vel ipsius rei, hæc autem est negatio. Contrà secundò, velle mundum purè esse possibilem perinde est, ac velle eum esse possibilem tantum, ergo vult exclusionem alicuius aQualitatis. Sicut velle parietem esse album tantum, est velle ei inesse albedinem, & negationes omnium aliarum qualitatum, differunt enim ex parte objecti velle parietem esse album, & velle esse tantum album, hoc ergo secundum superaddit carentiam, seu exclusionem aliarum qualitatum. Quod clariùs constat in uno actu intellectus quo quis diceret lac est album, & in alio quo idem affirmaret, est album tantum.

Dices ad summum hæc ostendere, quando quis dicit aer est tenebrosus, vel Deus vult alium mundum non existere, tenebras, & non existentiam non esse merè lucem, aut alium mundum possibilem, sed esse illa connotando propositionem negativam de ipsis veram. Contrà primò, ut propositio sit vera, debet esse conformis suo objecto, ergo cum affirmet aerè à parte rei esse tenebrosum, debet objectum illud existere à parte rei, sed non est mera possibilitas, ergo negatio, cum aliqd assignari nequeat. Contrà secundò objectum

Sequitur sensum huius propositionis Lapis non videt, esse Lapis potest videre.

Nec sensus illius propositionis est, Lapis non potest videre.

**V.** Est de fide fuisse super a faciem Abyssi, lucem illic fuisse possibilem, non est de fide.

**VI.** Christum non peccasse certum est, potuisse Christum peccare omnes merito resurgunt concedere.

**VII.** Negatio mundi non est mundus possibilis.

**VIII.** Velle mundum esse purè possibilem est aliquid præter illius possibilitatem.

**IX.** Ut hac propositio aer est tenebrosus, sit vera debet necessario esse aliqua negatio.



dò objectum huius actus, *aër est tenebrosus* est ad-  
quate ab hac propositione distinctum, nec enim  
propositio illa habet se pro objecto, ergo illud per  
quod *aër est tenebrosus*, est adquate distinctum ab  
actu hoc affirmante, ergo actus ad hoc nullo modo  
conducit. Verum est quidem si actus sit verus, ar-  
guitivè sequitur objectum ita se habere, sed argu-  
mentum contendit, nisi ex parte objecti sit aliquid  
aliud præter meram possibilitatem lucis, proposi-  
tionem veram esse non posse.

Quæ hæcenus diximus eodem modo urgent con-  
tra tertiam sententiam, sectione secundâ relata,  
corum scilicet, qui rerum quidem possibilem &  
contingentium negationes admittunt, non im-  
possibilem. Contra hos auctores idem formo ar-  
gumentum, quando quis per actum positivè ten-  
dentem dicit; *Chimæra non est*, sensus non est Chi-  
mæra est possibilis, sed nec sensus est Chimæra est im-  
possibilis: quamvis namque istud verum sit, per pro-  
positionem tamen illam non enunciatur, ergo ne-  
cessariò admittenda est Chimæra negatio.

#### SECTIO IV.

Ex alio capite impugnatur sententia tollens  
negationes ubi de Ente diminuto.

**I.** Negationes  
erant ab  
æterno, for-  
ma autem  
possibiles  
secundum  
aliquid sui  
non erant  
ab æterno.  
Sextò itaque impugnatur sententia tollens nega-  
tiones, & simul stabilitur nostra Conclusio: Ne-  
gationes rerum erant ab æterno, nam lux, calor, sol,  
cælum, & reliqua non erant ab æterno, ergo eorum  
negationes erant, sed formæ possibiles non erant ab  
æterno secundum aliquid intrinsecum, ergo nega-  
tiones non sunt res possibiles. Major certa est, & ab  
omnibus admittitur: minor probatur, si ab æterno  
fuerint res possibiles secundum aliquid positivum  
quantumvis diminutum sit, ergo vel illud commu-  
nicatum sibi habuerunt à Deo, vel non: non pri-  
mum, nam esse illud ijs vel necessariò communica-  
vit, vel liberè, non liberè, fide enim certum est Deum  
liberè operari primò cœpisse in tempore; nec ne-  
cessariò, certum namque similiter est Deum nihil  
operari ad extra necessariò.

**II.** Si res ab æ-  
terno fuis-  
sent secun-  
dum ali-  
quid sui,  
Deus nihil  
proprie  
crearet, vel  
annihilaret.  
Nec etiam dici potest positivum illud, quod res  
ab æterno habent secundum hanc sententiam, non  
esse ijs à Deo communicatum: primò, quia sic secun-  
dum aliquid sui essent à se. Secundò, quia Deus nihil  
proprie creare diceretur, cum res omnes prius sint  
secundum aliquid sui, sicque non simpliciter pro-  
ducerentur ex nihilo. Tertiò, nec posset Deus quid-  
quam proprie annihilare, cum res semper secundum  
aliquid sui maneat, juxta hanc sententiam, sicque  
nunquam rediguntur ad nihilum.

**III.** Res non fe-  
rent ex ni-  
hilo simpli-  
citer, ergo  
non proprie  
crearentur.  
Dices, esse illud possibile, est solum esse quoddam  
diminutissimum, quod proinde non obstat creatio-  
ni. Contrà, obstat esse illud diminutissimum, quo  
minus dicatur res fieri ex nihilo simpliciter, ergo  
quo minus creetur. Antecedens probatur, minus li-  
quidem illa res haberet, quæ nec esse quidem hoc,  
quantumvis minus haberet, ergo esse istud di-  
minutum non est simpliciter nihil. Dices, est quasi  
nihil. Contrà, ergo actio Dei est quasi creatio,  
quantum enim rei tribuit, tantum actioni demis.

**IV.** Si esse illud  
diminutum,  
quidquam  
sit, quan-  
tumvis exi-  
gum, obstat  
creationi.  
Respondent quidam, esse hoc diminutum, quod res  
habent ab æterno, & status possibilitatis est status  
quidam sterilis, in quo res ad nulla ferme munia  
sunt aptæ, sicque est ferè nihil. Convenimus, credo,  
tandem, ita enim esse illud suum minutulum paula-  
tim extenuant, ut levi statu in negationem diffan-  
dum videatur. Contrà tamen est primò, si esse illud  
diminutum sit tantum ferè nihil, ergo actio Dei est

tantum ferè creatio. Contrà secundò, sterilis ille sta-  
tus tot incommoda parere visus est Patri Suario d.  
31. Metaph. s. 2. num. 3. ut nec Scotum (qui à nonnullis  
pro hac sententiâ citari solet) illum tenuisse asserat,  
nec in mentem alicujus doctoris catholici venire  
potuisse, si sermo sit de re. Unde, ut bene advertit P.  
Suarez ibidem, unanimis sanctorum Patrum vox  
est, quicquid à Deo factum non est, aut Deum esse,  
aut nihil. Dices, tantum loqui Patres de esse aliquo  
reali, quod rebus ab æterno tribui sine errore non  
posse asserunt, non de esse diminuto. Contrà, negant  
expressè ullum esse quantumcunque minutum crea-  
turis ab æterno concedi posse, & ipso facto quod  
esse huiusmodi haberent, illud ajunt fore reale.

Respondent aliqui secundò, produci modò crea-  
turas ex nihilo existentia, & hoc ad creationem suf-  
ficere, licet non producantur ex nihilo essentia.  
Contrà, produci ex nihilo existentia est produci ex  
nihilo simpliciter, vel non: si ita, ergo esse illud ef-  
ficientia nihil est, sicque non datur ab æterno hoc esse  
diminutum; si non, ergo res simpliciter non crean-  
tur, sicque redit prius argumentum. En quo se cun-  
que vertunt adversarij, in quos scopulos impingunt,  
quos nunquam vitabunt, nisi fateantur, quod res  
est, esse hoc diminutum, & possibili: atem rerum ni-  
hil esse positivum, sed meram negationem.

Id verò in hac sententiâ maxime difficile est,  
quod explicari in eâ nullo modo possit, quid sit  
creaturas produci, & transire de non esse ad esse. Est,  
inquiunt, dari ipsis in tempore existentiam, quam  
ab æterno non habuerunt. Contrà nam præterquam  
quod falsum sit existentiam distingui ab essentia, ut  
suo loco ostendam, idem argumentum formo de  
existentiâ; hæc namque ab æterno non fuit, ergo  
eius negatio fuit ab æterno, ergo hæc saltem nega-  
tiones necessariò sunt admittendæ.

Respondent alij rem actu existere esse ens illud  
diminutum connotans talem voluntatem Dei.  
Contrà, ergo res omnes quæ de facto existunt, exti-  
terunt ab æterno, nam secundum hos auctores esse  
illud diminutum fuit ab æterno, sed etiam talis vo-  
luntas Dei fuit ab æterno, ergo adæquata ratio ex-  
istentia rerum fuit ab æterno: ergo res ipsæ ab æ-  
terno extiterunt. Dicunt esse voluntatem Dei ad  
tale tempus determinatam, seu quâ dicit, volo ut  
sol, aut ignis tali die, vel horâ existant, unde tali die  
vel horâ adveniente, ipso facto sol & ignis de non  
esse transeunt ad esse: & ponuntur à parte rei. Con-  
trà eadem enim difficultas est de ipso tempore, in-  
quiro enim quid sit talem diem, vel horam existere,  
si nihil aliud nec positivum, nec negativum sit,  
quàm voluntas Dei, & dies ille, vel hora possibilis,  
ergo dies ille, & hora fuerunt ab æterno, tam enim  
dies & hora possibilis secundum illos, quàm volun-  
tas hæc Dei fuit ab æterno. Dices, voluntas quidem  
hæc Dei fuit ab æterno, sed non terminata pro æ-  
ternitate. Contrà, ergo terminatio illa passiva ali-  
quid aliud est præter tempus illud possibile, hoc  
ergo inquirimus quid sit. Velint nolint, concedere  
debeant negationem, in quo verò conceptu sita  
sit possibilitas rerum, dicam suo loco.

#### SECTIO V.

Argumentis contra Negationes satisfi.

**O**bjiciunt primò sanctum Thomam 1. p. q. 15. a. 4. ad primum, ubi ait malum, per quod intelligit privationem, non habere in Deo idem propriam, S. Thomam  
sed cognosci per bonum oppositum. Contrà pri-  
mò, vel hinc probatur S. Thomam agnovisse nega-  
tiones, vocat enim privationes oppositas bono, pri-  
vatio

Quicquid  
à Deo fi-  
ctum non  
est, aut  
Deus est,  
aut nihil.

V.  
Non sufficit  
dicere Deum  
producere  
creaturas  
ex nihilo  
existentia,  
non ex nihi-  
lo essentia.

VI.  
In sententiâ  
tollente ne-  
gationes  
explicari  
nequit  
quomodo  
res transi-  
ant de non  
esse ad esse.

VII.  
Ex hoc mo-  
do tollendi  
negationes  
sequitur  
res omnes  
extitisse ab  
æterno.

Sequitur  
hinc diem  
vel horam  
fuisse ab  
æterno.

I.  
Ostenditur  
S. Thomam  
tenuisse ne-  
gationes.



vatio ergo gratia, vel lucis non est lux, aut gratia possibilis, hæc siquidem non est opposita luci, & gratia existenti. Contrā secundō, eodem articulo negat S. Doctor materiam primam habere idēam propriam, sed cognosci ait solum per idēam totius, ergo pari modo quis diceret S. Thomam negare materiam primam. Ideo ergo ait S. Thomas privationem cognosci per formam oppositam, non quod cognoscatur per eam tamquam per medium, sed quia non potest privatio, quā talis, obijci menti, quin simul obijciatur forma qua privat, ut bene Granado 1. p. tract. 4. d. 5. num. 7. sed hoc est alterius loci.

Quo sensu  
dicat S.  
Thomas  
privationem  
cognosci  
per formas  
oppositas.

II.

Quo sensu  
dicat Ari-  
stoteles id  
quod non  
est, non  
scribi.

In nulla  
sententia  
dici potest  
tenebras  
videri.

III.

Quā ra-  
tione affir-  
met Ari-  
stoteles vi-  
sum esse  
lucis, &  
tenebras.

Quo sensu  
Prophetæ  
tenebras  
ad Deum  
laudandum  
invocet.

IV.

Licet lux  
existat per  
se, non ra-  
men potest  
non exis-  
tere per se.

Obijciunt secundō Aristotelem 1. post. c. 2. dicen-tem, quod non est non scitur. Confirmatur, affirmat idem, esse visum esse lucis & tenebrarum. Contrā, de mente enim Aristotelis satis constat supra exfectione tertia. Ad argumentum itaque respondeo solum velle Aristotelem id quod est falsum cognosci non posse, Deus enim non novit hominem esse equum, nec nosse potest, licet, ut bene S. Thomas, sciat hanc propositionem, nullum totum est majus sua parte, esse falsam, sed hoc non est falsum, sed verum. Nunquam autem negat Aristoteles cognosci negationes, & privationes. Ad Confirmationem dico, non posse intelligi Aristotelem quasi velit sensu percipi tenebras, cum dicat ipse, & cum eo communis Philosophorum sententia, objectum formale visionis esse colorem & lucem, sicut objectum auditus sonum. Deinde ait *audistum esse audibile & non audibile*, quod certum est in omni rigore sumi non posse, si enim audibile non sit, audiri certē, & sensu percipi non potest. Nec in ullā sententiā dici potest videri privationem, licet admitteremus privationem lucis esse lucem possibilem, tunc enim lux purē possibilis existeret realiter, cum exercere deberet munus reale, nempe emitte species.

Ad hunc ergo locum Aristotelis dico intelligen- dum eum esse distributione, ut ajunt, accomoda seu secundum capacitatem subjectorum, visum scilicet esse circa lucem propriē, seu eam percipiendō, circa tenebras verō solum occasionaliter, quatenus scilicet, dum lucem non percipit, occasionem intellectui præbet colligendi lucem illic non esse, seu quod, eodem recidit, lucis privationem esse, quam occasio- nem ex visu peculiariter, non ex alio sensu desumit. Sicut cum Propheta tenebras ad Deum lau- dandum invitat, vult ut eum laudent occasionaliter, id est hominibus Deum laudandi occasionem præbeant. In tantum etiam Deus creare dicitur tenebras, quatenus suspendit concursum lucis conser- vativum, luce verō sublata, resultat illius privatio, sicque producuntur quasi tenebræ indirectæ.

Obijciunt tertio: lux existit, seu est per se, ergo & quando, non existit, non est per se. Nego consequen- tiam: imō est implicantia in terminis, sic enim idem esset simul & non esset, hominem exempli gratia mori formaliter, & ignem extingui, esset realiter ho- minem vivere, & ignem etiamnum existere.

## SECTIO VI.

### Præcipuum argumentum contra Nega- tiones.

I.

Obijciunt quartō, & fortius: si res sicut esse suum habet per se sine ullo superaddito, ita & non esse suum non habeat per se, & nullo superaddito, sequitur duas propositiones contradictorias esse si- mul falsas, nempe *jam Anti-christus est per se ipsum sine super addito, quæ propositio est falsa, & jam An- ti-christus non est per se sine super addito, quæ secun- dum nos est etiam falsa, cum falsum sit secundum*

nos Anti-christum non esse per se, & sine superaddi- to. Respondetur secundam propositionem *jam An- ti-christus non est per se sine super addito*, duobus pos- se modis intelligi, primō ut sensus sit purē negativus negans scilicet Anti-christum jam esse per se, & hoc sensu opponitur priori propositioni; sensus enim est Negatio Anti-christi jam est, quod est verum: sin- verō sensus sit, Anti-christus non est per se, id est, est suum non esse, est propositio falsa, sed non contra- dictoria præcedentis, cum utraque sit affirmativa.

Obijciunt quintō: affirmatio & negatio esse de- bent de eodem objecto, sed si negatio qua quis dicit Petrus non currit, pro objecto habeat negationem cursus, non est de eodem objecto de quo est hic actus, petrus currit, cum actus unus sit circa nega- tionem, alter circa entitatem positivam, ergo, Res- pondetur Aristotelem c. de Oppositis paulō ante medium expressē docere objecta propositionis af- firmativæ, & negativæ æquē opponi, ac propositio- nes ipsas, *sedere enim*, inquit, *& non sedere æquē sibi ex parte objecti adversantur, ac propositiones ipsæ, qui- bus hæc affirmamus & negamus*. Dico itaque, ut affir- matio & negatio sint circa idem, sufficere ut propo- sitio affirmativa repræsentet id, cujus negationem repræsentat negativa, hoc enim modo sunt virtualiter circa idem objectum, sic enim una intentionali- ter tollit, quod altera ponit, & si physice facere pos- sent, quod faciunt intentionaliter, seu repræsentati- vè, verē una à parte rei tolleretur objectum alterius.

Secundō Respondetur, actum hujusmodi affir- mativum, *negatio Petri est*, duplicem in se virtualiter rationem complecti, licet à parte rei inseparabilem, est enim affirmatio simul & negatio, unde & duplex etiam habet objectum, directum alterum, alterum indirectum, directum est negatio quam affirmat, indirectum, res illa cui negatio opponitur. Dum er- go dicitur *negatio cursus est in Petro*, & per alium actum *Petrus currit*, idem est objectum (altem inae- quatum utriusque actus, uterque enim cursum habet pro objecto, directè alter indirectè.

Affirmando itaque objectum directum, nega- tionem scilicet cursus, negatur indirectum, sicque idem habent objectum affirmatio & negatio, direc- tæ una, alia indirectæ, & cursum quem una ponit, altera tollit. Sicut ipso facto quod quis per motum localem accedit ad Occidentem, recedit ab Oriente: & sic idem indivisibilis motus dum est accessus ad unum terminum, est recessus ab opposito. Idem in accessu & recessu intentionali contingit, affirma- tione scilicet & negatione, idem enim indivisibilis actus seu motus intentionalis, ut accedit ad ne- gationem formæ, recedit à formā. Ad argumen- tum itaque in forma, distingo majorem, affirma- tio & negatio esse debent de eodem objecto directo, & negatio majorem; directo vel indirecto, concedo: vel, esse debent de eodem objecto æquivalenter, con- cedo majorem; formaliter, nego, nisi actus negativus sit purus recessus, seu fuga, tunc enim idem est ob- jectum adæquatum utriusque actus, cursus scilicet, negatio autem cursus objectum talis actus nullo modo ingreditur.

Obijciunt sextō, & arguunt à conglobatis: se- queretur, inquit, dari Negationem quam Deus tollere non potest, nempe negationem Chimææ. Secundō, fuisse negationes hæc ab æterno. Tertio, fuisse aliquid non productum à Deo. Quarto, daretur negatio quæ melior, & majoris præcij esset, quàm res aliqua positiva, ut negatio peccati melior est odio Dei, negatio poenæ inferni est melior erro- re, & similia. Quinto, res positiva esse negatio, cum non minùs removeat negationem, quàm negatio rem. Sexto, hinc occasio præbatur hæretico alicui dicendi

Hæc propo- sitio lam- Anti- christus non est per se sine superaddito facit du- plicem sen- sum.

II. Obij- affirmatio & negatio de- bent esse de eodem ob- jecto.

Resp. pri- mo cum Arist. af- firmationem & nega- tionem non esse de eodem ob- jecto.

III. Hic actus Negatio Petri est simul af- firmatio, & negatio.

IV. Propositio illa affir- mando ob- jectum di- rectum, negat indi- rectum.

Affirmatio & Negatio non debent necessariò esse de eo- dem ob- jecto, directo.

V. Argumēta varia con- trā nega- tiones in- unum con- gressa.



dicendi res etiam positivas fuisse ab æterno. Contra, hæc omnia à fortiori urgent in ente diminuto.

VI.

Respondetur itaque ad primum nil in eo esse incommodi, cum aliud non sit non posse Deum Chimæ negationem tollere, quam non posse Chimæram producere. Ad secundum nil in eo est mali, respiciendo enim solum est, res positivas ab æterno non fuisse. Ad tertium, nego id ex negationibus deduci, negationes quippe non sunt aliquid, hoc enim positivum sonat. Secundo, dico negationes causam habere sibi proportionatam, cum enim effectus non sint, sed defectus, causam habent, non efficientem, sed, ut ita dicam, deficientem, suspensionem scilicet, vel non exhibitionem concussus, sicque fieri ipso facto dicuntur, quod res positivæ non fiant. Ad quartum, distinguo antecedens, daretur negatio quæ esset physice melior rebus positivis, nego antecedens, moraliter melior, concedo, sicut aurum & argentum multis, non viventibus tantum, sed sensitivis etiam præferuntur. Ad quintum, res positiva non est pura remotio, sed multa habet munia realia, ex quibus positiva ejus entitas dignoscitur.

VII.

Veritas ap-  
tenda: si  
que ea ab-  
tatur, sibi  
impuer.

Ad sextum tandem dico, si ratio illa valeat, nullam debere homines amplius artem vel scientiam docere, cum nihil tam sanum, tam sanctum sit, ex quo aranea venenum, perversi perniciem non hauriant. Eloquentia aliqui, Poetica non pauci, Musica (arte præstantissima, & ad animos ad omnem pietatis sensum permovendos aptissima) plurimum abutuntur, ita ut nulli verius sit, Corruptio optimi pessima: harum igitur opinio, artium tractatione superfluum, Veritatem sequimur omnes, veritas, ubicunque investigare eam possumus, sincere & libere aperienda, si quis ea in suam abutatur perniciem, prætere nequit Philosophus.

## S E C T I O VII.

## De distinctione Specifica, &amp; numerica

## Negationum

I.

Carentia  
variantur  
specie pro di-  
versitate  
specificæ for-  
marum ut  
oppositum.

Dico primò, Carentia multiplicatur specie secundum diversitatem specificam formarum, quibus opponuntur. Ratio est, cum enim in eo solum sita sit earum essentia, ut aliud nihil sint quam remotiones formarum, pari cum iis passu procedunt, & ad earum distinctionem distinguuntur, ut enim esse illud qualecunque quod habent, in ordine ad formas habent, quibus privant, ita & distinctionem, sicque abesse, ita & distinctas esse, ex proportionem ad formas accipiunt.

II.

Numero  
etiam va-  
riantur ne-  
gationes pro  
numero re-  
rum quas  
removet.

Dico secundò, Negationum numerus à formarum seu rerum quas removeat numero desumendus est. Probatur ex separabilitate reali, quæ realis distinctionis manifestum indicium est, negatio Petri tolli potest manente negatione Pauli, negatio lucis, vel caloris A. manente negatione lucis, aut caloris B. ergo distinguuntur.

III.

Tenebræ,  
sunt una  
negatio, an  
plures,

Tenebræ in  
ratione tem-  
porum for-  
maliter con-  
sistunt in in-  
divisibili.

Dices, tenebræ sunt unica privatio, sed non sunt privatio unius tantum lucis, sed omnis, ergo pro diversitate numerica rerum non multiplicantur negationes. Respondetur negando majorem, tenebræ enim ex variis negationibus sunt quasi compositæ, unde quot gradus lucis non existunt, tot suo modo existunt graduum lucis negationes, sicque tenebræ aggregatione tantum sunt una privatio. Unde crescente luce, tenebræ decrescunt, luce decrescente, intenduntur: licet in ratione tenebrarum formaliter consistant in indivisibili, cum enim tenebræ simpliciter, & antonomastice sumptæ, omnem lucem excludant, si vel minimum illucescat, tenebræ sub hoc

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

conceptu cessant, & tantum remanet obscuritas: licet communis usus obscuritatem frequenter cum tenebris confundat, & nihil inter auctores usitatus, quam ut crepusculum vespertinum primæ tenebræ vocetur.

Dico tertio: unius formæ in eodem subjecto una tantum numero est privatio, seu carentia. Ratio est, sicut enim non sunt multiplicanda entia sine necessitate, ita & non entia, sed ad formam plenè & integre tollendam una sufficit negatio, seu carentia, nil ergo est cur ponantur plures, magis quam cur plures actiones totales ponantur respectu ejusdem numero effectus. Confirmatur, producta in aëre luce A. vel omnes ejus privationes tolluntur, vel non: si non, ergo aliqua privatio simul cum luce sibi contradictoria in eadem manet parte subjecti, quod implicat; si verò reposita omnes illico tollantur, negationes, cui finis plures ponuntur, cum una æquæ formam excludat, ac mille. Confirmatur secundò, sicut cujusque rei esse unum est, ita & non esse.

IV.

Unius formæ  
in eodem  
subjecto una  
tantum est  
carentia.

## S E C T I O VIII.

## Num. ad subjectorum multiplicationem multiplicentur Negationes.

Respondetur negativè, sed unius rei, seu formæ una tantum, per se loquendo, est negatio, sed divisibilis, quæ proinde, re vel formâ positâ, non tota tollitur, sed illa tantum negationis pars, quæ loco, ubi res, vel forma producitur, aut locatur, respondet. Explico Conclusionem, rem, vel formam non esse, est privationem illius, negationem, seu carentiam, hic enim promiscue pro eodem accipimus) esse? unde cum anima Petri, exempli gratia, & illius unio non fuerint ab æterno, illarum negationes ab æterno suo modo fuisse necessarium est, alterum enim ex contradictoriis omni loco, & tempore existere debet.

Dum ergo anima illa creatur corpori unita hic, seu in hac parte spatij, probabilius mihi videtur non totam animæ & unionis negationem, seu ubique tolli; sed illam solum ejus partem quæ parti spatij in qua anima creata est respondet, manente adhuc negatione in reliquis omnibus spatij partibus, in quibus non existit anima. Unde ulterius dico, quando aer in mundi exordio à Deo sine luce producebatur, nullam in eo novam lucis negationem emerxisse, seu carentiam, per quam denominaretur privatus luce, sed fuisse lucis priorem lucis, & unionis carentiam. Et idem esset si Deus aliquam modò aeris particulam sine luce produceret in spatiis supra cælos imaginariis.

Varias habet partes conclusio. Primò itaque postremam hanc ejus partem probò, nempe, ut aer in eo casu denominetur privatus luce, non opus esse ut nova emergat negatio, sed negationem prius suo modo existentem, ad id munus sufficere. Sicut non sunt multiplicanda entia sine necessitate, ut diximus sect. præcedente, ita neque non entia, sed nulla est necessitas novam hic statuendi negationem emergentem ergo. Probatur minor, producta illâ supra cælos aeris particulâ, priore stante lucis carentiâ in ea parte spatij in qua est aer, non potest aer, ne quidem divinitus, habere lucem, ergo per illas lucis & unionis carentias denominatur non habens lucem, illæ quippe negationes per suam essentiam lucem omnem ab illâ aeris & spatij parte, quamdiu manent, excludunt; ergo præstant hæc, quod novæ præstarent si emergent, ergo non est cur eas quis emergere asfirmat.

I.

Unius rei  
una tantum  
per totum  
universum  
est negatio,  
sed divisibi-  
lis.

II.

Producta re  
aliqua non  
tota ejus ne-  
gatio tollitur  
sed una tan-  
tum illius  
pars, in aëre  
obscurò, ini-  
tio mundi  
producta,  
nulla nova  
emerget lucis  
negatio.

III.

Sicut non  
sunt multi-  
plicanda en-  
tia sine ne-  
cessitate, ita  
neque non  
entia. Aer,  
si crearetur  
supra cælos,  
denominaretur  
per carentiâ lucis  
prius sibi exis-  
tens.

H

Quod



IV.  
Implicat ut  
simul in eā  
dem parte  
spatij sit res,  
& illius ne-  
gatio.

Quodd verò stante priore negatione, implicet aërem illum habere lucem, probatur, res enim & illius negatio in eadem parte spatij esse non possunt; sic enim res esset simul & non esset, ergo quod impedit quo minus lux sit in illa spatij parte, impedit quo minus in illa aëri, qui in illa parte spatij existit. Confirmatur, ideo dari naturaliter nequit duplex actio totalis, quia altera esset superflua, sed nova hæc negatio in subiecto emergens esset superflua, ut ostensum est ergo.

V. Secundò probatur: novā in aëre illo emergente negatione seu carentiā, vel manet prior carentia, vel perit: si maneat, altera ut dixi, erit superflua, cum utraque aërem æquè privet luce; Nec etiam est cur pereat, cum enim æquè potens sit ad effectum illum præstandum, ac nova illa privatio emergens, quidni potius illius resultantiam per hanc impediri dicemus, quā hac emergente priorem evanescere?

VI. Obijcies primò, hinc sequi, Petrum esse cæcum per aliquid extrinsecum; utraque enim hæc negatio, & visus scilicet, & unionis illius visus, est Petro extrinsecus. Resp. primò, esse eum cæcum per nihil, sic enim negationes communiter appellantur, quidni ergo & cæcus esse poterit per aliquid extrinsecum? Secundò dico, debere eas aliquo modo Petro esse intrinsecas, nempe intimè ei præsentem, quod sufficit, ut dixi, ad aliquid intrinsecum ab eo tollendum.

VII. Obijcies secundò: Privatio est carentia formæ in subiecto apto, ergo debet esse in subiecto. Respondetur primò, privationem esse aliquo modo in subiecto; intimè scilicet illi præsentem, aliquo effectum suum habere, & lucem ab aëre, visum ab oculo tollere non potest. Respondetur secundò, dictum illud ita intelligi, ut scilicet denominatio carentis, si sit privativa, cadat supra subiectum aptum ad formam, quæ carentiā hæc illud privat, & ad effectum illius formalem recipiendum, non supra subiectum ad hæc aptum. Quare si Angelus cum aëre tenebroso penetraretur, tam non esset lucidus quā aër, hic tamen privationem lucis habere diceretur, cum sit subiectum lucis capax, Angelus negationem, quia subiectum est ad hanc formam & denominationem recipiendam incapax. Unde ipso facto quodd ponatur subiectum aptum, dici potest privatio præexistens illi inesse.

VIII. Respondetur tertio, & præcipue: dictum illud, Privatio est carentia formæ in subiecto apto, hoc modo debere intelligi, nempe, Privationem esse non esse formam in subiecto apto habere formam, seu est formam non esse in subiecto apto, quod perinde sonat ac si dicatur, Privatio est exclusio formæ à subiecto apto formam illam habere. Non est ergo dicti huius sensus, Privationem debere esse in subiecto, si propriè loquamur; tum quia Privatio propriè in subiecto esse non potest, tum quia effectum suum non minus propriè præstat, quā si inesset.

IX. Obijcies tertio: hinc sequi, si duæ animæ in inferno, vel dæmones inter se, aut dæmon cum animā penetraretur, eandem habere eos gratiæ privationem. Distinguo antecedens, sequitur eandem habere eos gratiæ privationem inadæquatè, concedo antecedens; adæquatè, nego. Privatio siquidem adæquatè sumpta, cum sit carentia formæ in subiecto apto, seu formæ tali subiecto unitæ, non formæ solum, sive ea substantialis sit, sive accidentalis, carentiam dicit, sed etiam unionis.

X. Cum ergo, licet eadem gratia in uno Angelo, vel animā esse possit, & in aliā, tadem verò unio non possit, utpote quæ suum, & tantum suum subiectum respicit, sequitur apertè nulla unquam duo subiecta privata iri per eandem privationem adæquatè sumptam, utpote quæ duas in se partiales carentias, ut di-

xi, complectitur, formæ scilicet, & unionis, hæc autem posterior in uno tantum subiecto effectum suum habere potest, cuius nimirum unius respectu est privatio, respectu aliorum, negatio.

Unde Privatio & Negatio adæquatè sumptæ differunt essentialiter: licet enim altera Privationis pars, nempe carentia formæ absolutæ, sit eadem numero in diversis successivè subiectis, & esset in pluribus simul, si penetrarentur, pars tamen altera privationis, nempe carentia unionis, essentialiter respicit unionem quæ privat, & consequenter respicit solum subiectum illius unionis.

Et hinc solvitur quod obijci posset, nempe, si duæ aliquæ res eodem se tractu, seu ordine localiter sequantur, aqua v. g. & aër antiā per tubum plumbeum attracta, ex hac explicatione sequi res illas eadem lucis privatione successivè denominari luce privatas. Hoc tamen nullo modo hinc sequitur, cum enim privatio completè sumpta non formæ tantum carentiam involvat, sed unionis, unio verò apta lucem unire aëri, non sit apta illam unire aquæ, nec econtra, consequenter carentia unionis aptæ unire lucem aquæ non denominabit aërem privatum luce, nec econtra. Unde stante unione lucis cum aqua, etiamsi aqua illa lucida intimè penetraretur cum aëre, aër tamen non erit lucidus, nec habebit in se lucem quoad effectum illius formalem, nisi etiam unio huius lucis ponatur illic similiter cum aëre.

Hæc verò duæ partiales carentiæ, ex quibus una integra Privatio conflatur, in ipsa Privationis definitione clarè insinuantur, Privatio est carentia formæ in subiecto apto: primæ particulæ innuunt formæ carentiam, In carentiam unionis, sicut enim forma per unionem est in subiecto formaliter, ita per unionis privationem, tribuendo singula singulis, formaliter definit esse in subiecto.

Obijcies quartò, privatio tollit formam formaliter, & econtra, ergo utraque esse debet in subiecto. Distinguo antecedens, tollunt se formaliter, id est immediate & non per aliquid intermedium, sicut formam tollit causa efficiens, dum vel suspendit concursus, vel aliquid producit cum formā incompositibile, concedo antecedens; fin verò per tollere se formaliter intelligatur in genere causæ formalis, hoc nec necessarium est, nec possibile, non necessarium, quia sine hoc effectum suum præstat negatio formam scilicet de subiecto expellendo, ut ostensum est; non possibile, quia privatio propriè inesse subiecto non potest, sed esse illius in subiecto, est formam in subiecto non esse.

Solum noto peculiarem fortè esse rationem de omissione purā, & negationibus liberis, si quæ huiusmodi admittantur, hæc enim, licet propriè esse in subiecto non possint, cum tamen exercitia sint potentia liberæ, aliquo modo præ reliquis inesse debent suis subiectis.

## SECTIO XI.

Utrum re vel formā positā pereas tota earum Negatio, & Privatio.

I. Diximus sectione præcedente unius rei unam tantum, per se loquendo, esse negationem, divibilem tamen, & per omnia spatia diffusam: Quorundam itaque opinio est si hic, verbi causa, in materiā palmari forma aliqua ignis, vel calor, albedo, aut aliud quodcumque accidens producat, horum negationes non eo solum loco definere, ubi res illæ producuntur, sed ubique, sicque si res in minimo loco producat, Angelus, exempli gratiā, in puncto tollitur, inquit, ubique ejus negatio.

XI.  
Privatio & Negatio adæquatè sumptæ differunt essentialiter.

XII.  
An duæ res possint successivè habere eandem privationem

XIII.  
Dua illa carentiæ partiales insinuatur in ipsa definitione Privationis.

XIV.  
Quo sensu forma, & privatio tollant se invicem formaliter.

XV.  
Specialis ratio de negationibus liberis, quibusdam liberis.

I.  
Prima sententia affirmat, proinde, totam ejus negationem ubique tolli.

Con-



**II.** Conclusio : quando res aliqua productur, negatio illius eo tantum loco tollitur ubi res productur, non alibi. Probatur, quando entitas aliqua, Petrus exempli gratia, productur Londini, vel negatio ejus est Romæ, vel non : si est, habeo intentum ; si non, ergo Petrus simul est Romæ, ubicunque enim non est res positiva, debet esse illius negatio, cum ubique esse debeat alterum ex contradictoriis. Dices ideo Petrum non esse Romæ, quia non habet ubicationem Romanam, non quia negatio Petri Romæ existat. Contrā, & sit Confirmatio conclusionis : Petrum esse Romæ dicit duo, entitatem scilicet Petri, & entitatem ubicationis, nec sufficit existentiam Petri esse ubicunque, sed ad hunc effectum esse debet Romæ : unde si per impossibile ubicatio Petri sola statuere- tur Romæ, & entitas alibi, Petrus non esset Romæ, ergo similiter Petrum non esse Romæ dicit duo, negationem scilicet entitatis Petri, & negationem ubicationis Romanæ. Confirmatur secundò, Petrus Romæ, est complexum positivum, ergo & non Petrus Romæ, si adæquatè sumatur, est complexum negativum, ex negationibus earum rerum compactum, ex quibus constabat complexum illud positivum.

**III.** Secundò probatur, & efficacius in sola ubicatione. Quando ubicatio A productur Cantabrigiæ, vel negatio hujus ubicationis tollitur ubique, vel non : si non, intentum ; si ita, Contrā, ergo illa ubicatio est Oxonij, Parisiis, Leodij, cum non sit verum dicere illam non esse in ullo ex his locis, rem enim in aliquo loco non esse, & ejus negationem ibi esse, sunt synonyma, ergo falsum est dicere ubicationem illam A non esse Oxonij, cum tamen ex suppositione producatur tantum Cantabrigiæ. Hic autem recurrere non possunt ad negationem ubicationis (qua ratione utcunque eludent prius argumentum) cum eadem sit negatio ubicationis, & negatio rei, cum res, de qua hic agitur, sit ipsa ubicatio, quæ per se, non per aliam ubicationem est, ubicunque est.

**IV.** Obijcies primò : esse cujusque rei esse unum, ergo & non esse. Distinguo consequens, ergo & non esse est unum divisibile, concedo consequentiam ; est unum indivisibile, nego. Unde variæ illius negationis partes tolluntur, prout res cujus est negatio illi successivè applicatur. Urgebis, esse rei esse indivisibile, ergo & non esse, seu negatio. Distinguo consequens, ergo non esse est indivisibile intensivè, concedo consequentiam ; est indivisibile extensivè, nego. Unde negatio puncti, vel arenulæ est infinitè diffusa, & quando productur punctum aliquod hic, perit quidem negatio totius puncti, sed non tota negatio, hæc enim duo sunt divertissima.

**V.** Obijcies secundò : ergo res simul est & non est, cum secundum vos res simul in rerum naturâ sit cum sua negatione. Nego sequelam si absolute loquamur & simpliciter, nam ut res dicatur simpliciter non esse debet illius negatio esse ubique, res verò non omnino existere. Urgebis, ut res sit simpliciter, sufficit eam vel uno in loco esse, nec est opus ut sit ubique, ergo etiam ut res non sit simpliciter, sufficit illius negationem ullibi esse, nec est opus ut sit ubique. Nego consequentiam, disparitas est clara, cum enim non malignantis, ut aiunt, sit naturæ, ut res aliqua dicatur simpliciter non esse, debet nullibi esse, si enim vel uno in loco sit, falsum est dicere non esse, sed ad summum non est hic, non est ibi, non hoc vel illo loco. Sic, ut res simpliciter sit possibilis, sufficit vel unam esse causam quæ possit eam producere, ut verò non sit possibilis, non sufficit negatio unius alicujus causæ potentis eam producere, sed omnium causarum negationes requiruntur. Sic, ut paries dicatur albus, anima unita, ignis productus, sufficit una albedo, unio, & productio, ut paries non sit albus, anima non unita,

ignis non productus, requiritur omnis albedinis unio, & productionis negatio.

Cum verò dicitur simul esse rem, & ejus negationem, falsum est, non enim sunt simpliciter simul, hoc enim omnimodam simultatem sonat, nec temporis tantum, sed loci. Quod de ubicatione omnibus fatendum est, ut ostendi in secundâ probatione, ubicatio enim Petri Londini existentis non est hic, ergo debet hic esse forma, per quam denominetur non esse hic, sed ista sola est ubicationis illius negatio, ergo.

Obijcies tertio : saltem sequitur, si, reposita, non tollatur tota illius negatio, sequitur, inquam, rem simpliciter esse in rerum naturâ, & simpliciter non esse in rerum naturâ, cum æquè potens sit negatio ad tribuendam denominationem non existentis, ac res ad denominationem existentis. Respondetur negando consequentiam, nam non esse in rerum naturâ est, non solum hoc vel illo loco non existere, sed non existere omnino, propter naturam negationum, ut supra dixi. Verum ergo est rem simpliciter esse, & negationem rei similiter esse simpliciter, non tamen hinc sequitur rem non esse simpliciter, ad hoc enim non sufficit illius negationem uno aliquo loco esse, sed esse debet ubique, seu ita ut rei nullum relinquat locum, sed de rerum naturâ planè eam excludat. Cum ergo rerum natura, seu universum sit divisibile, nil mirum si in unâ ejus parte existat, aliâ non existat, seu quod res in uno loco existat, in alio rei negatio. Quod si totum spatium est unicum punctum, tunc per nullam potentiam posset simul existere res, & ejus negatio.

Obijcies quartò : ut res dicatur non esse hic, sufficit hic esse negationem ubicationis, licet non sit negatio rei. Contrā primò, saltem ubicationem Londinensem non esse hic, est ejus negationem esse hic, ut ostensum est. Contrā secundò, ubicunque res non est, debet ejus negatio esse, cum evidens videatur ubique debere esse alterum ex contradictoriis. Respondetur ergo, si sumatur rem non esse hic inadæquatè, seu pro negatione solius rationis formalis per quam res est hic, concedo antecedens ; si sumatur adæquatè, nego, sicut enim res hic, est complexum ex re & ubicatione, ita & rem non esse hic, si complete sumatur, est complexum ex negatione tam ubicationis, quam rei.

Urgebis ablata solâ ubicatione aufertur illud complexum, ergo per solam negationem ubicationis Petrus non est Leodij. Distinguo antecedens, aufertur in ratione complexi formaliter, seu reductivè, concedo antecedens ; specificativè seu adæquatè, nego. Sic solâ sublata unione, vel uno palmo, tollitur homo & ulna in ratione hominis & ulnæ formaliter, non tamen propterea totum tollitur, quod in homine erat, & in ulnâ. Verum est quidem sublata ubicatione tolli necessario rem, cum esse sine ubicatione non possit, non tamen tollitur formaliter per negationem ubicationis, sed per negationem propriæ entitatis. Unde posita solâ negatione ubicationis Leodienis, non tollitur totum id per quod Petrus erat Leodij, seu illius complexi, Petri nimirum Leodij existentis.

Petrus ergo quando primò productur non totam tollit sui negationem, sed illam tantum ejus partem, quæ illo in loco erat ubi producebatur, dum verò aliis & aliis negationis suæ partibus successivè applicatur, eas successivè tollit, emergentibus statim novis negationis partibus in partibus illis spatiis, quas successivè relinquit, cum ubique esse debeat alterum ex contradictoriis, res scilicet, vel rei negatio.

VI.

Non sunt propriè unquam simul res, & ejus negatio.

VII.

Obij, saltem sequi rem simpliciter esse in rerum naturâ, & simpliciter non esse.

Resp. ut res simpliciter non sit in rerum naturâ, debet illius negationem esse ubique.

VIII.

Necessarium est, ut ubique sit alterum ex contradictoriis.

IX.

Ostenditur quomodo per ablationem solius ubicationis Leodienis Petrus completè dici nequeat non esse Leodij.

X.

Res successivè tollit solâ successivè tollit partes suæ negationis.



## SECTIO X.

*Reliqua ad Negationum & Privationum naturam spectantia.*

**I.**  
Negationes  
opposito ferè  
modo se habent  
ad res  
quas tollunt.

**P**rimum est Negationes opposito ferè modo se habere ad res quibus privant, seu quas impediunt, vel tollunt. Rei enim supernaturalis negatio est naturalis, rei finitæ negatio suo modo infinita, rei temporaneæ æterna, negatio rei indivisibilis divisibilis, rei demum impossibilis negatio est necessaria.

**II.**  
Formarum  
inter se repugnantium  
non repugnant  
negationes.

Secundum est formarum inter se pugnantium negationes non eo inter se modo opponi, quo opponuntur sibi invicem ipsæ formæ; color enim & frigus in summo naturaliter, amor & odium efficax supernaturaliter in eodem subjecto simul esse nequeunt, eorum tamen negationes, eo modo quo sunt, in eodem simul subjecto sunt naturaliter.

**III.**  
Eadem carentia formæ  
cum carentia  
diversarum  
unionis  
constituit  
negationem  
vel  
privationem.

Tertium est privationem strictè sumptam esse concretum, & consistere in carentiâ formæ & carentiâ unionis. Eadem ergo carentia formæ cum carentiâ diversarum unionis constituit negationem vel privationem. Sic negatio animæ rationalis & negatio unionis cum materiâ est privatio, eadem negatio animæ & negatio unionis ad Angelum, est negatio strictè sumpta. Sicut ergo materia prima cum formâ leonis constituit leonem, cum formâ ignis ignem, ita eadem carentia seu negatio formæ absolutæ cum negatione unionis ad subjectum aptum, Privationem constituit, cum negatione unionis ad subjectum non aptum, Negationem strictè sumptam. Licet inadæquatè & incompletè carentia solius formæ absolutæ dici privatio possit, vel Negatio respectu diversorum subjectorum.

**IV.**  
Privatio  
duobus modis  
sumitur,  
transcendentaliter  
& prædicamentaliter.

Quartum est Privationem duobus modis sumi, transcendentaliter, & prædicamentaliter: Privatio transcendentaliter sumpta nihil aliud est quàm complexum illud ex negatione formæ & negatione unionis, respectu subjecti ex naturâ suâ apti ejusmodi unionem & formam recipere. Adde tamen ad rationem privationis sufficere si subjectum etiam supernaturaliter formæ illius capax sit, & simul capax effectus ejus formalis: unde negatio gratiæ, & negatio unionis illius cum animâ, vel Angelò, est privatio, negatio eadem gratiæ, & negatio unionis respectu lapidis est negatio: esto enim gratia in lapide divinitus collocari possit, lapis tamen effectum formalem gratiæ recipere non potest, nec denominari gratus.

**V.**  
Quid dicat  
Privatio  
prædicamentaliter  
sumpta.

Privatio prædicamentaliter sumpta præter duas illas negationes formæ & unionis, varias requirit circumstantias, ut existentiam subjecti, varias dispositiones, exigentiam etiam subjecti pro tempore aliquo determinato, ut catulus nono die visum exigit, ante quod tempus, esto non videat, cæcus tamen non est. Nonnunquam etiam conditiones aliquas morales includit, sic privatio gratiæ licet physice semper sit privatio respectu animæ, quia anima subjectum semper est gratiæ, & effectus illius formalis physice capax, in statu tamen puræ naturæ carentia gratiæ & unionis in animâ, vel Angelò non fuisset privatio, sed negatio moraliter, quod nimirum in eo statu, esto esset capacitas ad gratiam, nulla tamen fuisset eam habendi obligatio, nec ullo modo erat animæ debita. Privatio itaque prædicamentaliter sumpta, sive ea physica sit, sive moralis in negationem transire potest, & e contra, non sic privatio sumpta transcendentaliter, imò privationes transcendentaliter sumptæ suo modo erant ab æterno, & quæ semel sunt tales, sunt semper tales.

**Privatio  
prædicamentaliter  
sumpta potest  
transire in  
negationem,  
& e contra.**

Quintum est in necessariis nunquam dari privationem prædicamentalem strictè sumptam, in his enim, positis omnibus ad formam requisitis, ponitur necessario semper forma, sicque nunquam datur illius privatio. In liberis tamen datur, ibi namque positis omnibus requisitis, potest subjectum operari, & non operari, habere, & non habere formam.

**VI.**  
In necessariis  
nunquam  
datur privatio  
prædicamentalis  
strictè sumpta.

Ad privationem ergo communi modo acceptam non est opus ut omnia omnino ponantur ad formæ inductionem requisita, sic enim nullus unquam esset cæcus, cum in cæco nunquam sint omnes dispositiones ad visum necessariæ, sic enim poneretur visus, & cæcitas cessaret, nec tenebræ nocte in nostro essent hemisphærio, dum sol est apud antipodas, & multò minùs essent tenebræ in cavæ aliquâ subterraneâ obscurâ. Et hæc de privatione prædicamentali sumptâ, si enim privatio sumatur transcendentaliter, ubicumque est negatio formæ & negatio unionis respectu subjecti apti, est privatio, & si sumatur completè, pro complexo scilicet ex negatione formæ & negatione unionis, est ita essentialiter privatio, ut transire in negationem non possit.

**VII.**  
Ad privationem  
vulgariter  
sumptam non  
requiritur  
ut planè  
omnia ponantur  
ad formæ  
inductionem  
necessaria.

De privatione  
transcendentali  
ter sumpta.

Sextum est privationes formarum quæ suscipiunt magis & minus, suas hac in parte formas imitari, & intendi aliquo modo ac remitti, ita ut quò forma est intensior, ut plus lucis in aëre, eò privatio sit remissior, seu minùs tenebrarum, & e contra, quò minùs lucis, eò intensior ejus privatio, & plus tenebrarum. Formarum verò earum quæ nec intenduntur, nec remittuntur, quales sunt omnes substantiales, privationes magis & minùs non recipiunt, nec ullam omnino intensiorem habet negatio formæ equi, leonis, vel aquilæ.

**VIII.**  
Negationes  
quoad intentionem,  
& remissionem  
sequuntur  
naturam  
formarum  
quibus opponuntur.

## SECTIO XI.

*An Privatio & forma immediate opponantur: ubi an detur Negatio Negationis.*

**Q**uoad primum Respondetur, Privationem & formam immediate inter se opponi. Ratio est, quia cæcitas est privatio visus, privatio autem visus est non visus, nihil autem magis immediate opponitur alteri, quam esse & non esse opponantur inter se.

**I.**  
Privatio & forma immediate  
opponuntur.

Dices, non cæcus opponitur privativè cæco. Respondetur ita esse, sed non cæcus, si sit circa idem subjectum in quo erat cæcitas, idem est ac videns. Urgebis, lapis non est cæcus, & tamen non videt, ergo non cæcus & videns non sunt idem. Distinguo consequens, non sunt idem in subjecto visus non capace, concedo consequentiam; in subjecto visus capace, nego. Hoc autem non arguit quidquam inter cæcitatem & visum mediare, ubicumque est cæcitas, sed solum visum duas habere negationes inadæquatè disparatas, ratione diversarum unionum, quibus tollitur in diversis subjectis, & complexum illud negationum quod respicit subjectum aptum, est Privatio, quod verò subjectum respicit visus incapax, seu non aptum, est mera Negatio.

**II.**  
Quomodo  
non cæcus  
opponatur  
cæco, & an  
non cæcus  
idem sit ac  
videns.

Lapis ergo dum non est cæcus, non habet negationem contradictoriam cæcitati, sed est non cæcus per negationem quasi contrariam cæcitati, seu per negationem disparatam. Est itaque lapis non cæcus per eandem negationem, per quam est non videns, secundum diversas formalitates in negatione illâ inclusas; in quantum enim negatio illa tollit, seu excludit visionem à lapide, lapis est non videns: in quantum verò eadem negatio connotat subjectum incapax visus, dicitur lapis non cæcus, cum cæcitas semper connotet in subjecto aptitudinem ad visionem.

**III.**  
Quia ratio  
lapis nec sit  
cæcus, nec  
videns.



nem, Quod si quis cum communi dicere malit privationem & formam, respectu subjecti formae non capax, opponi inter se solum mediate, quia subjectum illud nec cecum est nec videns, per me licet, rem tenemus, loquatur quisque ut lubet.

IV. Quoad secundum: dico contra P. Salas 1.2.d.18, sect.7. non dari Negationem Negationis, negationem, inquam, contradictoriam, non contrariam, aut disparatam, has enim certum est æque inter negationes dari, ac inter res positivas, cum non minus tenebræ non sint cæcitas, ac Petrus non sit Paulus. Ratio est, quia contradictoria sunt quæ maximè distant, sed quod maximè distat, à negatione est res positiva, ens scilicet & non ens, ergo. Confirmatur, negatio per formam positivam, destruitur, ut potè quæ cum ea ne quidem divinitus stare possit, quorum ergo alia fingitur negatio priori contradictoria? sanè si quæ secundæ hujus negationis sit necessitas, ut opponatur primæ, erit & eadem tertiæ necessitas ut opponatur secundæ, & sic dabitur processus in infinitum, quod in per se subordinatis censetur ab omnibus inconveniens.

V. Dices: in Petro est privatio visus, seu cæcitas, sed in pariete non est hæc privatio, seu cæcitas, & tamè nec est in pariete visus, ergo in pariete est negatio, seu privatio privationis visus, seu cæcitas. Distinguo consequens, est in pariete negatio disparata, vel contraria cæcitas, concedo consequentiam: est in eo negatio cæcitas contradictoria, nego. Est

ergo in pariete negatio contradictoria solius visus, disparata, vel ad summum contraria cæcitas, nihil enim contradictorium negationis præter formam positivam esse potest, quippè quæ sola maximè ab ea distat. Unde è contra rei etiam positivæ contradictorium nihil est præter negationem, licet; nullæ duæ res positivæ sibi propriè sunt contradictoriæ, nec enim immediatè tollunt, nec maximè distant.

Urgebis, ubicunque non est forma, est negatio formæ, sed cæcitas non est in pariete, ergo in pariete esse debet negatio cæcitas. Respondetur, dictum illud ubicunque non est forma, est negatio formæ, intelligi de forma propriè dicta, seu de forma positiva, certum enim est, ubicunque non est aliqua negatio, non esse ibi negationem illius contradictoriam, sed solum contrariam, alteram scilicet ejusdem rei positivæ negationem, quæ impedit quominus alia illa negatio sit in hoc subjecto, cum una ad effectum exclusionis formæ positivæ sufficiat. Et eodem modo solvitur quod obijci posset, nempe ubique esse debere alteram ex contradictoriis: dico enim ubicunque non est forma positiva, esse aliquam ejus negationem, & ubicunque nulla est rei alicujus positivæ negatio, est res ipsa positiva, non tamen intelligi hoc ita debet, quali ubicunque non est particularis aliqua negatio, illic esse statim debeat forma positiva opposita, sed ubique esse debere vel formam, vel aliquam ejus negationem.

## DISPUTATIO XIX.

### De Distinctionibus in genere.

Tractatus de distinctionibus tractatus de universalibus necessarii præmittuntur.

**D**istinctio claritatem, confusio tenebras parit. Ad graves ergo & implexas illas, quæ crebrè in universalibus occurrunt, difficultates enodandas hunc de Distinctionibus tractatum præmittunt Dialectici, ut illius præsidio intellectus abstrusa illa, ac tenebris quibusdam involuta, quæque à sensibus remota, unius mentis obtutibus subjiciuntur, promptius & expeditius percurrat: ut, inquam, in re obscura certius, in incerta securius, in lubrica firmius figat pedem.

### SECTIO PRIMA.

#### Virum Distinctio formaliter sita sit in negatione, an positivo.

I. **D**E rebus positivis est sermo, Negationes enim Negationibus, hoc est seipsis distinguuntur, certum est, antè mundum quippè conditum negatio solis distinguebatur à negatione lunæ, nemine enim cogitante negatio solis non erat negatio lunæ, sicut nec modo negatio Bucephali est negatio Anti-Christi. Negationes tamen dum inter se distinguuntur, non sibi invicem opponuntur contradictoriè, sed vel contrariè, vel disparatè, negationi enim solis non opponitur contradictoriè negatio lunæ, sed sol. Unde res positivæ poterunt inter se distinguere, licet non opponantur sibi contradictoriè. Circa res ergo positivas

II. Prima sententia est res duas positivas, purè solem & lunam, distinguere per relationem quandam prædicamentalem, ad rei cuiusque existentiam emergentem, quam disquippantur vocant: ita Maior, in 1.d.8.q.2. Bassolis d.2.2.q.4.a.2. §.1. & alij.

Sed, contra, pro illo priori antequam emergeret relatio illa disquippantur inter equum & leonem

R.P.Tb. Comptoni philosophia.

existentes, existebant entitates illæ ut duæ, existebant enim ut fundamentum & terminus hujus relationis, ergo leo & equus, Petrus & Paulus pro illo priori existebant ut duo, ergo ut distincti, ergo non distinguuntur per relationem. Unde cum Angelus pro illo priori entitates illas intuitivè inspiciebat, unam tamquam aliud quid ab altera videret, distinguuntur pro illo priori non fundamentaliter tantum, sed formaliter. Quod argumentum æque probat res istas non distinguere per negationes.

Secunda, & maximè inter recentiores recepta opinio est, distinctionem omnem realem in negatione identitatis sitam esse. Distinctio itaque pro materiali extremum dicit quod distinguuntur, pro formali verò negationem, quæ, inquit, est ratio formalis per quam una res distinguatur ab alia: ita Suar d.7. Met. f.1.n.2. Fonseca, & idem tenere videtur Arriaga d.1. Met. f.4.n.24. & alij.

### SECTIO II.

#### Res positivæ seipsis distinguuntur, non per negationes.

I. Ta Gabriel in 1.d.2. Okam in 2.q.2. P. Hurtado d.6. Met. f.5. §.3. & alij, qui distinctionem esse rei cuiusque entitatem asserunt, non negationem, licet per negationem explicetur, negatio enim hæc rem in suo esse constitutam supponit, & consequitur, quæ proinde per negationem illam distingui non potest, ut sect. præced. n.3. diximus de relatione illa disquippantur.

Omissis verò rationibus P. Hurtado, quarum pleræque cum nostris principiis stare vix possunt. Probatur 1. Differentia rei positivæ ut differ-

H;

ren-

Contrà: pro aliquo priori ad relationem illam Petrus & Paulus distinguuntur

IV. 2. sent. distinctionem omnem realem statuit in negatione.

I. Distinctio in rebus positivis nihil aliud est nisi earum entitas.

II. Ratio est, res enim positivæ distinguuntur per suas differentias, hæc autem sunt quid positivum.



tentia, est quid positivum, sed per differentiam suam ut differentia est, distinguitur à qualibet alia re, ergo distinguitur per quid positivum. Major est certa, manifestum est enim rem positivam non constitui intrinsecè per negationem, nec cum ea identificari, cum differant plus quam duæ res positivæ. Quæ de causâ inter ceteras definitionis proprietates à dialecticis communiter assignatas, una est ut non tradatur per negationem, sic enim non explicaret essentiam rei quæ positiva est, nec quid res sit diceret, sed quid non sit. Minor etiam primi syllogismi constat, conceptus enim differentie ut differentia est facere rem diversam ab alia formaliter, ergo distinguere formaliter, distinguere enim & differre idem est, nam si differunt propriè, eadem opera distinguantur necesse est, cum nihil differat à seipso.

## III.

Conceptus differentia est constituere per modum differentie, nempe distinguendo.

## IV.

Dices, hinc sequi differentiam esse solum distinctionem fundamentalem.

Rsp. cum differentia sit formaliter talis, facit formaliter differre.

## V.

Res positiva à negatione distinguitur per suam entitatem.

## VI.

Negationes non sunt mere nihil.

Dices, conceptum differentie solum esse constituere. Distinguo, constituere utcumque, nego; per modum differentie, concedo: nam differentia ut differentia constituit diverſio modo à genere, quod non minùs constituit quàm differentia, hoc tamen inter utrumque interest, quod genus ex suo conceptu constituat aliquid in quantum cum alio convenit, differentia verò in quantum differt & distinguitur: animal v.g. constituit hominem ut convenit cum equo, leone, & ceteris animalibus, rationale verò ut ab iis omnibus distinguitur. Et idem est de omni alia differentia rei positivæ.

Dices 2. hoc quidem probare per differentiam suam distingui rem unam ab alia, non tamen formaliter, sed solum fundamentaliter, id est, esse radicem unde oritur formalis distinctio, nempe negatio, ex eo enim quod Petrus sit homo, sequitur non esse equum, leonem, &c. & ex eo quod sit Petrus, sequitur cum non esse Paulum, non tamen ipso facto à Paulo distinguitur. Sed contrà, differentia secundum positivam suam entitatem est differentia formaliter, & non tantum fundamentaliter, ergo facit differre formaliter, & non solum fundamentaliter, dat enim suum effectum formalem. Sicut ergo albedo, quia est albedo formaliter, quando cumque est in subiecto apto non potest non illud per se reddere album formaliter, & non per aliquid superadditum; ita nec potest differentia non reddere diversum, seu distinctum per se, cum non minùs sit effectus formalis differentie reddere diversum formaliter, quam albedinis reddere album, vel caloris calidum, quæ tamen nemo dicit hoc solum fundamentaliter præstare. Distinguitur ergo Petrus à Paulo, & leone per suam entitatem intrinsecam, non per aliquid superadditum.

Probat 2. non solum distinguitur paries v.g. vel quælibet res positiva, ab alia re positiva, sed etiam à negationibus & privationibus, quæ ergo per quid differat paries à negatione equi? si dicas, per negationem negationis equi, jam ponis negationem negationis rejectam disp. præced. sect. ult. Deinde tibi contradicis, cum duæ negationes faciant unam affirmationem, seu rem positivam. Tertio, non solvit difficultas, nam deus negationem negationis esse quid negativum, sic ulterius arguo, paries non est idem cum illa negatione negationis equi, ergo distinguitur ab illa: per quid inquiri? si dicas, per aliam negationem, de illa iterum quæro per quid distinguatur paries ab illa, vel dicere tandem debes distingui formaliter per quid positivum, vel processum concedere in infinitum.

Dices, ab eo quod est aliquid, debere rem differre, non autem ab eo quod est nihil. Contrà, si negatio nihil est, ergo non potest paries distingui ab equo per negationem, si enim negatio est nihil, per nihil

differre, ergo non differre, nihil enim differre & non differre, idem sunt, sic enim vera est hæc propositio, Petrus per nihil differre à se, quia à se non differre, imò hæc est falsa, Petrus per nihil differre ab equo.

Probat 3. ponamus in quantitate A esse calorem A, vel visionem in oculo, adhuc quantitas illa distinguitur ab illo calore, oculo à visione, & tamen non est negatio vel privatio illius caloris in quantitate, nec visionis in oculo, cum contradictoria simul existere non possint, ergo non distinguitur quantitas vel oculus ab illo calore & visione per caloris illius vel visionis negationem. Quantitas ergo illa per suam entitatem formaliter à calore, distinguitur, non per negationem.

Dices (& est communis responsio adversariorum, ac fundamentum contrariæ sententiæ) non quancunque negatione, sed negationem identitatis hominis v.g. cum leone, hominem à leone distinguere, per illam quippe maximè distat ab identitate cum leone. Sed contrà: ergo jam non distinguitur homo à leone, per negationem leonis, sed per negationem Chimæræ, quod probat, nam identitas hominis cum leone est Chimæra, quanta cogitari potest maxima, res nimirum omnino ficta & impossibilis, ergo illius negatio est negatio Chimæræ, ergo si per negationem identitatis cum leone distinguitur homo à leone, distinguitur ab ipso per negationem Chimæræ, quod tamen est falsum, per hanc enim negationem non maximè distat homo à leone, cum negatio Chimæræ non contradictoriè opponatur leoni, sed Chimæræ, per negationem ergo leonis magis distaret à leone, cum illa leoni contradictoriè opponatur, ergo in hac sententia deberet potius distingui à leone per negationem leonis, quam per negationem identitatis cum leone, seu per negationem Chimæræ, cum per hos auctores per id unaquæque res ab alia distinguatur, per quod maximè ab illa distat, sed per negationem leonis non distinguitur homo à leone, ut ostendimus, ergo.

Licet ergo concedamus in unaquæque re, præter entitatem positivam, per quam distinguitur ab alia, esse etiam negationem identitatis cum illa, dicimus tamen per hanc negationem non formaliter distingui hominem à leone v.g. vel Petrum à Paulo, sed per fundamentum huius negationis, differentiam scilicet ultimam hominis, quæ licet sit fundamentum huius negationis, non tamen fundamentum distinctionis, sed ipsa formalis distinctio, prius enim intelligi debent homo & leo, quàm hæc negatio, quæ in sui cognitione ab utroque natura pendet, cum subiectum sit ratione prius negatione, quia hæc in eo fundatur, ergo ut concipiatur hæc negatio, debent concipi homo & leo, ergo homo diversus à leone, ergo distinctus.

## SECTIO III.

Solvuntur argumenta contententia distinctionem consistere in negatione.

Argumentorum, quæ varia hic proponi solent (quæ tamen in modo ferè loquendi omnia fundantur) solutionem, notandum, multa nos per negationes explicare, quæ reipsa nihil minùs sunt quam negationes: sic intimam præsentiam, vel etiam dum res duæ sibi sunt proximæ, ut duæ sphaeræ caelestes, indistantiam vocamus, licet aliud nihil sine quàm duplex præsentia positiva: sic punctum dicimus quod partes non habet, quamvis entitas sit positiva. De quo plura in solutione primæ objectionis. Et hoc sensu ait Angelicus Doctor in 1. d. 5. q. 1. a. 1. ad

## VII.

Ostenditur ulterius distinctionem non consistere in negatione.

## VIII.

Dices, non per quancunque negationem, sed per negationem res distinguuntur, sed per negationem identitatis.

Contrà: ergo Petrus & Paulus distinguuntur per negationem Chimæræ.

## IX.

Res positive non distinguuntur per negationes, sed per fundamentum negationum.



rad primum, ubi unq. est distinctio, ibi oppositionem esse contradiCTORIAM.

II.

Non per negationem identitatis res una maxime distat ab identitate cum alia.

Objicies 1. per id formaliter distinguitur una res ab alia, per quod maxime distat ab identitate cum illa, scilicet per negationem identitatis maxime distat ab identitate, ergo per eam formaliter distinguitur ab illa. Respondetur, negando minorem, per illud enim maxime distat aliquid ab identitate, quod est ratio & causa cur non sit idem cum alia re, ratio autem hæc est ipsa differentia, per quam formaliter differt, & est alia res ab omni alio, negatio autem illa oritur ab hac differentia positiva; quæ, ut dixi, licet sit radix hujus negationis, non tamen est radicalis distinctio, sed formalis, explicari tamen non potest nisi per negationem, sicut nec alia multa, quæ licet negationem sonent, re tamen vera entia sunt positiva: sic irrationale idem sonat ac non particeps rationis, cum tamen quid positivum sit, & differentia bruti constitutiva: sic subsistentia dicitur incommunicabilitas, & explicatur per negationem communicabilitatis, licet modus positivus sit.

III.

Obj. possum concipere differentiam Petri, & tamen non concipere Petrum distinguendum à Paulo.

Resp. non posse hoc fieri, si concipiatur differentia Petri adgnatæ.

Objicies 2. possum concipere differentiam constituentem Petrum v. g. & tamen non concipere Petrum distinguendum à Paulo, vel aliis rebus, ergo non distinguitur formaliter per illam differentiam: patet consequentia, nam sicut non possum concipere albedinem in subiecto aperto, quin concipiam redentem illud album, ita non possem concipere differentiam in aliquo, quin concipiam facientem differre, cum hic non minus sit effectus formalis differentie, quam ille albedinis. Respondetur, distinguendo antecedens, si concipiam differentiam adæquatè, nego antecedens; si inadæquatè, concedo. Sic & in albedine non semper concipimus eam ut disgregativam visus, licet verè & realiter sit talis, nec materiam primam semper concipimus ut emanativam quantitatis, sufficit ergo quod à parte rei differentia hoc habeat formaliter ut differentia est, id enim solum contendimus, licet possit subinde à nobis inadæquatè concipi, & non secundum omne munus quod habet ratione nostra distinctum.

IV.

Distin. ut Petrum à Paulo non est formaliter negatio, cum non esse Paulum, sed esse alium à Paulo.

Objicies 3. Petrum non esse Paulum, est formaliter distinguendum à Paulo, sed non est Paulus formaliter per negationem Pauli, ergo distinctio est formaliter negatio. Respondetur, negando Majorem, illa enim negatio propriè non est distinctio, sed sequitur distinctionem factam, idè enim non est Paulus, quia ab illo distinguitur, & est alius ab eo, esse ergo distinctum à Paulo, est esse alium à Paulo, quod est primum munus differentie, ut sup. à diximus. Verum quidem est hoc sine negatione explicari commodè non posse, & sic distinctio quoad modum loquendi est negatio, non tamen in re, ut supra de irrationali diximus, de subsistentia, puncto, & aliis.

V.

Obj. in illo priori ad negationem Petrus est Paulus, vel non est Paulus: si pro illo priori sit Paulus, ergo falsum est quod dicimus pro illo priori distinctionem jam esse factam, & Petrum à Paulo distinguendum; si pro illo priori non sit Paulus, ergo in illo priori involvitur negatio, ergo distinctio

trus est Paulus, vel non est Paulus: si pro illo priori sit Paulus, ergo falsum est quod dicimus pro illo priori distinctionem jam esse factam, & Petrum à Paulo distinguendum; si pro illo priori non sit Paulus, ergo in illo priori involvitur negatio, ergo distinctio

in negatione consistit. Respondetur, pro illo priori Petrum distinguendum, & esse alium à Paulo, ita ut Angelus illos videns, etsi nullam videat negationem, dicere possit hic est una entitas, ibi alia, id est substantia, lux accidens, homo quid perfectum, calor res imperfecta, & sic de cæteris, quæ sine dubio alietatem arguunt, & distinctionem. Pro illo, tamen priori non potest Petrus dici formaliter non esse Paulus, quia pro illo priori necdum intelligitur forma hujus denominationis, nempe negatio.

Urgebis: si Petrus pro illo priori dici nequeat non esse Paulus, sequitur duo contradictoria esse simul falsa, nempe Petrus pro illo priori est Paulus, quod est falsum, & Petrus pro illo priori non est Paulus, quod proxime concessimus similiter esse falsum. Respondetur, propositiones contradictorias non esse merendas penes significationem, quæ in quovis instante reali duo vel plura per intellectum distinguuntur, sed pro toto instante reali, alioquin in omni fermè re duo invenimus contradictoria simul falsa. Ex gr. Angelus primo creationis suæ instante se cognovit per actum intellectus à se elicitum. Hic ergo idem conficiam argumentum, pro illo priori quo Angelus est, erat illa cognitio, est falsum, cum effectus nunquam in eodem priori naturæ sit cum sua causa: pro illo priori non erat cognitio, seu erat negatio illius cognitionis, similiter falsum est, licet enim in eodem instante reali fuisset cognitio illa, & non fuisset. Dico itaque pro illo priori nec Petrum esse Paulum, nec non esse Paulum, sed ab utroque præscindere, quod in actu respectu potentie liberæ, & sexcentis aliis in Philosophia, & Theologia passim occurrentibus est dicendum. Contradictoria autem ut vera sint, vel falsa, secundum totum instans reale spectari debent, non secundum prioritates, & signa rationis.

Objicies 5. per id constituitur distinctio formaliter, per quod formalissimè tollitur identitas, sed per negationem identitatis tollitur formalissimè identitas, sicut per negationem caloris tollitur calor, per negationem lucis lux, & sic de cæteris, ergo. Respondetur negando majorem: cum enim negatio illa non sit negatio veræ & realis identitatis, (ut potest quæ inter Petrum & Paulum non est possible) sed solum Chimærica, sicut per identitatem Chimæricam non identificarentur, ita nec per illius negationem de facto distinguuntur. Aliud est de negatione caloris & lucis, ac similibus quæ sunt quid reale.

Dices, negatio identitatis non Chimæricam tantum inter Petrum & Paulum identitatem excludit, sed realem. Contrà, identitas, vel aliud quodcunq; quod est reale, debet esse possibile, cum reale & possibile convertantur, est ergo implicatio in terminis dicere, excludere realem identitatem inter Petrum & Paulum, cum nulla talis sit possibilis. Quod si quis identitatem inter eos realem intercedere fingat, multa sequuntur contradictoria, uno enim falso posito sequuntur mille, rami enim radicem, rivuli fontem referunt.

Resp. pro illo priori Petrus esse alium à Paulo, non tamen propriè non esse Paulum.

VI.

pro illo priori Petrus nec est Paulus, nec non est Paulus.

Explicatur hoc exemplo Angelus primo creationis instante cognoscens.

VII.

Non constituitur distinctio formaliter per id, per quod tollitur formaliter identitas, sed per illius radicem.

VIII.

Nulla negatio tollit realem identitatem inter Petrum & Paulum, cum nulla talis sit possibilis.



## DISPUTATIO XX.

## Quotuplex sit Distinctio.

## SECTIO PRIMA.

## Generalis Distinctionum divisio.

I. Distinctio dividitur primò in distinctionem realem & rationis.

Duo entia rationis distinguuntur realiter.

II. Quid sit distinctio rationis.

**D**istinctio communissima divisione in distinctionem realem & rationis dividitur. Distinctio realis illa dicitur quæ datur antè omnem operationem intellectus fingentem distinctionem, ut inter duas res positivas, Petrum v.g. & Paulum, & vocatur distinctio positiva, inter Petrum etiam existentem & Anti christum, vel inter duas res possibles: licet aliqui has duas distinctiones vocent non reales simpliciter, sed solum in potentia, sicut distinctionem inter duas negationes vocant negativam. Sed in hac communi acceptione dicenda sunt reales, utpote antè omnem operationem intellectus fingentem, vel facientem, negatio enim Angeli non est negatio solis, & Petrus possibilis non est Anti-christus. Imò duo entia rationis in hoc sensu realiter distinguuntur, nam licet esse suum ab intellectu habeant fingente, alio tamen nõ egent actu intellectus ab eo per quem sunt, ut distinguantur, verè enim Tragelaphus quem fingit Paulus, non est Hippocervus quem fingit Petrus, etiam nullo super objecta illa reflexe cogitante, & distinctionem inter illa fingente.

Distinctio rationis est, quæ per intellectum seu rationem fit, ea scilicet intentionaliter, seu mente dividendo, quæ realiter identificantur. Cum ergo medium dari nequeat inter distingui antè operationem intellectus, & non distingui, sed solum post & per illum, divisio hæc erit adæquata.

## SECTIO II.

## De signis Distinctionis realis.

I. Signa distinctionis realis.

II. Primum signum distinctionis realis est quod unum producat alterum.

S. August.

Intelligi tamen debet hoc signum de prima tantum productione.

III.

**L**icet ex parte extremorum sit diversitas, ut videmus, in iis quæ realiter lato illo modo distinctionis realis distinguuntur, ex parte tamen distinctionis nulla est, cum distinguantur omnia antè operationem intellectus fingentem, vel facientem distinctionem. Nunc ergo signa, quæ hanc distinctionem indicant, proferemus.

Primum afferri solet, ut videre est apud P. Suar. d. 7. Met. s. 2. quando unum est realiter producat alterum, nihil enim causare potest seipsum, & hoc argumento utuntur Theologi cum D. August. 1. de Trinit. cap. 1. ut probent Divinas Personas realiter distingui, quia Pater producat Filium, Pater simul & Filius Spiritum Sanctum. Unde loco citato sic loquitur S. August. qui autem putat ejus potentia esse Deum, ut seipsum ipse genuerit, eo plus errat, quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritalis, nec corporalis creatura: nulla enim omnino res est quæ seipsa gignat ut sit. Ita S. Doctor. limitant tamen hoc signum aliqui, ut intelligatur de prima productione, cum Christus in probabili opinione seipsum producat in Eucharistia. Et idem, ut aliqui putant, potest elevari ad se conservandum, licet verius sit ibi totale agens distingui partialiter semper à totali producto, cum Deus in omni actione simul cum creatura concurret.

Secundum signum est, quando in diversis locis sunt, vel subjectis. Quod etiam naturaliter intelligi

oportet. Petrus enim divinitus potest in diversis simul locis constitui, & Christus de facto est sub diversis hostiis, & eadem albedo divina potentia in duobus collocari subjectis posset loco diffisis.

Tertium, quæ diversa actione producuntur, (naturaliter intellige) & diversa corruptione corrumpuntur, realiter distinguuntur. Quod etiam verum est in anima respectu suarum potentiarum, si ab ea distinguantur, & in re quavis respectu suarum passionum, quæ saltem per emanationem fiunt, licet non habeatur hæc propria actio.

Quartum, & ex præcipuis est, quando unum perire potest altero manente, uno enim pereunte totum quod cum eo realiter idem est, una cum eo pereat necesse est: si enim idem sit realiter, non est aliquid & aliquid realiter, ergo non potest aliquid illius realiter perire, & aliquid realiter manere. Et sanè in mutuo separabilibus est clarum, ut Petrus Paulo manente perire potest, & Petro manente Paulus, & uterque simul separatus existere. Est ergo difficultas quando, licet unum reperiri possit sine altero, non tamen alterum vicissim sine illo, ut Petrus reperiri sine visione potest, visio sine Petro non potest. Difficultas, inquam, est utrum tunc sit signum sufficiens distinctionis realis. Dico esse ita Aristot. 7. Top. c. 1. loco 1. & 15. his verbis: *amplius, si potest alterum sine altero esse, non erit idem.* U. etiam Aug. 6. de Trin. cap. 6. probat magnitudinem, colorem, & figuram distingui inter se, quia corrupto colore manet eadem magnitudo & figura.

Ratio est, quia si unum perit, & alterum manet, est unum & aliud antè operationem intellectus, ac proinde distinguuntur realiter. Antecedens patet, nam una & eadem simplicissima entitas non habuit entitates duas, ergo non habuit unam quæ periret, alteram quæ maneret, sic enim fuissent ibi duæ entitates saltem inadæquatæ, & non una simplex. Confirmatur, quod perit, non est, quod manet, est, sed non potest eadem entitas esse simul & non esse realiter, cum hoc sit omnium primum principium traditum ab Aristot. 1. 4. Metap. c. 3. *Impossibile est idem simul esse & non esse.* Exempla separationis non mutua sunt, compositum & partes. Relatio & terminus, creatura & Deus, actio vitalis & vitalis potentia, modus & res cujus est modus: in quibus licet unum esse possit sine altero, non tamen contra alterum sine illo.

Quæres, utrum omnia quæ distinguuntur realiter, saltem per divinam potentiam separari ita possint, ut unum maneat altero pereunte? sicut licet visio non possit esse sine Petro, Petrus tamen sine visione potest. Affirmat Scot. in 2. dist. 1. & 3. dist. 2. q. 2. Suar. d. 7. Metap. s. 2. n. 20. licet ipse loquatur solum ut plurimum. Valq. 1. p. to. 2. d. 173. c. 3. & 4. & alij.

Existimo tamen cum Cajetano 1. p. q. 28. a. 2. s. in respons. ad 2. Greg. de Valentia 1. p. d. 2. generali, q. 13. punct. 1. aliqua distingui realiter quorum neutrum à se invicem, nec per divinam potentiam, separari potest. Exemplum sit primo in personis seu Relationibus Divinis, quas licet fide certum sit realiter distingui, cum tres sint, nulla tamen ratione separari possunt, tum quia entia omnino necessaria, tum quia cum Natura Divina intimè identificatæ, tum etiam quia relativæ inter se, & in mutuo respectu



Varia Relatione realiter distincta, nequeunt separari.

IV

Et consistentes. Secundo probatur in creatis, relationem duorum extremorum inter se unitorum distinguuntur realiter, & tamen separari ab invicem non possunt. Idem est de relationibus producentis & producti per emanationem, item relatio creaturæ ad Deum, sine qua entitas creaturæ esse non potest, nec illa sine entitate creaturæ. Hæc tamen exempla desumpta ex creatis aliqui probabiliter putant solum probare naturaliter loquendo, cum divinitus forte separari possint. Ratio verò est non causalitas aliqua physica, sed connexio quædam quasi essentialis &

intrinsicæ rei unius respicientis alteram, ac proinde sine se se mutuo reperiri nunquam possunt.

Idem probant aliqui in partibus quantitatis, quæ licet realiter distinguantur, separari tamen omnes non possunt, quia sic daretur pars quæ esset simul pars & indivisibilis, quia non haberet partes in quas divideretur, cum omnes à se invicem essent separate. Item in punctis continui quæ licet omnia distinguantur realiter, separari tamen omnia non possunt, sic enim omnes partes separarentur, quod implicat, ut vidimus.

## DISPUTATIO XXI.

### De Distinctione Modali.

#### SECTIO PRIMA.

##### An sit minor Distinctio rei à re.

I. **D**istinctio modalis illa est, quæ vel inter rem & modum, vel inter duos modos intercedit. Ad cuius intelligentiam, notandum, cum res create sint imperfectæ, ac proinde vel dependentes, vel limitatæ, vel compositæ, aut secundum varios status mutabiles, hæc habere per entitates aliquas debent à se distinctas, per quas in his rationibus persiciantur, ut per actionem dependent, per unionem componuntur &c. Has entitates modos vocamus, quia tenuis sunt entitatis, ut & immediate subiectis suis sint affixi, & ab his separari nullâ potentia possint, ita ut permanent separari, quod tamen in accidentibus non repugnat, quantitas siquidem in Euclidiâ conservatur sine subiecto, & albedinem conservare vel calorem potest Deus, destructâ quantitate, nive, & igne.

II. P. Suarez ergo d. 7. Metaph. sect. 1. nu. 16. quem multi sequuntur ex recentioribus, existimat distinctionem inter rem & modum non esse vocandam propriè realem, sed mediam quamdam, aut modalem. Ratio illius est primò, nam hic modus ex natura rei, & nemine cogitante distinguitur à re cuius est modus, nemine enim cogitante albedo non est inherens, nec homo sua ubicatio, sed non distinguuntur hæc ut res à re, vel realitas & entitas ab entitate, modus enim nec res nec entitas est, sic enim aliquo alio egeret quo subiecto suo affigeretur. Secundo, quia modi tam intime unijuntur rebus quarum sunt modi, ut nullâ potentia separati conservari possint, quod signum est illam conjunctionem esse quendam modum identitatis, quod autem plus identitatis, eo minus distinctionis.

III. Dico primò: modus & res ante omnem intellectus operationem distinguuntur, & hoc sensu realiter: ita omnes communiter, nec obviat P. Suarez. Ratio est manifesta, quia ita separari possunt, ut modus pereat manente re, cuius est modus, manet etiam materia & anima Petri, destructâ unionem.

IV. Dico secundo: modus verè & propriè distinguitur à re cuius est modus, ac proinde hæc distinctio non est minor reali. Ratio est, quia modus verè est ens, licet imperfectum, nam est aliquid, cum non sit nihil, ergo est etiam res, licet imperfecta.

V. Ad cuius intelligentiam, notandum, licet subiectum modi sit perfectius ens, vel perfectior res quam modus, non tamen est magis ens, vel magis res quam ille. Sicut licet Christus homo sit longè alius perfectior, non tamen est magis homo, nam ipso facto quod quis essentiam habet seu conceptum hominis,

est homo, essentia enim rerum consistunt in indivisibili. Sic ergo licet modus sit imperfectior re cuius est modus, non tamen est minus res, nec minus ens quam illa, cum non minus sit, vel esse possit quam res quævis perfectissima.

Quod verò imperfectio unius extremi distinctionem non faciat minorem, probatur, sic enim magis distinguuntur duæ substantiæ, quam substantia & accidens, equus verbi gratia & leo, quam equus & albedo, quod tamen per se videtur falsum. Nec obstat quod modus ordinetur ad aliud, sic enim ordinatur accidens ad substantiam, cum sit ens ens, & ens multis gradibus substantia imperfectius.

#### SECTIO II.

##### Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

**D**ico itaque Distinctionem inter rem & modum majorem communiter esse quam inter duas res absolutas. Hanc conclusionem licet à nemine affirmatam videam, existimo tamen ab eorum nullo negatum iri, qui mediam hanc distinctionem, P. Suarez non admittunt.

Ante probationem, Notandum primò, aliud esse aliqua duo distingui, aliud separari, vel dividi, nam res aliqua, etiam dum non dividuntur, nec separantur, sed perfectissime unijuntur, adhuc sunt distinctæ, ut anima & corpus in homine. Et idem est de omnibus compositis, id enim in iis necessariò contingit, cum compositio sit distinctorum unio.

Notandum secundo, ad tollendam equivocationem, dupliciter dici posse distinctionem majorem vel perfectiorem, materialiter scilicet & formaliter, materialiter illa distinctio est perfectior, quæ reperitur inter duas entitates perfectiores: sic duo Angeli perfectiorem dici possunt habere distinctionem, quam duæ formicæ, aut duo leones, quia distinctio, ut diximus, est ipsa differentia, si ergo differentia sit perfectior, distinctio est hoc sensu perfectior. Et hoc modo distinctio inter duo entia rationis non est distinctio realis, sed rationis.

Formaliter illa distinctio est perfectior & major, quæ res inter se entitative magis disiungit, & majorem quasi distantiam in perfectione efficit, sic distingui ali qua dicimus numero tantum, alia specie, alia genere: quo sensu magis distinguitur Angelus Gabriel à colore, vel albedine, quam à Michael, licet Michael res sit entitative longè perfectior calore, vel albedine. Hoc ergo sensu, & formali distinctione contendimus magis distingui rem à modo, quam à re alia absolutâ.

Probatur ergo conclusio, illa magis distinguuntur & differunt, quæ minus conveniunt, sed res & modus

IX

quantitas realiter omnes partes distinguuntur & tamen nequeunt separari.

IV

est minus res quam illud.

VI. Imperfectio unius extremi non facit distinctionem minus perfectam.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.

VI

Distinctio modi à re est major quam unius rei ab alia.



Modus mi-  
nus convenit  
cum re,  
quàm res  
vel cum aliâ

modus sæpe minus conveniunt, quàm duæ res ab-  
solutæ, res enim sæpe est substantia, modus acci-  
dens, unde nec genere conveniunt: res est quid com-  
pletum, modus semper incompletus; sic etiam per  
se loquendo accidens magis distinguitur à substantiâ  
quàm una substantia ab aliâ. Quare omnium maxi-  
ma distinctio est inter ens & non ens, à quibus non  
solum abstracti non potest ratio aliqua generica, sed  
nec ratio entis, sicque nec in ratione omnium com-  
munissimâ conveniunt.

## VI.

Differentia  
rei & modi  
magis diffi-  
runt, quàm  
differentia  
duarum re-  
rum.

Confirmatur ex communi illo axioma supra re-  
lato, per id res qualibet ab aliâ distinguitur, per quod in  
suo esse constituitur, sed constituitur res qualibet per  
suam differentiam, ergo per eandem distinguitur,  
ergo cum differentia constitutiva substantiæ, & dif-

ferentia constitutiva modi, præsertim accidentalis,  
plus inter se differant quàm duæ differentiæ sub-  
stantiæ, plus distinguetur substantia à suo modo ac-  
cidentalibus, quàm ab aliâ substantiâ sibi in perfectio-  
ne æquali.

Ad primum argumentum pro sententiâ P. Suarij  
sect. præcedente, n. 2. allatâ, Respondetur constare  
ex dictis modum esse ens, cum verè existat, & ha-  
bere entitatem licet imperfectam, quod negare ne-  
mo potest, cum producantur de novo modi, & de-  
struantur manente subjecto, ergo aliquid tunc pro-  
ducitur & perit, ergo res, ergo ens. Nec sequitur  
hinc, egere modos aliquo alio quo suis subjectis affi-  
gantur, quia modus ex essentia suâ est intima affe-  
ctio, & modificatio sui subjecti.

## VII.

Modus verè  
est ens, licet  
ens imperfectum.

## DISPUTATIO XXII.

## De Distinctione Includentis &amp; Inclusi, &amp; ex natura rei.

## SECTIO PRIMA.

An, & quid sit distinctio Inadaquata, & In-  
cludentis & Inclusi.

## I.

Distinctio  
inadaquata  
duobus mo-  
di contingit.

**D**istinctio Inadaquata duobus potest modis  
contingere: primò, quando duo composita  
unam habent partem utrique communem,  
ut manus & pes in homine, ubi in utroque eadem  
indivisibilis est anima. Secundò, quando plura inter se  
realiter distincta, cum uno tamen tertio identifican-  
tur, quod solum reperitur in sacrosancto Trinitatis  
mysterio, ubi tres personæ Divinæ inter se realiter  
distinctæ, cum eadem naturâ identificantur.

## II.

Distinctio  
includentis  
& inclusi, &  
contra.

Distinctio Includentis & Inclusi illa est, qua to-  
tum distinguitur ab alterâ sui parte, Petrus verbi gra-  
tia à suâ animâ, quam in se includit, & ei aliquid su-  
peraddit, nempe materiam. E contra, Distinctio par-  
tis à toto, Distinctio vocatur Inclusi ab Includente.  
De hac distinctione præcipue hic nobis est sermo.

## III.

Negant ali-  
qui distin-  
ctionem in-  
cludentis, &  
inclusi.  
Contra: di-  
versâ prædi-  
cta realis  
conveniunt  
parti & toti,  
ergo realiter  
distinguen-  
tur.

Negant aliqui hanc distinctionem, & dicunt ani-  
mam Petri solum distingui ab ejus materiâ non au-  
tem à Petro, seu toto. Sed contra, verum est dice-  
re, anima Petri non est Petrus, seu pars non est to-  
tum, non minus quàm anima non est materia, hæc  
pars non est illa. Confirmatur, pars est quid incom-  
pletum, totum completum, pars, ut materia, vel ani-  
ma rationalis creatur, totum generatur, pars manet,  
perit totum Petro moriente, ubi licet maneat ejus  
anima, non tamen manet Petrus: quæ omnia ma-  
nifesta sunt signa distinctionis realis. Confirmatur  
secundò, eadem est essentia physica & essentia me-  
taphysica, nec enim duplex est ejusdem rei essentia,  
sed una duabus definitionibus explicata, physicâ ni-  
mirum & metaphysicâ, sed materia non est essentia  
metaphysica hominis, quis enim dicit materiam esse  
animal rationale, ergo non est homo, ergo distin-  
guitur ab homine.

## IV.

Negari nullo  
modo potest  
distinctio in-  
cludentis ab  
incluso.

Dico itaque hanc admittendam esse distinctio-  
nem, & unam partem includentis distingui ab inclu-  
dente, ratione alterius partis quam præter hanc in-  
cludit. Ita P. Suarez d. 7, Metaph. s. 1. n. 23. & tenent  
recentiores communiter. Sufficiens probata  
manet hæc conclusio argumentis in sententiâ prio-  
ris impugnatione positis. Solum ergo restat argu-  
mento cuidam respondeamus quod facessere solet in  
hac materiâ negotium, quod tamen meo judicio  
plus perplexi habet quàm solidi.

## V.

Dicit itaque aliquis hinc sequi, materiam verbi

gratia, inadaquate distingui à se, patet sequela, to-  
tum nihil aliud est quàm utraque pars cum unione,  
sed distinguitur materia à toto, ergo ab utraque par-  
te, sed altera pars est ipsa materia, ergo materia di-  
stinguitur, inadaquate saltem à seipsa, non enim  
alia materia, sed ipsa est in hoc toto. Primò, ut osten-  
dam non tantam habere vim hoc argumentum quan-  
tam præ se fert, simili plane formâ aliud affingam:  
materia est causa partialis compositi, seu constituit  
compositum, ut omnes fatentur, sed compositum  
nihil aliud est quàm utraque pars cum unione, seu  
materia & forma unitæ, ergo materia saltem inada-  
quate causat & constituit seipsam: en eadem formâ  
argumentum, & tamen est falsum, ut primo statim  
intuitu apparet. Facile expediverit se quis ab argu-  
mento, si cum aliquibus concesserit totum, qui non  
existimant inconueniens idem posse hoc modo inad-  
equatè distingui à seipso; qui tamen mihi videntur  
dum vim primi argumenti effugiunt, urgeri se-  
cundo.

Obj. hinc  
sequi parè,  
materiam ex-  
gr. inada-  
quate distin-  
gui à se.

Contra: ead-  
dem enim  
formâ argu-  
mentum  
probat  
quod mate-  
riam inada-  
quate cau-  
sare se.

Respondetur ergo secundò, non distingui unam  
partem inadaquate à se, licet enim distinguatur à  
toto, id est, à materiâ, formâ & unione simul sum-  
ptis, malè tamen hinc arguitur distingui à se, muta-  
tur enim suppositio, nam eo ipso quod capitur ma-  
teria sigillatim, nam sumitur aliud à toto, ab illo au-  
tem alio non distinguitur materia, cum sit ipsa; to-  
tum autem non est materia, hæc enim est falsa pro-  
positio totum est materia, sed est materia & forma  
unitæ. Quando ergo capitur materia sola, non capi-  
tur totum, nec includens, sic cum dicimus materiâ  
unitâ distinguitur à forma, non est distinctio includen-  
tis & inclusi, quia materia non includit formam, nec  
est contra, sed est distinctio rei à re. Totum ergo est  
utraque pars simul; & nisi sumatur hoc modo, non  
est totum, nec distinctio includentis & inclusi. Un-  
de malè arguitur, distinguitur à materiâ & formâ  
unitis, ergo à materiâ sigillatim sumptâ, nam mate-  
ria & forma unitæ sunt aliud objectum à materiâ,  
nempe compositum, materia autem sola, est quid  
incompletum, nec ullo modo à se distinguitur, sicut  
secundum Aristotelem duo non sunt vis unum, sed semel  
duo, & unum licet distinguatur à duobus, non ta-  
men à se nec inadaquate.

## VI.

Resp. ergo  
nihil probat  
hoc argu-  
mentum, cum  
semper mu-  
tetur suppo-  
sitis.

Quòd verò hic aliqui dicunt, plus includens di-  
stingui ab incluso, quàm est contra, mihi acutius di-  
ctum videtur, quàm verius: æquè enim repugnat  
solum materiam esse totum compositum, atque to-  
tum compositum esse solum materiam, unde for-  
malis distinctio erit æqualis. Dices, aliquid habet  
includens

Duo non  
sunt vis unum,  
sed semel duo.

## VII.

Non rectè  
dicunt ali-  
qui inclu-  
dens plus di-  
stingui ab  
incluso, quàm  
includens ab  
includente.



includens quod adæquatè est extra inclusum, inclusum verò nihil habet quod sit extra includens, ergo includens plus distinguitur ab eo, quàm illud ab includente. Respondetur negando consequentiam, nam perinde est quoad hoc siue mutatio aut varietas sit ex parte unius extremi, siue alterius, æqualiter enim inter ea augetur diversitas. Perinde ergo est siue augetur res distincta siue terminus. Et pari ratione dicere quis posset, plus differre hominem à planta, quàm plantam ab homine, cum homo habeat in se gradum vitæ vegetativæ, & superaddat gradum vitæ sensitivæ, ac rationalis: imò & Deum plus differre à creaturis, quàm creaturas à Deo.

## SECTIO II.

### De turbe Distinctio ex natura rei.

**I.** Celeberrima in scholis est opinio, mediam quandam distinctionem in rebus reperiri contendens, quæ ideo, secundum hanc sententiam, non est distinctio rationis, quia datur in rebus ante operationem intellectus, nec tamen eam esse vult realem, sed formalem vocat, seu ex naturâ rei. Hoc modo distingui affirmat hæc opinio Attributa Divina inter se, ut *Misericordiam à Iustitiâ, Relationes ab Essentiâ* &c. Gradus item metaphysicos in creatis, ut *animal & rationale, ens, substantiam, corpus, vivens*: unitatem etiam specificam à numericâ: quam proinde sententiam discutere nonnulli solent in tractatu de universalibus, ubi necessariò de eâ iterum recurret sermo.

**II.** Hanc sententiam tribuunt aliqui Scoto, quem tamen, quia ambiguit videtur loquutus, quidam ex seclatoribus, imò ex insectatoribus aliqui arbitrantur nihil differre à communi sententiâ: P. Suarez itaque l. 4. de Trinit. c. 4. n. 2. & 5. & fusc. P. Hurtado d. 6. Met. l. 3. n. 26. & deinceps ab hac opinione subtilissimum Scotum vendicare conantur. Tenent tamen Scotistæ penè omnes, Anton. Andreas 7. Metaph. q. 17. Anton. Trompetta in 9. Metaph. Joannes Baptista Molierius in tract. de universalibus. Mayronis quodlib. 7. dub. 1. Philip. Faber in sua Theologia l. 1. distinct. 2. q. 7. & dist. 19. & 20. sed nullus acutius quam P. Fonseca 5. Metaph. c. 6. q. 6. & 7. in creatis, non verò in Divinis propter auctoritatem Concilii Rhemensis, ubi damnatus fuit Gilbertus Porretanus Pictavorum Episcopus negans has propositiones, *Deus est sapientia, Deus est veritas*, quas tamen, inquit, sequeretur negari posse, si Sapientia Divina ante intellectus operationem à Deo distingueretur.

**III.** Conclusio: non datur hujusmodi distinctio ex naturâ rei media realem inter & rationis. Ita reliqui Theologi hodie & Philosophi propè omnes: Suarez d. illa 7. Metaph. l. 1. nu. 14. Vasq. l. p. d. 116. cap. 4. & 5. Hurt. d. 6. Metaph. l. 3. Arriaga d. 5. Log. l. 1. subf. 2. n. 6. Oviedo contr. 4. met. p. 2. n. 11. & alij. Probatur primò ex Aristotele 4. Metaph. textu 4. & 5. ubi ait; *omne ens vel esse idem, vel diversum sine ullo medio, item aliis locis ut 6. Metaph. ait, omne ens vel esse reale, vel rationis, cujus quasi rationem reddere videtur 4. Metaph. circa initium, dum ait; omne ens vel est in se, & sic est reale, vel est in apprehensione, & sic est rationis*, ergo etiam omnis distinctio, secundum Aristotelem, est vel realis, vel rationis, patet consequentia, omnis distinctio vel est in se, & sic est realis, sicut ens, vel est ex apprehensione, & sic est rationis, sicut etiam ens, ergo nullum datur medium in distinctione, sicut nec in ente, quæ est fundamentalis ratio hujus sententiæ: quam proinde ulterius explico &

Secundò probò conclusionem: hæc distinctio est distinctio unius ab alio ante omnem operationem intellectus, ergo est distinctio realis, hæc enim est definitio distinctionis realis: cum ergo hæc distinctio actu à parte rei existat ante omnem operationem intellectus, erit realis, sicut enim ens est illud quod independentè ab actu intellectus existit à parte rei, ita & distinctio realis erit illa quæ existit à parte rei independentè ab operatione intellectus: quando enim dicere volumus aliquid non esse, dicimus à parte rei non dari.

Dices, hæc esse unum realiter, animal, verbi gratia, & rationale, sed distingui ex naturâ rei. Contrà, hi sunt termini implicatorii, distingui enim ex naturâ rei est distingui secundum naturas & existentias rerum, ergo si distinguantur ante operationem intellectus ex naturâ rei, distinguuntur realiter, ergo non possunt esse unum realiter, verè enim ante operationem intellectus una entitas non est alia, ergo ante operationem intellectus distinguitur ab aliâ, ergo realiter, nam non sunt idem realiter, cum una non sit alia, hæc enim negatio, ut suprà dixi, esto in eâ non consistat formalis distinctio, est tamen signum infallibile non esse aliqua identificata realiter, ergo signum est ea distingui. Confirmatur, distinctio necessariò est inter duo, nihil enim distinguitur à seipso, ergo si est distinctio ante operationem intellectus, sunt duo ante operationem intellectus, ergo distincta ante operationem intellectus, ergo realiter.

Dices secundò, licet hæc distinctio sit ante operationem intellectus, non tamen esse realem, quia non est inter res, sed formas seu formalitates, & sic aptè vocatur distinctio formalis. Contrà, hæc formæ vel aliquid sunt vel nihil, ut suprà argumentabamur de modis, si nihil, nihil ad præsens institutum; si aliquid, ergo res, ergo entia, & ante operationem intellectus, ergo duæ res ante operationem intellectus, ergo realiter distinctæ, ergo non formalitates tantum, sed realitates, nec mediis ullis modis mediæ hujus distinctionis, inter distinctionem realem potest & rationis assignari, cum non sit medium inter existere ante operationem intellectus, & ante eam non existere cum sint contradictoria.

Tertiò Probatur Conclusio; si ante operationem intellectus, Iustitia Dei distinguatur ex naturâ rei à Deo, ergo habet in se negationem Deitatis, ergo non est Deus, ergo creatura, cum non sit medium, vel enim est major Deo, vel minor: quod sit major, dici nequit, *Deus enim est quo majus aut melius cogitari nihil potest*, nec æqualis, ergo minor, ergo etiam ex hoc capite creatura. Confirmatur primò, si Sapientia Dei ante ullam operationem intellectus distinguens non est Deus, ergo pari modo Deus non est Sapientia, quæ est propositio Gilberti damnata in Concilio Rhemenfi.

Confirmatur secundò, sequitur ex hac opinione manifesta compositio realis in Deo. Patet sequela, hæc attributa, Iustitia, Misericordia, Intellectus, Voluntas distinguuntur à parte rei ante operationem intellectus, & nec sunt idem inter se nec cum essentiâ Divinâ, ergo realiter distinguuntur, ergo realiter componunt, cum enim compositio sit distinctio-rum unio, eo modo quo est distinctio, est compositio, ubi ergo distinctio realis, compositio realis, ergo Deus justus, vel Deus bonus est compositum reale, sicut homo justus vel bonus, & sola differentia est, quod ibi sit Iustitia & Bonitas increata, hic creata. Quod si quis tandem ideo hæc omnia res esse negaverit, quia existere non possunt separata; nihil effecerit, sic enim nec tres Personæ Divinæ existere possunt separata, nec creatura separari potest

IV.

Secundò hæc distinctio est ante operationem intellectus, ergo est realis.

V.

Secundo omni actus intellectus una entitas non est alia, ergo distinguuntur realiter.

VI.

Dices: hæc distinctio tantum est inter formalitates.

Contrà: hæc formalitates distinguuntur ante operationem intellectus, ergo sunt realitates.

VII.

Sequitur Iustitiam in Deo habere negationem Deitatis.

VIII.

Ex distinctione ex naturâ rei sequitur videtur realis compositio in Deo.



ita à Deo, ut non destruat si illi non coexistat, & alia huiusmodi, quæ supra attulimus in signis distinctionis realis. Nec Gilbertus Porretanus dicebat posse Attributa Divina à Deo existere separata, & tamen damnatus fuit à Concilio.

**IX.** Argumenta pro hac opinione in duplici sunt differentia: aliqua enim procedunt de distinctione graduum metaphysicorum, quæ tractatu de universalibus proponemus, cum illic proprius sit quæstionem hanc discutiendi locus. Alia conficiuntur in Attributa

butis Divinis, quæ Theologica cum sint, Theologis relinquantur: per distinctionem tamen virtualem solvi commodè possunt, hæc enim distinctio in Divinis ob eminentiam essentiae & perfectionum Divinarum ita efficax est, ut fundare possit prædicata quasi contradictoria, ut *Relatio Filiationis producit, Essentia non producit*, & alia huiusmodi. Sed hoc peculiare est Deo, & mysterium Trinitatis fundat & Incarnationis: quare de hac opinione in præsentis sit satis, plura de ea dicemus infra Disput. 28.

## DISPUTATIO XXIII.

### De Distinctione rationis.

#### SECTIO PRIMA,

##### Varia Distinctiones rationis.

**I.** Duo entia rationis distinguuntur realiter.

Distinctiones denominati-  
væ.

**II.** Sermo hic est de distinctione, dicta rationis, quia fit ab intellectu.

Provenit hæc distinctio ab intellectu, vel ob imperfectionem intellectus, vel perfectionem.

**III.** Distinctio rationis dividitur in Fundamentalem, & Formalem.

**IV.**

**N**on est hic sermo de illâ distinctione rationis quæ propterea talis dicitur quod versetur inter extrema quæ sunt entia rationis, hæc enim licet per denominationem sumptam ab extremis vocetur distinctio rationis, re tamen verâ est realis, quippe quæ detur ante operationem intellectus fingentem, vel facientem novam distinctionem: si enim loqui de distinctione vellemus ut denominationem accipit ab extremis, tot distinctionum quot rerum haberemus diversa genera: sic enim distinctio inter duas res spirituales, esset spiritualis, inter corporeas corporea, inter negationes negativa, & infinita huiusmodi. De hac ergo distinctione rationis non procedit præsens quæstio, cum realia distinguantur etiam per rationem possint.

De illâ ergo distinctione hic disputatur, quæ cum in rebus ante rationem, vel intellectus operationem non sit, per ipsam fit, & propterea dicitur rationis: ratio enim non semper fingit quoad esse ea quæ distinguit, sed quæ re idem sunt, concipit inadæquate, & ut distincta, sicque sola distinctio, non esse rei provenit ab intellectu, ut cum in homine, verbi gratia, distinguit animal à rationali, supponit hominem, non fingit, quem tamen in partes illas metaphysicas distinguit. Provenit porro hæc distinctio ab intellectu, vel ob ejus imperfectionem, qui limitatæ virtutis cum sit, rationes omnes & formalitates in re aliquâ clausas, ut Attributa omnia in Deo, simul repræsentare non potest, sicque inadæquatis ea conceptibus sigillatim repræsentat; vel provenit ab intellectu ob ejusdem perfectionem, qui scilicet non materiali modo in objectum suum fertur, ut potentia sensitivæ, sed spirituali magis & subtili ratione, sicque illud in se unum, dividere intentionaliter, & in formalitates varias parti potest.

Primo ergo, distinctio rationis dividitur in Fundamentalem, & Formalem. Fundamental distinctio, quæ & Virtualis dicitur, nihil est aliud quam entitas rei apta distinguere, ejusmodi nimirum quæ plures in se perfectiones unitas & identificatas continet. Res enim quod perfectior, eò per se loquendo plures perfectiones in se habet, unde ratio entis omnium est imperfectissima, & ob suam imperfectionem in duas dividi formalitates non potest, ut potest ratio substantiæ, vel viventis, species verò infima in plurimas distinguere potest, cum rationes omnes superiores in se veluti in nodum quandam collectas contineat.

Hæc ergo eminentia & fecunditas objecti, quod perfectiones in rebus aliis dispersas, in se realiter unitas & identificatas habet, præbet intellectui fun-

damentum, ut in eadem re plures perfectiones distinguat formaliter, quæ tamen realiter identificantur. Proprie tamen loquendo, hæc fundamental distinctio, distinctio rationis non est, sed solum distinctio fundamentum, cum à parte rei detur ante omnem operationem intellectus seu rationis, & propterea dicitur virtualis distinctio rationis, non formalis: ita loquitur P. Suarez l. 4. de Trinit. c. 4. Fonseca 5. Metaph. c. 6. q. 6. & auctores communiter. Aliis verò nominibus vocatur *potentialis distinctio*, *apuditudinalis*, & *inchoata*. Formalis autem distinctio rationis est distinctio actu ab intellectu seu ratione facta & exercita.

Secunda distinctionis rationis Divisio est in distinctionem rationis *rationis*, & rationis *rationis*. Distinctio rationis *rationis* est cum intellectus absque ullo fundamento in re, diversos de eodem format conceptus, vel diversis illud nominibus synonymis appellat, ut cum rem eandem *vestem* appellamus & *vestimentum*, *gladium* & *ensem*; ita ut tota distinctionis ratio in intellectu refundatur. Hæc distinctio potius se tenet ex parte modi concipiendi, quam objecti cogniti, cum communiter nulla apprehendatur diversitas ex parte rei repræsentatæ, sed idem utrobique totum concipitur, ut cum dico, *Petrus est Petrus*, ubi ipsum eundem Petrum nunc ut subjectum concipio, nunc ut prædicatum.

Existimo tamen cum P. Vasp. 1. p. To. 2. d. 27. nu. 8 & d. 129. nu. 16. & 17. & P. Hurt. d. 6. Metaph. c. 5. §. 76. distinctionem hanc non esse in mente, sed in solâ voce reperiri; conceptus enim sunt synonymi, & solum vocatur distinctio, quia quis dicendo *ego sum Petrus*, vel *Petrus est Petrus*, ita secum vel cum alio se gerit, ac si ipse à se, vel Petrus à Petro esset alius, cum tamen in mente alius non sit, sed idem utrobique ex parte rei concipitur: Nec est subjectum vel prædicatum proprie loquendo, sed solum voce tenus, ad hoc enim requiritur habitudo aliqua ex parte rei conceptæ, cum subjectum sit quasi materia, ut docent Dialectici, indifferens ex se & indeterminatum, quodque determinatur per prædicatum tanquam per formam habentem aliquam ad hoc habitudinem. Hic verò nulla concipitur habitudo, nec idem eodem modo conceptum potest esse forma, vel quasi forma respectu subjecti, cum æque determinatum sit subjectum ac prædicatum, & è contra, quod enim posteriori loco ponatur, nihil facit, prædicatum enim non ideo est prædicatum quia ponitur ultimo loco, sed quia habet ex parte objecti aliquam ad hoc habitudinem, sic in hac propositione, *si albus paries*, albus est prædicatum & paries subjectum, quantumcunque situ & collocatione invertatur ordo: ut dixi in Introductione, d. 1. c. 1. n. 1.

Alij hoc modo, & bene, explicant distinctionem rationis *rationis*, tunc enim dicunt eam continere

Distinctio  
Fundamen-  
talis non est  
proprie di-  
stinctio, sed  
distinctio  
fundamentum

Formalis  
distinctio ra-  
tionis.

**V.**  
Distinctio  
Rationis ra-  
tionis, &  
rationis  
rationis.

**VI.**  
Distinctio  
rationis ra-  
tionis non est  
in mente, sed  
in solâ voce

**III**  
Distinctio  
rationis di-  
viditur in  
Fundamen-  
talem, &  
Formalem.

**VII.**  
Alius modus  
explicandi  
distinctionem  
rationis ra-  
tionis.

gere



gere cum eadem omnino res ex parte objecti duabus cognitionibus sese invicem clarioribus explicatur, ut cum duo, quorum alter acutior habet intellectum altero, eandem rem eodem modo concipiunt.

VIII. *Quid sit distinctio Rationis Ratiocinatae.* Distinctio rationis ratiocinata est illa, quae fit ab intellectu cum fundamento in re, in qua ex parte objecti diversitas aliqua affertur, ut cum hominem per conceptus inadquatos representamus, quorum nullo exhaustitur tota quidditas & ratio ejus objectiva, ut cum uno conceptu representamus rationem animalis, alio rationem rationalis, ubi facili apparet major diversitas ex parte objecti, quam cum praedicatur idem formaliter de eodem, ut dum quis dicit, *homo est homo, Petrus est Petrus* &c. Et de hac distinctione, tota reliqua procedet Disputatio.

## SECTIO II.

*Quotplex sit distinctio rationis ratiocinatae.*

I. *Quatuor species distinctiois rationis ratiocinatae. Prima inter duos conceptus objectivos.* IN quatuor plerumque species dividitur haec distinctio. Prima est & praecipua quae inter duos reperitur conceptus objectivos, seu perfectiones sese non includentes, ut *animal & rationale*, quae est maxima distinctio, respondetque distinctioni reali rei à re. Quapropter sicut ex partibus realiter & physice distinctis fit compositio realis & physica, ita ex conceptibus istis objectivis per rationem distinctis fit compositio proprie metaphysica. Haec inter genus reperitur & differentiam & vocari absolute solet distinctio formalis & essentialis, quia tam genus quam differentia habet suam essentiam sibi peculiarem, & non se invicem, nec inadquate includentem.

II. *Secunda, quando datur abstractio non mutua.* Secunda minor priori, est inter duas rationes formales, quarum licet una includatur in altera, non tamen è contra: sic ratio entis includitur in substantia quae est formaliter ens per se, non tamen è contra substantia in conceptu entis. Haec distinctio

vocari solet *abstractio non mutua*, respondetque distinctioni reali includentis & inclusi.

Tertia quae dicitur penes explicitum & implicitum, sicut & sequens, est inter rationes quaedam quae se mutuo formaliter includunt, ut secundum probabilem sententiam contingit in Attributis Divinis inter se, & cum essentia; unde cum concipimus Voluntatem Divinam, & de ea formamus conceptum inadquatum, concipimus implicitè Essentiam, vel intellectum licet de his non cogitemus explicitè, id est, cogitatione nostra formaliter non explicemus sub ratione Essentiae, & Intellectus. Sic licet homo formaliter in se includat ens, non tamen quoties concipit quis hominem, concipit explicitè, id est, conceptu suo explicat formaliter ens, ad solùm implicitè. Unde licet vocetur communiter haec distinctio rationis ratiocinatae, à nonnullis tamen, & fortè melius, vocatur penes explicitum & implicitum.

Quarta demum & ultima distinctio est inter Definitionem & definitum, ut cum dico, *homo est animal rationale*. Haec autem distinctio aliquo modo spectat ad distinctionem rationis ratiocinatae, quia aliqua varietas importatur etiam ex parte objecti saltem quoad modum concipiendi, cum in definito partes non importentur ut partes formaliter, sed solum implicitè, in definitione verò explicitè cogitantur ut partes. Alii tamen dicunt hanc distinctionem vix vocari posse rationis ratiocinatae, cum in definitione non considerentur partes praecise, sed ut unitae, partes autem unitae formaliter sunt totum ut totum formaliter. Unde qui concipit definitionem objectivam formaliter, concipit definitum formaliter, ac proinde vix ulla hic intercedit distinctio. Quod mihi videtur non improbabile.

Haec tamen ultimae distinctioes sunt valde imperfectae, ac proinde dicunt Doctores communiter, inter conceptus in his tribus ultimis distinctionibus expressos non reperiri compositionem metaphysicam.

III. *Tertia penes explicitum & implicitum.*

IV. *Quarta species distinctiois rationis ratiocinatae est inter definitionem & definitum.*

V. *Due postremae sunt valde imperfectae distinctiones.*

# DISPUTATIO XXIV.

*Dentur necne Praecisiones Objectivae.*

N ulla celebrior hodie, quam de Praecisionibus, in scholis quaestio; nulla, majore vel argumentorum, vel animorum contentione disputata, quasi ut ille olim *nodus*, Phrygiae, ita hic Philosophiae fatum foret. Acris igitur instituitur disceptatio, strenuè inter se concertantibus utriusque partis auctoribus, summamque vi ac conatu, & suae stabilire fundamenta sententiae, & alterius convellere contententibus. Quam nos partem sequuturi sumus, hujus decursu disputationis constabit.

## SECTIO PRIMA.

*Status questionis proponitur, & Auctorum sententiae referuntur.*

I. *Status questionis.* A nimal & rationale in homine inter se à parte rei identificari certum est, & non duo realiter sed unum esse. Quod & de aliis etiam praedicatis Metaphysicis, *Ente* nimirum, *substantia*, *corpore*, *vivente*, & ceteris, non minus firmiter est statuendum. Quaestio ergo praesens est, quo pacto, cum re sint idem, ratione distinguantur. Hic praesentis disputationis scopus.

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

Nonnulli ita hac in re philosophantur, ut, quicquid verbis asserant, omnem tamen haec inter praedicata distinctionem tollant: talem nimirum excogitant dicendi modum, qui licet voce praese distictionem ferat, re tamen verà nihil minus quam distinctio est. Asserunt ergo hi auctores, dum animal quis cogitat, non solum sentiendi principium menti illius obijci, sed totum hominem, animal nimirum simul & rationale in ordine ad sensationes conceptum. Dum etiam rationale mente concipit, totus, inquit, idem homo menti observatur, in ordine ad rationis operationes expressus. Idem ergo, secundum hunc philosophandi modum, utrobique menti obijciatur, & tota diversitas ex parte conceptuum reperitur, seu in distinctionibus, ut ajunt, formalibus.

Haec sententia Nominalibus passim tribuitur: quae à scholis propè jam relegate, & oblivione sepultam luci denò restituerunt docti quidam recentiores, & ita eam suam illustrarunt industria ut cultorem longè reddiderint quam cum olim à Nominaliù incide recens prodierat. Haec sententia, ut dixi, tribuitur Nominalibus, Okamo, Gabrieli, Grego recentiores, & reliquis illius classis hominibus, praeter quos

II. *Quidam vocentis distinctioem inter Animal & Rationale admittunt, re ipsa negant.*

III. *Hanc Nominalium sententiam luci restituerunt quidam recentiores.*



ex antiquis non facile quenquam inveniri, qui huius sententiæ patronus iure censeatur, imò ex scholis planè videtur fuisse exterminata. Unde P. Arriaga, qui tamen acriter hanc sententiam propugnat d. 5. Log. s. 2. n. 24. candidè fatetur eam paucis abhinc annis fuisse omni patrono destitutam. Ex recentioribus eam tenet P. Hurt. D. 6. Met. s. 4. P. Valen. l. 1. de Trinit. c. 3. P. Zuniga d. 2. de Trinit. d. 4. m. 2. P. Erice tr. 2. d. 2. n. 5. P. Arriaga citatus, P. Oviedo Cont. 4. Met. p. 8. quos alii sequuntur.

Nominalium  
sententia  
patet ante  
anniscari  
patrono.

IV.  
Secunda  
sententia  
ait Animal  
& Ratio-  
nale dividi  
in duos  
conceptus  
objectivos.

In quo hæc  
sententia  
differt à  
precedent.

V.  
Hæc est sen-  
tentia San-  
cti Thomæ,  
ejusque  
schola.

Mali citan-  
tur Suarez  
& Vasquez  
pro senten-  
tiâ Nomina-  
lium.

P. Hurtado  
solum voce  
tenet præ-  
cisiones im-  
pugnat.

VI.  
P. Suarez  
Nominal  
sententiam  
non laude,  
sed ad sum-  
mum venia  
dignam iu-  
dicat.

VII.

Secunda sententia affirmat cum animal quis, vel rationale considerat, non totum hominem menti obijci, sed entitatem à parte rei simplicem in duos conceptus objectivos inadæquatos intentionaliter dividi, ita ut dum animal cogitat, solum principium sentiendi illius menti obijciatur, dum rationale, solum principium ratiocinandi, sicque in distinctione rationis non solum duos dari conceptus, qui rem eandem in ordine ad diversas operationes & connotata exprimant (quamvis id fortè subinde fieri posse non neget) sed ulterius ait, intellectum duas perfectiones realiter identificatas partiri intentionaliter, representando scilicet unam, alterà per illud actum omnino non representatà, & hanc veram & genuinam vocat distinctionem rationis ratiocinata. In hoc ergo à priori sententia dissentit, quòd illa distinctionem rationis in eo sitam esse dicat, quòd res eadem per diversos actus intellectus in ordine ad diversas operationes, seu connotata representetur, nullà omnino apparente diversitate in objecto: hæc verò ita objectum per duos aut plures actus inadæquatos representari posse affirmat, ut in tot conceptus objectivos intentionaliter dividatur, quot conceptibus diversis formalibus exprimitur.

Hæc est clarissima sententia Sancti Thomæ, de cujus mente plura postea sec. 3. & 5. quæ Thomistæ sequuntur omnes, Cajetanus, Hervæus, Capreolus, Soncinas, Soto apud Suarez tum ibi, tum alibi, idque tam clarè, ut mirum sit in mentem adversarij venire potuisse, ut eum in suam sententiâ pertraherent, præsertim, cum ut ipse tetetur P. Hurtado de 6. Met. s. 4. subiect. 2. n. 93. P. Suarez Nominalium hæc in re sententiam impugnet, quod verò addit ibidem Hurtado, cum hoc solum vocetenus facere, re tamè ipsa eam sequi, quis non videt quàm parum sit verò simile? cur enim eam impugnet si illius doctrinà probaret. Multo verò magis mirum est, quòd Patrem etiam Vasquez velit Nominalium sententiam amplecti, quem tamen ibidem asserit acerbè eam mordere: certè suas opiniones nec mordere homines, nec impugnare solent. Pari quis iure ipsum Patrem Hurtado pro sententiâ præcisiones objectivas astruente citaverit: quamvis enim acerrimè eam impugnet, in promptu responso est, id solum voce tenet præstat: re ipsa sincerus Præcisionum amicus est, quicquid præ se verbis ferat.

Quod verò Pater Suarez ab Hurtado n. illo 93. citatus Nominales excuset, non arguit ipsum illorum sententiam amplecti, nec eam laude, sed ad summum venià dignam judicare. Tandem dum eam ad communem, hoc est S. Thomæ, & illius sequacium, opinionem reducit, non ipse ad Nominalium sententiam accedit, sed eos perducit ad suam. Tenet ergo hanc sententiam Suarez citatus, Molina q. 28. dist. 3. Vasquez l. p. d. 117. cap. 1. ubi Nominalium sententiam ex proposito impugnat, & d. 118. cap. 2. P. Granado l. p. q. 3. d. 6. Alberti in prædic. Relat. d. un. q. 6. num. 36. Tannerus l. p. d. 2. quæst. 2. d. 4. & alij passim, licet ex his nonnulli solum loquantur de perfectionibus divinis.

Ego (ut, quid hæc in re sententiam, declarem) licet

priorem sententiam ob inventorum, vel restitutorum potius auctoritatem probabilem esse non difficeat, secundam tamen & subtiliorem iudicio, & ob auctoritatis & rationum momenta longè probabiliorem, quodque caput est ad gravissimas, quæ passim cum in Philosophiâ, cum Theologiâ occurrunt, difficultates enodandas accommodatissimâ. Quod vel ex eo constat, adversarij siquidem ipsi, quamvis acerrimè in eam hic invehantur, sine ejus tamen adminiculo nihil explicare clarè possunt, unde nihil apud ipsos frequentius quàm ad diversas in objecto formalitates recurrere, ut passim in P. Hurtado, P. Arriaga & alijs quibus animadvertet.

Hoc ergo nomine præferenda est hæc sententia, quòd summam lucem ac claritatem rebus affert, cum tamen contraria, vel ipsis adversariis fatentibus, omnia confundat, actum enim quo genus, quo speciem, quo gradus omnes metaphysicos ipsi conficiunt, actum vocant confusum, & actum omnia confundentem. Actum ergo quo dicunt Animal, omnia animalia, quo Homo, homines omnes, & se inter reliquos confundunt. At verò sententia astruens Præcisiones Objectivas, clarè, distinctè, dilucidè procedit, res per sua prædicata, gradus, formalitates evolvit, perfecti omnes suis quamq; coloribus adumbrat. Nec confusionem, ut altera, sed claritatem rebus, scientiis perspicuitatem affert.

At licet ista in hac sententiâ desit, ob antiquitatem certè & canos mihi videretur præferenda, præsertim cum per tot annorum seriem primum illum suum vigorem, ac vires ad hæc usque tempora integras retinuerit, ubi altera, licet fuerit ætate penè par in ipsa prope juventute defecerit, & per multos jam annos velut extincta jacuerit: quod verò postliminio revixerit, suis debet Æsculapiis. Sed ad rem ipsam accedamus.

## SECTIO II.

Præfertur, & probatur sententia statuens  
Præcisiones Objectivas, & contraria  
impugnatur.

Conclusio: Dantur Præcisiones objectivæ, id est, dantur actus intellectus, seu conceptus in representando inadæquati, ita objectum realiter in creatis divisum seu identificatum partientes in plura prædicata se mutuo non includentia, ut unum ex parte objecti prædicatum representetur, alio per actum illum omnino non representatur: ita scilicet ut animal ex parte objecti cognoscatur, non cognitio rationali sine differentiis individuantibus, & sic de cæteris. Ita auctores secundæ sententiæ.

Probatur primò ex Aristotele 3. Metaph. t. 10. & alibi passim dicente differentias esse extra conceptum generis, & e contra, & in hoc Aristoteles compositionem statuit Metaphysicam, ex diversis partibus ratione distinctis compactam, sicut compositio physica ex partibus coalescit realiter ac physice distinctis, ergo secundum Aristotelem inter animal & rationale ex parte objecti datur aliqua distinctio, compositio enim est distinctorum unio, unde eo modo quo est compositio, esse debet inter extrema illa quæ componuntur distinctio.

Dices, compositionem illam de actibus intellectus genus & differentiâ representantibus intelligi, seu de genere & differentiâ formalibus. Contrà primò, docet Aristoteles hominem ex partibus metaphysicis, genere scilicet & differentiâ componi, ergo aliud sunt quàm actus intellectus, ex his enim nemo, opinor, dicit hominem componi. Contrà secundò, sic enim

Judicium  
de utraque  
sententia  
circa præci-  
siones.

VIII.  
Actus ne-  
gans præci-  
siones est  
actus omnia  
confundens.

Aristote-  
lens præci-  
siones omnia  
distinguit,  
& rebus  
lucem af-  
fert.

IX.  
Opinio a-  
struens præ-  
cisiones,  
semper in  
scholis vi-  
guit.

I.  
Dantur in  
creatis  
Præcisiones  
objectivæ.

II.  
Probantur  
præcisiones  
objectivæ  
ex Aristote-  
le.

III.  
Compositio  
metaphysica  
constare  
nequit ex  
conceptibus  
formalibus.



enim hæc propositio, homo est animal rationale, esset falsa, cum unus actus non sit alius. Contrà tertio, qui genus definiunt dicunt esse id quod prædicatur de pluribus differentiis specie, quod manifestum est de prædicato metaphysico objectivo intelligi debere.

IV. Dices 2. hominem ut relatum ad operationes sentiendi componere secum, ut refertur ad operationes rationis. Contrà 1. docet Aristoteles genus esse tantum partem hominis, & idem est de differentia, ergo genus non est totus homo. Contrà 2. relatio enim illa non sufficit ad compositionem metaphysicam, sic enim homo dormiens componere cum seipso posset vigilante. Contrà tertio, operationes non ingrediuntur vel genus vel differentiam hominis, sic enim distinguenter realiter, si autem sermo sit de solo recto, nulla erit secundum hanc responsionem inter genus & differentiam discrepantia.

V. Secundo, probatur ex eodem Aristotele, is enim sententiam Platonis impugnans de naturis separatis, quas Plato collocabat extra singularia, hoc nomine illam rejicit, quod à parte rei id statuat, quod nisi per intellectum fieri nequit: dicit ergo Aristoteles, id per intellectum fieri intentionaliter quod Plato posuit à parte rei, sed Plato, ut ait Aristoteles, naturas specificas separatas posuit à differentiis individualibus, ergo.

VI. Tertio, argumentor ratione: datur actus qui cognoscat animal, non cognoscat rationale, ergo per hunc actum aliqua ex parte objecti inter animal & rationale fit distinctio. Antè probationem antecedentis notandum, omnem nostram cognitionem abstractivam hic esse & imperfectam, sicut enim Divina cognoscimus per speculum in enigmate, ita quicquid cognoscimus in naturalibus, sensuum ministerio cognoscimus, sicque spiritualia per corporea, substantiam per accidentia, nec aliter, discernimus. Unde nullius rei pro hoc statu notitiam comparamus nisi per sensus, quodvis ergo objectum in tantum solum cognoscimus, in quantum per externa nobis signa innotescit.

VII. Nunc ergo probo antecedens, dum video hominem à longè, nulla video indicia principij ratiocinandi, ergo per notitiam hinc habitam non possum cognoscere rationale, sed solum animal, seu principium sentiendi. Antecedens probatur, solas video operationes sensitivas, ut suppono, sed hæc solæ produciunt speciem principij sentiendi, non ratiocinandi, unde perinde quoad hunc actum est, ac si principium ratiocinandi ibi non esset, sed id quod illic movetur esset equus, vel leo, ergo per hunc actum possum solum cognoscere animal seu principium sentiendi, non rationale, ergo per hunc actum ea inter se distinguo.

VIII. Mirum est in quot se partes versent adversarij, ut hujus argumenti vim declinent. Dicunt aliqui cum principium ratiocinandi sit illic identificatum cum principio sentiendi, cognoscendo explicitè & clarè principium sentiendi, cognosco implicitè & obscure principium ratiocinandi. Contrà 1. cognoscere idem clarè & explicitè, & non cognoscere illud clarè & explicitè, non minus sunt contradictoria, quam cognoscere & non cognoscere, ergo cum animal & rationale identificentur, æque poterit cognitio animalis non omnino cognoscere rationale, ac cognitio explicitè animalis, non cognoscere explicitè rationale.

IX. Contrà 2. nullam in hoc casu habet intellectus indicium rationalis, cum nullas videat operationes ratiocinandi, unde si objectum illud esset solum animal, eodem modo afficeretur intellectus, ergo

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

nullas habet species rationalis, ergo solum cognoscere in hoc casu potest principium sentiendi, & sic præcindere, vel neutrum principium cognoscere. Sicut oculo corporeo nihil in re ulla (spirituali) videmus, licet enim ibi sit ratio entis, & alia communes cum rationibus, seu prædicatis aliarum rerum, tamen quia unum illic videre prædicatum oculo corporeo non possumus, nullum possumus. Idem est in gratia, & rerum supernaturalium cognitione respectu virium naturalium intellectus Angelici. Sic qui vires solum habet ut quatuor, & pondus aliquod levandum sit ut sex, si duos illos gradus separare à reliquis non possit, cum totum pondus levare nequeat, nihil illius levabit. Sic ergo in præsentis, si intellectus in nostro casu separare intentionaliter nequeat principium sentiendi à principio ratiocinandi, nihil cognoscet, cum vires sufficientes intellectuales, comprincipium scilicet ex parte objecti sufficiens ad rationale cognoscendum non habeat, nempe species, cum ea quas habet, ad solum cognoscendum animal conducant, utpotè à solis operationibus sentiendi abstractæ.

Dicunt alij secundo, non ex eo deduci animal distinguui à rationali, quod discernere nequeat intellectus sentiendi principium hic esse principium ratiocinandi, sic enim rusticus novit aliquem esse hominem, quem tamen non novit esse animal rationale, & tamen etiam juxta nos homo ab animali rationali non distinguitur. Ad exemplum illud distinguo antecedens, non novit rusticus illum esse animal rationale quoad rem conceptam, nego antecedens; quoad vocem, id est, nescit quid animal rationale significet, concedo, si enim quis à rustico petat possitne homo sentire & intelligere, respondit possit, & quo gradu novit esse hominem, novit posse sentire & intelligere. Quod si hæc nesciat, non novit esse animal rationale, sed nec novit esse hominem, nisi voce tenus, & secundum figuram, seu signa quædam externa, quo etiam modo lupus & canis norunt hominem, dum ille eo conspecto fugit, hic ad herum accedit. Aliæ huic argumento sunt respondendi viæ, sed quia minus quam duæ jam propolite satisfaciunt, eas prætermitto.

Quarto probatur Conclusio: in hoc actu homo ut animal est principium sentiendi, inquiri quis huius propositionis sit sensus? Dices, sensum esse hominem ut comparatum ad operationes sensitivas esse animal. Contrarij comparatio illa est actus intellectus, actus autem propositionem illam formæ non reflectit supra se. Contrà 2. in aliis omnibus propositionibus reduplicativis, ut cum dico, paries ut albus distinguitur visum, sol ut lucidus fugat tenebras, actus non reflectunt supra se, nec se reduplicant, sed aliquid intrinsecum objecto: omnino ergo gratis diceretur actum hic reduplicare se. Contrà 3. & præcipue, in illa propositione reduplicatur sola virtus sentiendi, sed actus intellectus nullo modo est principium, seu virtus sentiendi, ergo.

Quinto probatur Conclusio: Quando quis dicit ignis est productivus caloris, cognoscit solum ordinem quem dicit ignis ad productionem caloris, non ordinem quem dicit ad productionem lucis, vel ignis, ergo præcindit. Dices, cognoscit, sed non exprimit. Contrà, exprimit ordinem quem dicit ignis ad productionem caloris, ergo si sit idem ordo etiam ad lucem, & ignem, eundem ordinem exprimit & non exprimit, sed hæc æque sunt contradictoria ac cognoscere & non cognoscere, ergo.

Confirmatur, quando uno actu cognosco ignem & calorem, & deinde alio actu cognosco ignem ut productivum caloris, novum prædicatum in igne cognosco, quod antea non cognoscebam. Quod si dicat

principij ratiocinandi, ergo nequit illud cognoscere.

X.

Rusticus, qui novit aliquem esse hominem, novit eum esse animal rationale quoad rem, licet non quoad vocem.

XI.

Hic actus, homo ut animal, est principium sentiendi, probat aperit propositionem obiectivam.

XII.

Hic actus, ignis est productivus caloris, præcindit obiectivè.

XIII.



*Aliud est co-  
gnoscere ignem  
& calorem,  
aliud cogno-  
scere ignem  
ut productum  
vulcanaria.*

dicat quis fuisse cognitum prædicatum hoc, sed ob-  
scure. Contra, ignis ut ignis cognoscebatur antea  
clare, ergo cum hoc prædicatum sit idem cum igne,  
idem cognoscebatur clare, & non cognoscebatur  
clare, certum enim est hoc prædicatum non fuisse  
per priorem actum cogniti clare, potest enim quis  
clare nosse ignem quoad substantiam, & tamen  
dubitare an sit productivus caloris, maxime ad ex-  
tra, multi enim hoc negant.

*XIV.  
en contraria  
sententia se-  
quitur, vel  
nullam esse  
distinctionem,  
vel esse realem.*

XIV. Sexto & præcipue probatur, nam omnis distin-  
ctio secundum adversarios consistit in actibus, & go-  
cum actus representans animal realiter distingua-  
tur ab actu representante rationale, distinctio vel  
nulla est vel realis, complexum liquidem ex toto  
homine, & actu cum comparante ad operationes  
sensitivas distinguitur realiter à complexo ex toto  
eodem homine, & alio actu cum comparante in or-  
dine ad operationes intellectuales. Homo autem  
idem semper est in utroque complexo, ergo animal  
vel non omnino distinguitur à rationali, vel distin-  
guitur realiter, sicut una manus distinguitur ab al-  
tera, in quibus est eadem anima, sicut hic idem ho-  
mo sub duobus actibus realiter distinctis.

### SECTIO III.

#### Ostenditur S. Thomam tenuisse Præcisiones objectivas.

*I.  
Frustra la-  
borant ad-  
versarii S.  
Thomæ nega-  
re præcisiones  
objectivas.*

I. Nullum non movet lapidem P. Hurtado, ut suam  
sententiam fundet in doctrina S. Thomæ, ut  
videre licet d. 6. Met. f. 4. sub f. 3. sed frustra: primo si-  
quidem loquitur ibi S. Doctor de attributis & per-  
fectionibus Divinis, quæ in probabili sententia, ut  
suprà vidimus, distinguuntur solum secundum im-  
plicitum & explicitum. Secundò, multi admittentes  
Præcisiones objectivas non negant posse subinde  
totum objectum per intellectum ad aliquas opera-  
tiones & connotata referri. S. Thomas ergo unum  
faciendo, non negat alterum, ut ex locis itatim ci-  
tandis constabit. Aliquando verò vult non ita fieri  
distinctionem rationis, ut in actu signato represen-  
tetur in Deo aliqua diversitas, sic enim supponere-  
tur in Deo ante actum distinguente. Hoc tamen  
non obstat quo minus per actum inadæquate cog-  
noscentem distinctio fiat in actu exercito.

*II.  
primus locus  
S. Thomæ  
clarissimus  
pro præcisi-  
onibus obje-  
ctivis.*

II. Primum ergo testimonium, ad ostendendum S.  
Thomam sententiam de præcisionibus objectivis  
tenuisse, desumitur ex l. p. q. 85. a. 1. ad 1. & 2. ubi cum  
duos modos præcisionis objectivæ posuisset, nega-  
tivæ, quæ scilicet negatur unum esse aliud, quod ta-  
men in re est illud, & hanc dicit esse falsam: & præ-  
cisiivæ, quando nimirum non negamus unum de  
alio, sed solum intelligimus unum, nil considerando  
de alio, quam, inquit, abstractionem quia non conside-  
ravit Plato, posuit naturas rerum separatas secundum  
rem. Hic ergo S. Doctor idem dicit per intellectum  
fieri, & intentionaliter, quod Plato posuit Physicè,  
& à parte rei, sed notissima est illa sententia Plato-  
nis, species, seu naturas ponentis separatas à singula-  
ribus. Hinc ergo aperte constat asserere S. Thom.  
naturas à singularibus per actum intellectus obje-  
ctivè distingui, & præcindi.

*III.  
Secundus  
locus eius de  
S. Doctorum.*

III. Deinde l. p. q. 40. a. 3. corp. hac de re loquens, sic  
habet: Respondeo dicendum quod duplex sit abstractio  
per intellectum, una quidem secundum quod univer-  
sale abstrahitur à particulari, ut animal ab homine,  
& in hac abstractione non remanet id in quo sit abstra-  
ctio, remota enim ab homine differentia rationali, non  
remanet in intellectu homo, sed solum animal. Non  
video quo modo clarioribus verbis S. Doctor Præ-  
cisiones objectivas exprimere potuisset.

Singularis etiam ad hoc probandum locus est  
3. p. q. 3. a. 3. corp. ubi loquens de cognitione abstra-  
ctiva, qua intellectus cognoscit Deum per modum  
suum, nempe ipsius intellectus, per quam cognitione,  
ait S. Doctor, multipliciter & diversimodum cognoscit in-  
tellectus id quod in Deo est unum, & per hunc modum  
potest, inquit, intellectus nosse intelligere bonitatem &  
sapientiam divinam, non intellecta Paternitate vel  
Filiatione, & abstracta Personalitate per intellectum,  
possumus adhuc intelligere naturam.

Item in l. d. 2. q. 1. a. 3. sic habet: quidam dicunt quod  
ista attributa, misericordia & iustitia divina non dis-  
ferant, nisi penes connotata in creaturis, quod non potest  
esse. Ibidem etiam ait, pluralitatem Divinorum Nominum,  
seu perfectionum non esse solum ex parte intellectus, secun-  
dum diversas conceptiones, quæ dicuntur diverse ratio-  
nes, sed etiam ex parte ipsius Dei. Sed non est nostri insti-  
tuti Theologica ista ita ad amissum discutere. Plura  
hac de re dixi l. p. d. 1. f. 5. & hic quædam adjiciam inf. f. 5.

Ad illa verò quæ in contrarium, ex angulis qui-  
busdam operum S. Thomæ, affert P. Hurtado, nempe  
ex opusculis. Respondeo in primis, opuscula illa  
non esse æqualis auctoritatis cum reliquis Angelici  
Doctoris operibus, unde in editione Romana di-  
verso ab aliis charactere habentur, ut notat Bellar-  
minus de scriptor. Ecclesiast. quæ de causa à multis  
dubia fidei censentur. Deinde dico dum affirmat  
S. Thom. distinctionem esse in intellectu, intelligit  
distinctionem distinguente, vel quasi activam, cui  
alia passiva respondeat ex parte objecti, dum rem in  
se unam intellectus inadæquate representat, ut  
infra latius videbimus.

Provoco ergo à S. Thoma ad S. Thomam: à S.  
Thoma in operibus dubiis, ad S. Thomam in certis  
& ab omnibus pro S. Doctoris libris admissis: à S.  
Thoma in locis quibusdam obscuris, ac veluti li-  
brorum ejus appendice, ad S. Thom. in nobilissimis  
illius operibus, totoque orbe celeberrimis, denique  
à S. Thoma semel aliquid insinuante, ad S. Thomam  
contrarium variis locis, diversisque ad id proban-  
dum adductis rationibus clare & constanter asse-  
rentem. Accedit, quod Thomiste hoc modo Magi-  
strum suum explicent, quod non levi mihi est argu-  
mento hanc S. Doctoris veram esse sententiam.

### SECTIO IV.

#### Referuntur modi quidam Præcisiones objectivæ defendendi.

I. Suppono cum Theologis prope omnibus, & Phi-  
losophis, contradictoria propriè & rigore sum-  
pta, nec in Divinis admitti debere, nec creatis. Quare  
vicio ab omnibus hodie vertitur. Okami, qui in  
l. d. l. q. 5. contradictoria concedi non debere asserit,  
nisi ubi Ecclesia, Scriptura, vel aliqua ex fide deducta  
consequentia ad hoc nos cogit. Quasi verò fides, quæ  
est regula veri, ad contradictoria, quorum altera  
semper pars est falsa, unquam cogat. Quare non  
possum non mirari recentiores aliquos, qui, dum  
hanc S. Thomæ & nostram de Præcisionibus obje-  
ctivis sententiam impugnant, integras in eo argu-  
mento paginas scribendo implent, ut probent, con-  
tradictoria admitti non debere. Quos impugnant?  
His lapidibus Patris sui Okami caput petunt, qui  
id ex sua sequi sententia in Divinis vidit, & sine ter-  
giversatione passus est. Qui verò admittunt Præci-  
siones objectivas, clarissime contradictoria effu-  
giunt, ut videbimus, id propterea hanc in objecto  
distinctionem statuunt, ne in hunc contradictorio-  
rum scopulum impingant, in quem, ducta suæ sen-  
tentia, impigisse se fateatur Okamus.

Inge-



II.

Ingeniosi ergo aliqui recentiores, ut hanc de præcisionibus sententiam defendant, varios excogitaverunt modos, quos hic referam. Qua verò via ego incedendum putem, aperiam sectione sequente.

III.

Primus  
modus de-  
fendendi  
Præcisiones  
objectivas.

Primus itaque modus est, objectum respectu diversæ cognitionis esse virtualiter duplex, ita ut sub hac duplici ratione cognosci possit, & non cognosci, sicque propositiones in speciem contradictorias terminare, quæ tamen hic & nunc contradictoriae non sunt, cum non in idem omnino objectum ferantur, sed in tale, quod virtualiter sit duplex, sicque æquivalenter duo objecta. Ita tamen hoc asserit hic modus, ut totum dicat objectum semper cognosci. Quod dari possit huiusmodi objectum capax propositionum in speciem contradictoriarum, clarè ostenditur in probabili multorum sententiâ, de homine, qui in diversis locis divinitus constitutus, vivere potest & mori, esse in gratiâ & peccato, & similibus, & omnes fateri debent de eodem homine, Petro, exempli gratiâ, in diversis temporibus; hodie enim est in gratiâ, cras peccat, hodie vivit, cras moritur, & sic de cæteris.

IV.

Hæc via  
explicandi  
præcisiones  
probabilis  
est, non ta-  
men plene  
satisfacit.

Hic explicandi modus probabilis est, & sufficientem in objecto distinctionem ponit ad vitanda contradictoria. In eo tamen displicet, quod Præcisiones non statuat propriè objectivas. S. Thomas enim, ut vidimus, & alij qui has propriè & in rigore statuunt, dicunt debere objectum cognosci divinum: unum attributum, perfectionem, prædicatum repræsentari, altero relicto, uno verbo, per intellectum fieri debere intentionaliter, quod Plato posuit physicè, naturas scilicet à singularibus, genus à differentiâ, unâ perfectionem ab aliâ per intellectum separando. Cum verò hic modus totum semper objectum cognosci asserat, separationem hanc objectivam non satis declarat, sicque genuinam Angelici Doctoris mentem, & hujus opinionis candorem, non plenè videtur assequutus.

V.

Secundus  
modus de-  
fendendi  
præcisiones  
objectivas.

Secundus modus est eorum, qui gradus metaphysicos, prædicata item omnia, & perfectiones, quæ in rebus inveniuntur, distingui ante omnem intellectus operationem asserunt, per ordinem scilicet ad actum intellectus possibilem, sicque faciliè explicant quomodo per actum postea præscindunt unum objecti prædicatum cognoscatur, aliò non cognito.

VI.

Hic modus  
clarè pro-  
cedit, licet  
difficultate  
penitus non  
careat.

Hic etiam modus suam habet probabilitatem, & clarè prædicatum à se invicem separationem ponit. Ita tamen hoc facit, ut multo plus faciat; Unde vercor ne, dum distinctionem rationis in objecto statuere velit, statuatur realem. Si enim ante omnem intellectus operationem, seu à parte rei gradus metaphysici inter se distinguantur, quantumvis in ordine ad actum intellectus possibilem id fieri dicatur, agere hoc à distinctione reali excusabitur.

VII.

Bene tamen de re Philosophicâ meriti sunt hi recentiores, utpote qui felici industriâ conati sunt illam opinionem illustrare, qua, ut ego existimo, nulla in toto cursu Philosophico majorem scholis lucem adferet.

## SECTIO V.

Vera ratio explicandi Præcisiones objectivas.

I.

Ante actum  
præscinden-  
tem nulla  
est actualis  
distinctio  
in objecto.

Dico itaque, ante operationem intellectus, seu actum præscindentem, nullam in objecto actualem fuisse distinctionem, sed solum apertitudinalem, seu fundamentalem, vel, ut alij vocant, virtuales, intellectus verò suâ sagacitate prædicata hæc realiter identificata intentionaliter separat ac divi-

R. P. T. b. Comptoni Philosophia.

dit, ita ut uno repræsentato seu cognito, aliud non repræsentetur, sed perinde se habeat, atque si in objecto omnino non esset, non quidem abstractione negativâ, seu negando rationale esse unitum animali, hoc enim esset falsum, ut rectè S. Thomas citatus est, num. 2 sed præcisiâ, cognoscendo scilicet animal, nullâ per illum actum factâ mentione rationalis. In duobus igitur fundatur hæc conclusio, fecunditate objecti, & intellectus subtilitate. Ad cujus explanationem.

Norandum primò, rem quamvis, quò præstantior est, eo plures in se perfectiones realiter identificatas continere, quæ in alijs inveniuntur dispersæ: sic planta perfectior est lapide, utpote quæ gradui corporis superaddit gradum viventis; animal perfectius est planta, quod cæteris gradibus in eâ inclusis gradum addit sensitivum; Homo denique animal in perfectione excedit, quia præter sensitivum, rationalis gradum includit. Hinc fit ut cum perfectiones varijs realiter in alijs rebus distinctas, in eadem re identificatas videamus, & in unum veluti nodum collectas, præbeat intellectui fundamentum ut unam distinguat, & intentionaliter quasi separet ab aliâ. Quare si quid adeo imperfectum sit, ut unum in se solummodo prædicatum contineat (quales communiter statuuntur duo cuiusque rei termini, Ens scilicet, & individualis differentia) licet illud abstrahi ab alijs possit, in eo tamen ulterior abstractio seu separatio fieri nequit, cum duas in se rationes non contineat quæ separentur, separatio autem nisi inter duo fieri non potest.

Norandum secundò, actum intellectus duplicem quasi in se rationem continere, formæ physicæ & intentionalis, ut physica qualitas est inest subjecto, ut intentionalis fertur in objectum, ut physica inheret, ut intentionalis repræsentat, ut physica petit proportionatum sibi subjectum, spirituale scilicet, vitale &c. ut intentionalis nullam cum objecto postulat proportionem, sed æqualiter fertur in corpus, spiritum, substantiam, accidens, creatum, increatum, ens, non ens, in omnia indiscriminatum. Denique ut qualitas est physica determinatam habet sphaeram, & certis quibusdam terminis ac limitibus circumscribitur, ut intentionalis nullis continetur limitibus, non alligatur circumstantijs loci ac temporis, sed tam objectum absens repræsentat quàm præsens, tam præteritum quàm futurum, imò quod necesse est, esse potest.

Actus ergo intellectus, cum ut qualitas intentionalis est, non servet leges aliarum qualitarum, sed modo longè subtiliore procedat, ut ostensum est, non est cur objectum etiam in se physicè indivisum dividere nequeat intentionaliter, cum in repræsentando vim, ut vidimus, habeat illimitatam. Cum ergo hac ratione repræsentare possit objectum quod omnino non est, ita & inadæquatè repræsentare quod est.

Hinc ortum habuit dictum illud, quod, ut commune Philosophorum ad hanc ipsam rem affert P. Granada l. 1. in 1. p. tr. 2. d. 6. n. 5. Intellectus potest divisa adunare & adunata dividere. Quod etiam doct. Suarez d. 6. Met. l. 9. n. 12. hoc tribuens subtilitati intellectus, hæc est inquit, vis intellectus, ut præscindat, & abstrahat, quæ in re non sunt actus distincti aut præcisi, nempe realiter, nam si realiter distincta essent, P. Suarez non magnam sanè argueret vim aut subtilitatem præcisionis intellectus unum sine altero cognoscere, sicut nec rem eandem nunc ad has nunc illas operationes comparare, hoc enim per se loquendo, factum facilius est quàm simul referre ad omnes, præsertim cum tot sint tamque variae, ut agere, nisi à sagacissimo intellectu res ad omnia simul distinctè referri possit.

II.

Res, quæ  
perfectior,  
eo plura in  
se prædica-  
ta continet.

Hinc fun-  
damentum  
sunt intel-  
lectus nu-  
m præ-  
dicatum ab  
aliò distin-  
guendi.

III.

Differentia  
intellectio-  
nis ut est  
forma phy-  
sica, & in-  
tentionalis.

IV.

Majore est  
vis intel-  
lectionis ut  
est qualitas  
intentiona-  
lis, quàm ut  
est physica.

V.

Intellectus  
potest divi-  
sa adunare,  
& adunata  
dividere.



VI.  
Idem facit  
P. Vasq. &  
acerrime  
impugnat  
sententiam  
Nomina-  
lium.

Idem clarius adhuc, fufius, & nervosius docet P. Vasquez l. p. d. 117. c. 1. per totum, ubi alios multos in hanc eandem rem citat. Loco igitur citato discretis verbis ait, intellectum nostrum rem omnino simplicissimam in varios dividere conceptus objectivos, & rem simplicem & individuum nobis quasi per partes objicere. Et tandem sub finem capitis sic concludit: *Cognitio, inquit, & qualitas in intellectu expressa hanc habet virtutem, ut, licet non attingat rem ipsam externam, minus tamen faciat illam presentem, & diverso modo apparere: ac proinde aliquando representatione dividit & distinguit, quod re ipsa indivisum est.* Ubi nostram conclusionem, & axioma illud ap. Granado allatum totidem ferè verbis tradit, & acerrime impugnat Nominales asserentes hoc fieri per comparationem ad diversa connotata. Et licet sermo illic præcipue sit de attributis divinis, addit tamen P. Vasquez n. 2. idè in multis rebus creatis contingere.

VII.  
P. Granado etiam  
clare docet  
precisiones  
objectivas,  
& acriter  
invehitur  
in Nominales.

P. æterea P. Granado loco citato l. in 1. p. tr. 2. d. 6. ait hanc de precisionibus objectivis esse communem sententiam, diversitate, inquit ipse, apparente in ipso objecto prout cadit sub intellectu. Ubi etiam acriter impugnat Nominales hoc fieri asserentes per connotationem diversorum effectuum. Deinde n. 5. ait juxta commune axioma Philosophorum intellectui inesse vim adunata dividendi, non realiter, sed objectivè. Et multa alia ibidem hunc in finem adducit.

VIII.  
Clarissime  
nostram sen-  
tentiam de  
precisioni-  
bus tradit  
Doctor  
Angelicus.

Tandem, qui mihi est instar omnium, D. Thomas hanc nostram sententiam clarissime tradit l. contra Gen. c. 54. *Intellectus, inquit, ea quæ sunt in esse conjuncta interdivisum accipere potest, quando unum eorum in alterius rationem non cadit: & propter hoc in terrario considerare potest binarium tantum, & in animalis rationis, id quod est sensibile tantum.* En eodem modo docet S. Doctor posse sensibile concipi sine rationali in homine, quo binarium sine tertio numero in terrario.

IX.  
Clarius ad-  
ducit in can-  
dem rem  
loquitur S.  
Doctor.

Hoc verò ipsum multò clarius perfectioni intellectus supra sensum tribuit l. p. q. 12. a. 4. corp. his verbis: *Anima nostra duas habet virtutes cognoscitivas, unam quæ est actus alicujus corporis organi, & hanc conaturale est cognoscere res secundum quod sunt in materia individuali, unde sensus non cognoscit nisi singularia: Alia verò virtus cognoscitiva ejus est intellectus, qui non est actus alicujus organi corporalis; Unde per intellectum conaturale est nobis cognoscere naturas, quæ quidem non habent esse nisi in materia individuali, sed secundum quod abstrahuntur ab eâ per considerationem intellectus. Unde secundum intellectum possumus cognoscere hujusmodi res in universali, quod est supra facultatem sensus.* Quibus verbis clarius potuisset S. Doctor intellectum, & modum ejus cognoscendi extollere supra sensum, ejusque perfectioni tribuere abstractionem naturæ à singularitate?

X.  
Aquam ali-  
quam in pro-  
fluente  
queritans.

Quare non possum non mirari non neminem, qui velut aquam in profluente queritans, auctores, qui intellectum vim habere res adunatas intentionaliter dividendi, produci postulat, cum Suarez, Vasq. Granado, & quod caput est, Doctor ipse Angelicus id apertissime asseverent, ut vidimus. Multò verò magis miror dixisse aliquem hoc axioma nullius esse auctoritatis, cum primò Pater Granado testetur esse communem Philosophorum, communis autem Philosophorum auctoritas sine dubio alicujus momenti est. Desumptum verò est ex Averroez l. 2. Metaph. c. 39. quodque Aureolus, Gregorius & alij Nominales olim conati sunt explicare, ut fatetur P. Hurtado, licet frustra. Deinde P. Sua. Vasquez, & alij quoad hanc partem adunata dividendi, doctrinam in eo contentam tradunt & elucidant, ut vidimus.

Omnium verò maxime miror dixisse quempiam, non ad hunc finem axioma illud attulisse Patrem Granado, nempe ad probandum posse intellectum rem physicè indivisam dividere objectivè quod tamen evidentissimum est eum fecisse, ut locum citatum intuenti constabit. Licet enim l. 1. in 1. p. tr. d. 2. 5. n. 10. dicat contra nonnullos, à parte rei, seu ante distinctionem per intellectum factam, quidquid de unâ perfectione dicitur, dici debere de aliâ omni cum eâ identificatâ, secus tamen asserit de 6. n. 5. contingere factâ distinctionem per intellectum, & acriter, ut dixi, ibidem impugnat Nominales attributa & perfectiones in ordine ad connotata extrinseca & effectus explicantes.

XI.  
Pa. um sin-  
cere quidam  
auctores  
citant.

## SECTIO VI.

Declaratur magis hic modus Precisiones objectivas defendendi.

Diximus sectione præcedente actum intellectus duplicem in se rationem continere, physicæ scilicet formæ, & intentionalis, & ut physica qualitas est subire leges aliarum qualitatum, ut verò est intentionalis, seu in representando, non esse modulo aliarum qualitatum metiendam, & sub hac ratione posse eum adunata dividere, & rem realiter indivisam intentionaliter separando, in varia prædicata objectivè distinguere.

Utraque hæc ratio clare cernitur in hoc exemplo: Ponamus animam hic in corpore existentem elicere actum præcisiuum circa seipsam, concipiendo scilicet rationem animæ tantum, non concepta differentia individuali. Hic actus ut intentionalis est, terminatur ad solam rationem animæ, non ad differentiam individualement, sicque has rationes à se invicem in mente separant: ut verò physica qualitas est, nullam inter eas rationes facit distinctionem, sed inest æqualiter utrique tanquam subiecto, cum physicè & à parte rei non sint duæ rationes, sed una, nec sub hac ratione magis dividit rationem animæ à differentia individuali, quam albedo in pariete rationem parietis ut sic à ratione hujus parietis. Et ratio est clara, cum enim ut physica qualitas est, inest animæ tanquam subiecto, & physicè, si divisionem ullam faceret, faceret physicam, quod implicat, sic enim esset eadem physicè res, & non esset, quia esset physicè divisa.

Hinc manifestum apparet discrimen quare dari possit virtualis, seu fundamentalis distinctio in ordine ad cognosci & non cognosci, seu ut unum prædicatum representetur non representato alio cum eo identificato, non tamen virtualis distinctio in ordine ad currere & non currere, destrui & non destrui, existere & non existere, hæc enim physica cum sint, non intentionalia, & materialia, non perspicace illo, ac subtili modo procedant, quo intellectus, si rem dividerent, dividerent physicè, & realiter, quod implicat, sic enim eadem res realiter esset duæ realiter. Si autem implicet actualis distinctio seu divisio realis ejusdem rei realiter, implicat etiam apuditudinalis seu virtualis, sicut si implicaret actualis vitio, implicaret similiter potentia visiva.

At verò contradictoria non sunt esse rem aliquam physicè ac realiter eandem, & intentionaliter distinctam, seu divisam, hoc enim aliud nihil est, quam eam inadæquatè cognosci ex parte objecti, seu non totam simul, sed sigillatim, & quali per partes objici, sicque representari secundum diversas rationes, quæ licet à parte rei sint idem, & consensent eandem physicam entitatem, intellectus tamen suâ sagacitate una

I.  
Declaratur  
magis du-  
plex illa vis  
intellectio-  
nis.

II.  
Duplex  
hæc virtus  
intellectio-  
nis clare  
cernitur in  
exemplo  
animæ eli-  
citis actibus  
præcisiivum  
circa seip-  
sam.

III.  
Cur datur  
virtualis  
distinctio  
ad cognosci  
& non cog-  
noscere, non  
tamen ad  
currere &  
non currere.

IV.  
Nulla est  
contradictio  
quod res  
physicè ean-  
dem, inten-  
tionaliter  
dividatur.



te unam ex illis percipere potest, aliâ non perceptâ, quod est præcisivè dividere objectum, seu præscindere objectivè.

Dices, intellectus noster qui contrariam sequimur sententiam non est adeo subtilis ut unam rationem seu perfectionem separet ab aliâ, ergo fictitia est hæc subtilitas. Contra primò, intellectus Philosophorum propè omnium, qui rem hanc hæcenus tractant, fuit adeo subtilis ut id præstaret, ut constaret ex axiomate illo ab ijs statuto, quod supra retulimus: tum quia prædicata in objecto dividunt in mutuo sese includentia, & non se mutuo includentia, cur ergo soli tenebras præ exunt.

Contra Secundo, quid ergo volunt hæc passim apud eos reperta voces, *causa adequata est quæ continet omnes formalitates effectus*: quid illæ, *vitalitas actus formaliter refunditur in causam vitalem supernaturalis in supernaturalem, representatio in speciem*, & hujusmodi? quis clarius perspicit, quis acutius formalitates in objecto dividit ac distinguit? Unde qui hic debilitatem visus causantur, ubi vel ad naturam causæ adequatæ, vel rationem effectus vitalis pervenerint, uno verbo, ubicunque eorum interest (interest autem quoties clarè quidquam explicare volunt) tam cernunt acutum, quam aut *Aquila*, aut *serpens Epidaurium*. Cui ergo bono hic cam pro viribus impugnare sententiam, ad quam tam ipsi, quam quotquot vel scribunt, vel loquuntur Philosophi, in gravissimis quibusque difficultatibus explicandis coguntur confugere?

Contra terriò, dicunt adversarij duas in judicio distinguendas esse formalitates, representationis alteram, alteram connexionis, in Definitione unam artificij, quæ ad logicam spectat, aliam veritatis, quæ ad alias scientias. Inquiri quo pacto distingui hæc formalitates debeant, si distingui nequeant, sed nobis fortè, non sibi has regulas præscribunt.

Dices, hinc sequi Deum posse objectivè præscindere, si enim hoc in perfectionem intellectus refundamus, Deus qui intellectum habet omnium perfectissimum, hoc omnium maximè præstabit. Confirmatur, ergo etiam id præstabant Angeli, qui acutius multò vident hominibus.

Ad argumentum dico, eadem quis argumentatione probaret posse Deum discurrere cum hoc in hominibus perfectionem arguat supra sensus, & homines, quo sagaciores, eo id acutius præstent. P. Arriaga d. 5. Log. f. 4. sup. 3. concedit Deum etiam objectivè præscindere. Existimo tamen Deum propriè non præscindere, & ratio in meis principijs est clara, præscindere enim est rem inadquatè cognoscere, seu unum in objecto representare, non representari alio, Dei autem cognitio respectu cuiusque rei necessariò est adequata, sicut nec adversarij, opinor, dicent Deum præscindere formaliter, quod secundum ipsos est hominem ex. g. in ordine ad solas operationes sensitivas comparare, quod Deo non competit, qui cum semper in ordine ad omnes cognoscit. Non ergo infinitam cognitionem divinam ad curtâ nostrâ debemus & imperfectâ normam exigere, nec immentum illum scientiæ Oceanum nostris captiunculis metiri. Quod, si quis in actu cognitionis divinæ tot esse dicat prædicata virtualiter distincta, quot sunt in objecto fundamentaliter distinctæ formalitates, & singulis hisce formalitatibus singula in Dei scientiâ respondere prædicata, ac propterea Deum præscindere; quæstionem fecerit de nomine. Ita verò cum auctoribus t. g. citatis vim præscindendi objectivè in intellectus perfectionem refundo, ut aliquid asseram admisceri debere imperfectionis, nempe limitationem.

Ab confirmationem dico, Angelum in ijs quæ

cognoscit abstractivè, non minùs objectivè præscindere posse, quam hominem. Utrum autem per actus intuitivos fieri possit præcisio, dicitur postea.

## SECTIO VII.

Quo pacto in præcisionibus objectivis invenitur distinctio ex parte objecti.

I. Nprimis notandum, si quis per actum intellectus distinguentem objectivè, realem velit, aut physicam in objecto mutationem produci, frustra id facit, nullus enim auctor, quod sciam, id docet, sed solum volunt hujus sententiæ auctores fieri hanc distinctionem intentionaliter. Unde, ut notat P. Valp. supra citatus, est quæstio penè de nomine an objectum intrinsecè dividi dicatur, an extrinsecè, dummodo concedatur rem in se realiter indivisam separari intentionaliter, & inadquatè ex parte objecti representari, ac dividi, ut loquitur ipse, in diversos conceptus objectivos. Scopus ergo præsentis sectionis est ut ostendam quomodo objectum per actus præcisivos distingui, dividi, ac mutari dicatur intrinsecè.

Sic ergo arguunt adversarij: Objectum antea ut adequatè distinctum à cognitione, non erat distinctum vel divisum, ergo si per cognitionem distinguatur, cognitio ponit vel producit aliquid ex parte objecti intrinsecum, per quod distinguatur, quod tamen intelligi nullo pacto potest. Respondeo objectum ante cognitionem distinctum fuisse fundamentaliter, correlativa quippe sunt: posse cognitionem dividere objectum, & objectum dividi posse per cognitionem. Nego tamen per actum distinctionem ullam poni aut produci in objecto. Urgebis, ergo nulla omnino est distinctio actualis ex parte objecti, patet, antea non erat, ut faciemur, nec fit ab intellectu, ergo nulla est. Distinguo minorem, non fit per actum intellectus positivè, concedo minorem; præcisivè, nego, seu, quod eodem recidit, non fit per actum intellectus aliquid ponentem in objecto, concedo, aliquid tollentem, nego, dum enim principium sentiendi concipit non conceptio rationalis, tollit præcisivè principium ratiocinandi à principio sentiendi, quod nimirum in ordine ad hunc actum perinde se habet, ac si non esset realiter à parte rei identificatum cum principio sentiendi: tollit, inquam, illud, non physicè, sed intentionaliter, non positivè, vel potius negativè, seu ut loquitur S. Thomas, concipiendo non esse illud unitum principio sentiendi, hoc enim esset falsum, cum tamen juxta Aristotelem. *Præscindendum non sit mendacium*, sed præcisivè, id est non concipiendo illud quicquid à parte rei conjungitur.

Res hoc exemplo fiet clarissima. Ponamus intellectum representare parietem sine omni colore, representet postea albedinem & inhaerentem, jam aliter se habet paries intrinsecè respectu intellectus quam antè, utpote qui jam varias de illo formare potest propositiones, quas antea non poterat, & voluntatem monere ad varios circa illum actus de novo exercendos. Idem è contrariò est de divisione, seu separatione. Concipiat e. g. intellectus Petrum sine visu, aut solem non concepta in eo luce, verè respectu intellectus separatur, visus à Petro, lux à sole, & aliter se habent intrinsecè jam respectu intellectus, quam quando representabatur, hic cum luce, ille cum visu.

Dices, actus intellectus est objecto extrinsecus, ergo facere in eo nequit diversitatem intrinsecam. Distinguo consequens, non potest facere in eo diversitatem

I. Per præcisivam nullam fit physica mutatio in objecto.

II. Distinctio hæc objectiva non fit aliquid ponendo in objecto, sed illud inadquatè re-presentando.

Declaratur quomodo fiat præcisio.

Præscindendum non est mendacium.

III. Potest aliquid habere se aliter intrinsecè respectu intellectus, licet non mutetur physicè.

IV.

V. Omnes ferme, intellectus hæc in re subtilitatem agnoscunt.

VI. Qui verbo præcisivè obiectivas negant, præcipua maxime agnoscunt.

VII. Agnoscunt adversarij varias formalitates in objectis.

VIII. Dices, ergo Deus potest objectivè præscindere.

IX.

Resp. Deum non præscindere objectivè, quia nullum obiectum cognoscit inadquatè.

Modus quo defendi possit Deum præscindere objectivè.



Quomodo  
actus intel-  
lectus licet  
objecto ex-  
trinsæcus,  
facere in eo  
possit mu-  
tationem  
intrinsecam.

veritatem intrinsecam immediate, seu per se, con-  
cedo consequentiam; mediatè, seu per terminum,  
quem intentionaliter apponit vel tollit ab objecto,  
nego. Sicut cum parietem nunc cum albedine, nunc  
sine ea represento, paries aliter se habet intrinsecè  
objectivè in uno casu quàm in alio, non per actum  
intellectus immediate, sed per albedinem quam in-  
tentionaliter parieti apponit, vel parietem sine ea  
representans, eodem modo tollit. Sicut enim, si  
Deus subtrahat concursum physicum, albedo am-  
plius non erit in pariete physice, sic, si intel-  
lectus subtrahat concursum intentionalem, seu eam  
representare destinat, non erit in pariete intentiona-  
liter, seu respectu intellectus.

V.  
Fit hæc di-  
visio per  
actum in-  
tellectus in  
genere  
cause for-  
malis de-  
fectivæ.

Fit porro hæc divisio ex parte objecti per actum  
intellectus in genere causa formalis defectivæ, ac-  
tus enim eam faciens duo necessariò involvit, &  
positivam representationem unius prædicati, puta  
animalis, & negationem representationis alterius,  
quam proinde ipso facto tollit præcivè ex parte  
objecti, seu nulla de altero facta mentione, unde li-  
cet rationale physice & realiter sit cum eo identifi-  
catum, perinde tamen est hic & nunc respectu in-  
tellectus, ac si cum eo non esset identificatum. Ad-  
dò ulterius etiam si rationale redderetur impossibi-  
le, si tamen animal remaneret possibile, actus hic  
intellectus eodem modo persisteret.

VI.  
An objectum  
dici debeat  
divisi per  
intellectum  
in  
secundum  
quæstio  
est de no-  
mine.

Utrum autem dici debeat objectum intentiona-  
liter divisum dividi intrinsecè, de nomine est con-  
trovertia, si enim sumatur causativè, ut ajunt, seu  
referatur ad causam dividendam, est falsum, quia ne-  
gatio actus intellectus tam est objecto extrinsecæ,  
quàm actus aliud prædicatum representans, quo-  
rum utrumque, ut numero præcedente diximus,  
causam hujus divisionis integram constituit. Si verò  
sumatur objectivè, id est referatur ad extremam ipsa  
divisa, dici potest objectum intrinsecè divisum &  
distinctum, quia verè tollitur ab eo aliquid ei intrin-  
secum, nempe differentia illius constitutiva,  
quid autem rei magis intrinsecum, quàm illius differe-  
rentia, ut potè quæ est pars essentia. Propriissimè ve-  
ro loquutus fuerit, qui per actum præcipientem di-  
xit aliquid objecto intrinsecum tolli extrinsecè.

Propriissi-  
ma loquen-  
tia in hac  
materia.

VII.  
Angelus  
objectum  
præcivè  
immediate  
intuens,  
nullam in  
eo videtur  
mutationem.

Ad clariorem hujus distinctionis unius prædica-  
ti ab alio intelligentiam quaeret aliquis, utrum, dum  
animal quis per actum præcipientem à rationali in  
homine distinguit, ac dividit, utrum, inquam, An-  
gelus mutationem aliquam, distinctionem, aut di-  
visionem in objecto videret? Respondeo, si Angelus  
hominem seu objectum divisum immediate intueat-  
ur, nullam in eo videbit mutationem, sicut nec vi-  
deret si Petrum intueretur dum quis cum represen-  
taret sine brachio, fertur enim Angeli cognitio in  
objecta prout sunt à parte rei, non prout subsunt  
nostris conceptibus. Si verò intueatur actum præ-  
cipientem, cognoscat objectum solum inadæquate,  
quia id per actum cognoscit tamquam per me-  
dium cognitum, ac proinde non plus per hunc ac-  
tum suum cognoscat quàm actus præcivens ei  
monstrat, sed solum monstrat animal, ergo illud so-  
lum Angelus cognoscit, sicque eosdem objectivos  
habet limites Angelus suæ cognitionis, quos ho-  
mo suæ. Actus ergo Angeli respectu actus hominis  
præcipientis est intuitivus, & immediatus, respec-  
tu objecti præcivè abstractivus & mediativus.

Videbit in-  
tuens actum  
præcipientem.

VIII.  
Quid in  
suo conceptu  
involvat  
videre ani-  
mal solum.

Præcivere ergo seu cognoscere animal solum,  
est cognoscere animal sine rationali negatione se  
tenente ex parte intellectus, non objecti, nec enim  
dum cognosco animal tantum, sensus est me cog-  
noscere animal & negationem rationalis, sic enim  
non cognoscerem animal tantum sed negationem  
unà cum animali cognoscerem; sicut etiam dum di-

citur quis vidisse aut occidisse Petrum solum, non  
est sensus quod viderit vel occiderit Petrum & ne-  
gationem Pauli, cæteraque aliarum omnium re-  
rum negationes, sed quod non viderit vel occiderit  
alium à Petro. In præcivione autem negativà nega-  
tio tenet se ex parte objecti, ut dum quis dicit, ani-  
mal non est rationale, seu, cum animali conjuncta  
est negatio rationalis.

## SECTIO VIII.

Argumenta solvuntur quæ ex hoc præcisiones  
explicandi modo peculiariter oriri  
possunt.

Objicies primò, si per actum inadæquate cog-  
noscentem animal præcivatur à rationali, Quomodo  
rationale eadem operâ præcivetur ab animali, sed  
non præcivitur, ergo probatur minor, nam, ut  
supponimus, non cognoscitur. Respondetur, ratio-  
nale in eo casu ab animali præcivendi solum negative  
seu non cognosci unitum.

Objicit secundò P. Hurtado d. 6. Met. s. 4. sub. 4.  
n. 106. Distinctio est forma extrinsecæ tribuens se  
objecto, ergo ubi objectum est unum, non potest  
tribuire se nisi uni, multò minus in eo facere distin-  
ctionem intrinsecam. Sed ad hoc abundè respon-  
sum est supra sec. 6. & 7. dicimus enim actum intel-  
lectus ut intentionalis qualitas est, distinctionem  
intentionalem intrinsecam facere in objecto, non  
aliquid ponendo, sed tollendo, ut ibi explicatum est,  
sicque ut intentionalis qualitas est, posse adunata  
dividere, & dare se uni parti objecti intentionaliter,  
hoc ipso distincti, quod in illud tendat intellectus  
inadæquate, seu in unam partem, non in aliam. Cu-  
jus ratio à priori est, quam supra assignavimus, quia  
intellectus non est principium per se completum  
intelligendi sine specie, cum ergo speciem habeat à  
solis operationibus sentiendi abstractam, princi-  
pium ratiocinandi omnino non cognoscat, ut su-  
pra ostendimus sec. 2. n. 6.

Cum ergo immediata ratio cur unum objectum  
cognoscat, non aliud, sit, quia intellectus hac spe-  
cie instructus est, non aliâ, vel quia uti hac vult, non  
aliâ, mediata ratio refunditur in objectum ipsum,  
cujus vicaria est species, & ab objecto producit in  
ordine ad actum elicendum quo cognoscat, ac  
proinde o modo petit objectum cognosci; quo  
producit instrumentum hujus cognitionis, nempe  
speciem sui, sed hanc producit inadæquate, ut loco  
citato ostensum est, ergo petit & potest cognosci in-  
adæquate. Si quis verò dicat, species à Deo produ-  
ci, Deus tamen ut auctor naturæ juxta rerum exi-  
gentias operatur, & talem infundit speciem, qualem  
objectum petit; sicut hac specie vel numero actio-  
ne concurrat, quia effectus hanc numero vel specie  
actionem requirit.

Objicies tertio: objectum quod est à parte rei  
terminat, sed illud est indivisibile, ergo totum ter-  
minat, nam ex parte objecti non est aliquid & ali-  
quid. Respondetur distinguendo minorem, obje-  
ctum est indivisibile physice, concedo minorem;  
intentionaliter, nego. Sicut enim intellectus ut  
agens intentionale respicit objectum, & potest il-  
lud dividere, ut supra ostensum est, ita vicissim ob-  
jectum eodem modo respicit intellectum, & spe-  
ciem sui, ut proximè ostensum est, producit inadæ-  
quatam.

Objicies quarto: realis entitas objecti terminat,  
sed realis entitas non dividitur, ergo tota terminat  
& cognoscitur, ergo nulla fit divisio. Distinguo ma-  
jorem, realis entitas terminat, adæquate, & secun-  
dum adæquate.

I.  
Quomodo  
dum animal  
præcivitur  
à rationali,  
hoc præcivatur  
ab illo.

II.  
Intellectus  
forma ex-  
trinsæca  
quomodo  
faciat mu-  
tationem  
intrinsecam  
in objecto.

III.  
Explicatur  
magis ratio  
actus præ-  
cipientis  
objectivæ.

IV.  
Objectum  
realiter  
idem, dicitur  
intentionaliter.

V.  
Realis en-  
titas ter-  
minat ad  
præcivendum  
sed ter-  
minat in-  
adæquate.



dum se totam, nego majorem; inadæquatè, concedo: objectum enim terminat pro exigentia actus, non ut physica, sed ut intentionalis qualitas est, ut sic autem longè alio modo tendit actus intellectus, quam ut est forma physica, ut sect. 6. ostendi. Distinguo item minorem, realis entitas, objecti non dividitur physice, concedo minorem; non dividitur intentionaliter, nego: alioqui quo pacto esset compositio metaphysica, si nulla ex parte objecti, esset distinctio? licet enim hæc compositio formaliter fiat per actum intellectus, objectum tamè est quod componitur, quod tamen nulla ratione componi posset ex partibus metaphysicis, si antea saltem per aliquem actum partes illæ non fuissent distinctæ, ac divisa.

VI.

Ex parte objecti præcisionis non sunt duæ realitates.

Urgebis: ota realitas quæ est à parte rei terminat & cognoscitur, dum cognoscitur animal, vel non: si ita, ergo nulla est divisio nec distinctio; si non, ergo aliqua realitas manet cognoscenda, ergo sunt duæ realitates, nempe realitas cognita, & realitas non cognita. Respondetur, si realitas nil aliud sonet quam prædicatum reale, esse intentionaliter duas realitates, re tamen vera aliud sonat, nempe esse duo realiter distincta. Negandum itaque simpliciter est duas illic esse realitates, sed eadem realitas cognoscitur inadæquatè, & in duas dividitur formalitates, seu prædicata per intellectum, siquæ formaliter distincta.

VII.

Obijci si animal præcinditur potest à se rationali potest à se.

Obijciens 3. si animal intentionaliter dividi possit à rationali, ergo & animal à se, vel rationale à se dividi poterit, nec enim minus rationale intrinsecum est animali, quam animal sibi. Contrà, inquiri an animal juxta adversarios per præcisiones formales distingui à se possit, licet secundum illos distingui per eas potest à rationali? en par utrique sententiæ difficultas, ubi enim ipsi formales præcisiones statuunt per actus confusos, nos per actus claros statuimus objectivas.

VIII.

Resp. non sequi ex eo quod unum prædicatum ab alio separari possit, posse propterea separari à se omnia, nec enim idem ubique est fundamentum, diversa scilicet series operationum, compositio metaphysica, & alia distinctionis signa supra posita. Qua de causa Aristot. 7. Metaph. c. 12. t. 43. licet distinctionem inter alios gradus metaphysicos statuatur, differentiam tamen ulterius dividi ait non posse. Quod, ut supra dixi, de Ente similiter mihi dicendum videtur. Addo tamen licet animal (idem est de rationali, rugibili, & aliis differentii) in gradus dividi metaphysicos non possit, seu tamquam in superius & inferius: sicut tamen partes physicae, materia & forma equi ex. g. licet in plures partes physicas, aliam nempe materiam, & formam aliam dividi nequeant, ex ensivè tamen in plures partes integrales dividi physice possunt, idem dico de partibus metaphysicis intentionaliter, quatenus nimirum hujus vel illius in actu primo operationis radix animal concipitur, ut verò radix concipitur omnium, integrum constituit genus, & partem metaphysicam completam.

IX.

Quomodo actus præcindens det intellectui in trinsicam denominationem cognoscens, & non cognoscens.

Obijciens 6. licet actus præcindens, objecto sit extrinsecus, intellectui tamen est intrinsecus, ergo dat illi intrinsecas denominationes contradictorias, cognoscens scilicet intrinsecè, & non cognoscens idem objectum. Distinguo consequens cognoscens & non cognoscens idem objectum adæquatè, nego consequentiam, inadæquatè, concedo. Ut autem propositiones sint propriè contradictoriae, non sufficit secundum Aristotelem, & Philosophos, ut ferantur actus in idem objectum quomodo docuimus, sed in idem secundum idem, unde si ulla sit distinctio in objecto, propositiones nunquam sunt

contradictoriae. Nec in hoc est majus mysterium in intrinsecis denominationibus quam extrinsecis, cum in neutris, ut dixi, verificentur propriè contradictoria. Si quidem probaret objectio actum a quem intellectus posse unum animal, cui inest, prædicatum informare, non aliud, aliquid efficeret. De quo latè supra §. 6. n. 2.

Obijciens 7. actus qui terminatur ad animal non potest terminari ad rationale, nec è contra, ergo rationale non potest terminare actum qui repræsentat animal, nec è contra, ergo animal & rationale differunt intrinsecè, siquæ rationale habet prædicatum quod non habet animal, & animal prædicatum quod non habet rationale. Distinguo secundum consequens, differunt intrinsecè à parte rei, nego consequentiam; respectu intellectus post & per actum præcindentem, transeat, ut latè ostendi §. 7. Nullus siquidem, qui admittit præcisiones objectivas, negat, quin prædicata quæ abstrahuntur, aliquando numero differant, ut cum consideratur Petrus ut elicivus actus A, & actus B, numero tantum distinctorum, ignis ut productivus hujus vel illius caloris: aliquando speciei, ut cum concipitur Petrus ut elicivus assensus & dissensus, apprehensionis & judicii, ignis ut productivus caloris & lucis: aliquando etiam genere, ut cum repræsentatur ignis ut productivus ignis & caloris, pro diversitate enim effectuum est diversitas heterogenea in principiis formalibus per intellectum abstractis.

In eo verò peccat hoc argumentum, quod mutet suppositionem, à statu præcisionis arguens ad statum suppositionis, siquæ, committit fallaciam, ut aiunt, accidentis. Notandum itaque à parte rei nec animal dari nec rationale, nec hominem, nec equum prout his nominibus importantur, hæc enim omnia præcisionem & intellectus actum aliquo modo involvunt. A parte rei ergo sola sunt singularia, Petrus, Paulus, Ioannes, Bucephalus, Rhæbus, &c.

A parte rei itaq; est Petrus aptus cognosci inadæquatè per unum actum, qui principium repræsentet sentendi, & per alium qui repræsentet principium ratiocinandi, quæ à parte rei non differunt nisi fundamentaliter: posito verò actu quo repræsentetur animal tantum, qui actus non potest repræsentare rationale, non sequitur animal & rationale distingui realiter, cum tota distinctio quam habet proveniat ab intellectu intentionaliter operatè; unde licet habeant essentias distinctas, non tamen realiter & à parte rei, cum à parte rei sint idem, nempe Petrus, sed solum formaliter, siquæ mutatur suppositio. Nec sequitur animal in mente includere negationem rationalis, si enim actus esset falsus, nec sentus hujus propositionis cognosco animal tantum, est cognosco animal & negationem rationalis, sicut propositio hujus Petrus occidit Paulum tantum, sensus non est, occidit Paulum & negationem Ioannis, Antonij & aliorum omnium, sed occidit Paulum, & non occidit alium. Sic in præfenti sensus est cognosco animal tantum, id est, cognosco animal, & non cognosco rationale, negatione se tenente ex parte actus vel intellectus, non objecti, ut supra ostendi §. 7. sine.

Obijciens 8. ergo animal currere poterit, rationali non corrente. Nego consequentiam, si enim sequeretur rem esse physice eandem, & physice diversam, nil autem incommodi ut quid sit physice idè, & intentionaliter diversum. Dices, hoc esse petere principium, cum animal & rationale esse intentionaliter diversa aliud nihil sit, quàm animal cognosci, rationale non cognosci. Contrà 1. non petitur principium, licet idem respondeatur quod antea dictum est, si hoc secundum clariùs rem explicet, ut si petenti cuipiam eur Petrus sit homo, respondeat quia

Ex eo quod animal terminet unum actum rationale aliud, non sequitur hæc duo differre à parte rei.

XI. Obijci hæc fallacia, ut aiunt, accidentis.

XII. Explicatur ulterius quomodo ratione actus præcindens, animal & rationale non distinguantur realiter.

XIII. Non est idem de prædicatis physice, & intentionali-bus.



quia est animal rationale. Contrā 2. nunquam petitur principium dum redditur ratio illius quod asseritur, varias autem supra hujus rei rationes assignavi s. 2. 5. & 6. & in probatione nostræ sententiæ, & impugnatione contrariæ.

## XIV.

Ostenditur  
ulterius dif-  
ferentia in-  
ter prædicata  
physica &  
intentionalia.

Dico ergo ex eo quod intentionaliter dividatur objectum, seu animal cognoscatur non cognito rationali, nihil sequi incommodi, si nimirum feratur cognitio in unum prædicatum, non in aliud, sequitur enim solum cognosci illud inadæquatè: at verò si curreret animal, produceretur, vel destrueretur, non currente, nec producto rationali, sequeretur idem realiter distinguere se, sicque esse rem realiter eandem, & non esse realiter eandem. Deinde habemus fundamentum unius, non alterius, ut supra ostensum est. Sanè miror cur hic clament adversarij peti principium, nisi fortasse velint his sua peti principia, & ita peti, ut labefactentur. Quod si ita sit, nil mirum quod exclament, & querantur peti principium.

## S E C T I O IX.

Reliqua argumenta contra Præcisiones  
objectivas.

## I.

Obijcit 9. P. Ariaga d. 5. Log. s. 2. subf. 2. n. 25. non minùs contradictoriè opponuntur *cognosci & non cognosci*, quam *existere & non existere*, sed implicat animalitatem hominis existere, rationalitatem non existere, ergo & animalitatem cognosci, non cognita rationalitate.

## II.

In divinis est  
cognosci &  
non cognosci,  
nō tamen esse  
& non esse.

Contrā admittit ipse s. 4. n. 56. & 57. distinctionem virtuales in divinis, & ait Essentiam cognosci posse, non cognita Relatione, & è contra, & tamen nec ipse, nec ullus eam illic admittit in ordine ad existere & non existere, ergo non sequitur potest idem cognosci & non cognosci, ergo existere & non existere. Dico itaque diversissimam esse rationem de prædicatis physicis & intentionalibus, ut ostendi in ult. sect. præced. & s. 6. n. 3. nec ea hic necesse est repetere.

## III.

Idem potest  
realiter cog-  
nosci, & non  
cognosci  
inadæquatè.

Obijcies 10. ex nostra sententia sequi idem realiter cognosci & non cognosci, animal enim realiter cognoscitur, rationale realiter non cognoscitur, sed animal & rationale sunt idem realiter, ergo. Distinguo majorem, idem realiter cognoscitur & non cognoscitur adæquatè, nego majorem; inadæquatè, concedo: hæc autem non sunt contradictoria, quia non fertur cognitio & negatio cognitionis in idem omnino objectum; seu, ut loquitur Aristoteles, in idem secundum idem.

## IV.

Quomodo in-  
tellectus di-  
stinguit ob-  
jectum in  
formalitates

Obijcies II. si intellectus cognoscat unam formalitatem, & non aliam; ergo est una & alia, ergo dux formalitates per actum distinguuntur, ergo verum est dicere animal non est rationale, & è contra, ergo in animali est negatio rationalis, ergo distinguuntur realiter. Admissis cæteris, & negata ultima consequentia, distinguo penultimam. in animali est negatio rationalis physicè & negativè, nego consequentiam; intentionaliter, & præcisiivè concedo: licet enim à parte rei idem sint, intellectus tamen inadæquatè rem concipiendo, unum præcisiivè

tollit ab alio, seu non dat ei totum conceptum objectivum, quem à parte rei & realiter habet, ut latè declaratum est supra.

Obijcies 12. ex nostra sententia destrui formam syllogisticam, ut patet in hoc syllogismo expolitōrio, *hoc animal cognoscitur, sed hoc rationale est hoc animal, ergo hoc rationale cognoscitur*, ubi si concessis præmissis negetur consequentia, destruitur forma syllogistica, nam quæ sunt eadem uni tertio, non sunt eadem inter se. Confirmatur, eodem modo negari posset consequentia in hoc syllogismo, *hoc animal currit, sed hoc rationale est hoc animal, ergo hoc rationale currit*.

Respondetur 1. non esse mirum si negetur consequentia in primo syllogismo, cum in huiusmodi propositionibus semper mutetur suppositio, sicque latet æquivocatio in illis terminis *hoc animal*, & *hoc rationale*, dum à sensu & statu præcisionis transferuntur ad statum realem. Unde in his syllogismis semper sunt quatuor termini, quia omnis terminus æquivocus est virtualiter seu æquivalenter plures, ut constat si formetur syllogismus ex hoc termino canis. Respondetur 2. distinguendo majorem, hoc animal cognoscitur adæquatè, nego majorem; inadæquatè, concedo. Distinguo item minorem, *hoc rationale est hoc animal*, si hoc animal sumatur adæquatè, & pro omni eo quod dicit à parte rei, concedo minorem; si inadæquatè, nego.

Per quæ patet ad Confirmationem, cursus enim cum non sit qualitas intentionalis, sed physica, necessariò applicatur toti prout à parte rei, licq; sumi omnia debent in sensu reali, sed prout à parte rei, subiecta enim, ut dicunt Dialectici, determinantur à prædicatis. Actus verò intellectus, cum sit qualitas intentionalis, dividere potest objectum intentionaliter, sicut & tendere in objectum quod omnino non est, imò quod est impossibile, quod cursui & aliis qualitatibus physicis non convenit.

Obijcies 13. objectum ut distinctum ab actu, non habet formalitates, ergo actus nullas in eo attingere potest, nec enim attingi potest quod non est. Respondetur, in objecto nullas esse formalitates ante cognitionem, nisi fundamentaliter, cognitio verò tendens in objectum præcisiivè, formalitatem facit, non quidquam cernendo in objecto quod non est, sed inadæquatè cernendo quod est, & illud intentionaliter segregando. Nec intellectus in actu signato videt plures formalitates in objecto, sed in actu exercito in objectum tendendo inadæquatè, ipso facto formalitatem facit, quæ illud est quod huic actui præcisiivè responderet, quam proinde facit non aliquid in objecto ponendo, sed intentionaliter & in actu exercito tollendo, ut supra sect. 7. fusè est declaratum.

Quomodo species inadæquatas comparat intellectus ad objectum inadæquatè cognoscendum, jam aliquid diximus in superioribus; plena autem hujus rei discussio spectat ad libros de Anima, in tractatu de speciebus.

An, & qua ratione dentur præcisiones in divinis non est præsentis instituti, cum quaestio sit merè Theologica, & eam disputavi t. p. d. 2. s. 4. 5. & 6. dum de visione unius Personæ sine alia. Aliquid etiam hac de re addam disput. seq.

## V.

Obj. destrui  
formam syl-  
logisticam.

## VI.

Resp. per præ-  
cisiones non  
derogari for-  
mæ syllogisti-  
cæ, cū semper  
mutetur  
suppositio.

## VII.

Aliud in  
forma syllog.  
est de prædi-  
catis inten-  
tionalibus &  
physicis.

## VIII.

Intellectus  
inadæquatè  
cognoscens  
obiectū, facit  
formalitates.

## IX.

Unde species  
inadæquatè.

## X.

Præcisiones  
in divinis.



## DISPUTATIO XXV.

Vtrum per actus intuitivos fieri possit Præcisio objectiva.

Visto intuitiva duplex, spiritualis &amp; corporea.

**V**isto intuitiva duplex est, spiritualis, & corporea; illa in mente, & intelligendi vi sita est, hæc materialis organi terminis circumscripta: Illa in Deo, in Angelis, in hominibus reperitur, hæc homini cum animantibus cæteris est communis: Illa in res etiam remotissimas fertur, nullis loci vel temporis circumstantiis definita. hæc certam sphaeram, certos sibi præfixos habet limites: Illa abstrusa quæque & abdita rimatur, ad intimam cuiusque rei naturam ac medullam penetrat, hæc obtusior externam tantum rerum speciem ac superficiem intuetur, & hæret velut in cortice. De his ergo in præsentis inquirimus præscindant necne, vel præscindere possint objectivè.

## SECTION I.

Vtrum Intellectus per actus intuitivos præscindere possit objectivè.

I. Quatuor cognitionum genera.

**V**T clariùs hac in re procedamus Notandum de re quavis cognitionum quatuor haberi genera posse, ut in gradu perfectionis, ita in cognoscendi modo diversa: cognitionem scilicet *Abstractivam*, *Intuitivam*, *Quidditativam*, & *Comprehensivam*.

II. Quid sit cognitio abstractiva.

*Abstractiva* cognitio est, quæ vel abstrahit à rei existentia, ut dum de Anti-christo quis cogitat secundum se, seu non cogitando existat necne: vel rem per species cognoscit à rebus aliis abstractas, ut cum spiritum per species à rebus corporeis; Deum per species cognoscit à rebus creatis abstractas, ideo dicta abstractiva.

III. Cognitio intuitiva.

*Intuitiva* cognitio huic è diametro opposita duo præstat, rem scilicet existentem videt ut existentem, deinde eam ut in se est, non instar aliarum rerum, ut spiritum non instar corporis, sed ut spiritum intuetur, seu per proprias species, quæ proinde immediata & perfecta representatio est & idea, suisque rem quamque, ut ita dicam, coloribus adumbrat.

IV. Cognitio quidditativa.

*Quidditativa* cognitio (quæ ut propria sit, debet esse intuitiva) est actus qui ita in quidditatem seu essentiam rei fertur, ut eam ab omni aliâ, etiam simillimâ distinguat. Unde qui quidditativam habet rei alicujus cognitionem, si illâ amotâ, aliâ simillima illius loco substituat, mutationem discernit.

V. Cognitio comprehensiva.

*Comprehensiva* tandem cognitio, & omnium perfectissima est, quæ totam rei cognoscibilitatem exhaustit, clarè nimirum sciendo quam sit illius essentia, quæ & quanta virtus ejus operativa, quos terminos respiciat, & alia hujusmodi, uno verbo, quæ rem cognoscit quantum cognoscibilis est.

VI. Actus intuitivus potest præscindere objectivè.

Dico primò, actus clarus & intuitivus potest præscindere ex parte objecti: unde Relatio in divinis clarè potest & intuitivè videri non visâ essentia. Ratio est, quia cum ex una parte nulla hujus rei assignari possit repugnantia, ex aliâ verò Trinitatis mysterium & Incarnationis hoc non leviter indicare videantur, nulla ratio est cur visioni id intuitivè non concedatur.

VII. Dices: visio intuitiva videt rem prout est in se, ergo non præscindit.

Dices primò, est peculiaris repugnantia in visione intuitivâ, per eam enim videtur Relatio prout est in se, in se autem & realiter est unita essentia. Respondetur sensum illius loquendi modi esse, rem per visionem intuitivam videri sicut est in se, id est

immediatè, seu per species proprias, non alienas, & instar aliarum rerum quas abstractivè cognoscimus. Ad objectionem ergo distinguo antecedens, per visionem intuitivam videtur prout est in se non adæquatè, seu ita ut omnia cum ea identificata per quate, visionem illam exprimantur, nego antecedens, videtur prout est in se inadæquatè, concedo.

Dices secundò, Relatio à parte rei, & ut est in se non est distincta ab Essentia, ergo si videatur ut est in se, non potest videri ut distincta. Distinguo consequens, non potest videri in actu signato ut distincta, concedo consequentiam; non potest videri in actu exercito ut distincta, seu per hanc visionem non distinguitur, nego: visio enim, sicut & ab essentia, cognitio abstractiva tendendo inadæquatè in objectum, dividit illud intentionaliter, licet à parte rei seu realiter sit idem, & hoc modo illud distinguit. Deinde Relatio in Divinis est virtualiter distincta ab Essentia.

Dices tertio, non potest videri Petrus sine Petro, ergo nec Relatio sine Essentia, cum non minus identificentur, quam Petrus secum. Distinguo antecedens, non potest videri Petrus adæquatè line Petro, concedo antecedens, inadæquatè, nego. Sic supra q. 24. l. 8. in solutione quintæ objectionis dixi posse animal videri inadæquatè, & in varias distingui formalitates tanquam in partes extensivas, quæ omnes unum integrum gradum metaphysicum constituunt.

Dices quarto, affirmare Aristotelem id quod simplex est, vel totum sciri, vel totum ignorari, Deus ergo, simplicissimus cum sit, dividi intentionaliter non potest. Respondetur vel loqui Aristotelem de re aliqua omni modo, etiam virtualiter simplice, quæ supra diximus probabiliter esse prædicatum Entis, & differentie individualis: vel loqui ipsum de cognitione, non præcisivâ, sed positivâ, quæ scilicet aliquid judico, seu affirmo, & hoc modo vel scitur res de qua fertur judicium, vel ignoratur, dum enim dicit quis Petrus est homo, vel hoc totum sciri, vel totum ignorari, cum consistat in indivisibili.

Dico secundò: per cognitionem quidditativam fieri etiam potest præcisio objectiva. Ratio est, quia ad conceptum cognitionis quidditativæ sufficit, quod ex vi illius ita rem cognoscat, ut ab alia omni re etiam simillima possit eam discernere, hoc autem facere potest, licet animum aliquod illius prædicatum lateat cognoscentem.

Dico tertio: per cognitionem comprehensivam vulgarem fieri potest præcisio objectiva, non per plenam comprehensionem, & perfectam. Prima pars probatur, comprehensio enim vulgaris est quæ rem cognoscit in ordine ad effectus tantum illos qui, secundum communem cursum & naturas rerum ab eo produci possunt, hoc tamen non obstante, multa alia in re alia esse possunt prædicata in ordine ad effectus supra aut præter naturam, qui sub cognitionem illam non cadunt. Per perfectam autem & omnimodam comprehensionem, cum omnia omnino sciantur, fieri Præcisio non potest.



## SECTIO II.

*Verum visio corporea praeindat ob-  
jectivè.*

**I.** Ecolenda hic verba quæ supra sess. 5. n. 9. ex S. Thoma 1. p. q. 12. a. 4. corp. attuli, ubi duas in homine virtutes statuit cognoscitivas, intellectualem aliam, aliam organi corporalis, & primam ait cognosceres posse abstractas à singularibus quod, inquit, est *supra facultatem sensus*. Quæ S. Doctoris verba ideo hic præfigo, ut si quis me inconsequentia arguat, quod intellectui vim præindendi tribuam, oculo negem, ut, inquam, videat in quem eadem operâ hoc telum contorqueat.

**II.** Dico itaque cum S. Thoma loco citato Oculum corporeum (idem est de aliis sensibus, unâ fortè imaginativâ exceptâ) objectivè non præindere. Ratio à priori est, nam sensus materialis semper potest percipere totum objectum, ergo semper totum percipit, probatur consequentia, est causa naturalis seu naturaliter agens, sed causa naturalis semper præstat necessariò totum quod præstare potest, sicut ignis quandoque comburere potest, comburit necessariò. Antecedens primum, quod scilicet semper possit videre totum objectum, probatur, quandoque habet speciem objecti habet specie totius objecti, ergo quandoque potest videre objectum potest videre totum objectum. Antecedens patet, habet speciem immediatè emissam & productam ab objecto, & quæ ab illo procedit ut quid physicum est & agens naturale seu necessariū, sic enim operatur objectum & speciem producit.

**III.** Dicit forsan aliquis, licet producat in oculo tota species, non tamen totam operari, sed rationē solam communem. Contrâ primò, tam repugnat solam rationem communem speciei operari, quam solam rationem communem coloris, cum sit realiter eadem, sic enim idem operaretur & non operaretur, cum operetur physicè. Contrâ secundò, differentia ultima speciei est essentialiter operativa, nam est representatio virtualis seu virtus productiva representationis sui ipsius, ergo potest illam producere, ergo producit, cum operetur necessariò. Contrâ tertio, differentia ultima individualis secundum hos auctores nunquam potest per oculum videri, cum nunquam distingui hic color possit ab alio planè simili, cum tamen secundum ipsos distinguui posset si videretur ultima illius differentia, ergo datur ubique virtus activa quæ nunquam habebit effectum, ac proinde otiosa, quod in natura concedi non debet.

**IV.** Confirmatur ratio à priori prius assignata, si qua ratio in objecto etiam secundum contrarium sentientes, non produceret in magna saltem distantia speciem sui, esset differentia ultima specifica, cum à longè, ut ajunt, illam vix percipere possimus nec discernere sit ne huius speciei color an alterius, sed illa maxime producit speciem sui, ergo. Probo minorem, differentia specifica est maxime operativa, quod probatur, nam differentia specifica in metaphysicis comparatur à Philosophis formæ in physicis, forma autem in physicis est, quæ dat speciem & operatur, ut anima in homine, ergo & differentia in metaphysicis. Unde calor producit calorem, non quia qualitas est vel accidens, sic enim omnes qualitates & accidentia calorem producerent, sed quia calor. Differentia ergo specifica caloris est ratio cur potius calorem producat quam frigus.

**V.** Probatur secundò: sensus materialis non habet subtilitatem illam qua pollet intellectus, qui in res

quaslibet spirituales tempore distantes, imo etiam impossibiles fertur, quæ in sensum non cadunt. Fertur ergo in objectum sensus materiali & sibi proportionato modo, totum semper objectum sibi propositum adequatè percipiendo, cum species inadæquatas nec habeat nec habere possit, ut dixi.

**VI.** Probatur tertio: aliquando ita imperfectè videtur objectum, ut aliud distinguere non possimus, nisi esse ens, & sic solum dicimus est aliquid, nec ex vi visionis discernere possumus sitne substantia an accidens, color an aliud quidpiam, ergo tunc solum videret oculus rationem seu formalitatem entis. Patet consequentia, ideo secundum auctores non videt oculus differentiam ultimam vel specificam coloris, sed colorem tantum in communi, quia non potest illam intellectus discernere, seu quis color sit affirmare, sed solum esse colorem, sed nec potest hic discernere sitne substantia, an accidens, an aliud quidpiam, sed solum esse ens, ergo solum videt formalitatem entis.

**VII.** Confirmatur, aliquando videtur aliquid à longè tam imperfectè ut discernere non possimus sitne aliquid an non, seu ens an negatio entis seu nihil, ergo tunc videt negationem secundum adversarios, vel saltem rationem aliquam communem abstractam ab ente & non ente, qualis nulla est possibilis, ac proinde oculus videret Chimæram, vel dicere debent aliquid videri cujus rationem intellectus reddere ex vi illius visionis non potest.

**VIII.** Probatur quartò: si visus non percipiat ultimas differentias, ergo nec alij sensus, vitus enim inter omnes sensus est sagacissimus, ergo omnes sensus poterunt præindere, ergo cum aliquid olfacimus, & dubitamus sitne hic odor an alius, nec possumus distinguere quis odor in particulari sit, sentimus solum odorem in communi, & olfactus faciet uni- versale. Idem cum quis arborem aut parietem tangit, aut cibum aliquem gustat quem ab alio non discernit. Ergo non valet argumentum, intellectus non potest distinguere unum ab alio ex vi visionis, aut alterius sensationis, ergo visus vel sensus non percipit ultimam differentiam.

## SECTIO III.

*Objectiones contententes oculum præindere  
objectivè.*

**I.** Arguitur primò: oculus videt rationem coloris, non videt rationem qualitatis vel accidentis, ergo. Confirmatur, color relationem transcendentalem dicit causæ ad speciem, quam producit, tanquam ad suum effectum, sed oculus licet videat colorem, illam tamen relationem non videt, ergo præindit. Ad argumentum distinguo antecedens oculus videns colorem, non videt rationem qualitatis tantum, concedo antecedens, non videt simul cum aliis, nego: videt enim rationem qualitatis, entis, & accidentis contractam, illius enim totius habet speciem, cum totus color necessariò speciem sui in oculo producat, ut diximus. Ad confirmationem dico, oculum videntem colorem necessariò videre illam relationem, quia nihil aliud est quam ipsa realis entitas coloris, unde si colorem videt, relationem videat necesse est, cum etiam illius speciem necessariò habeat, sicut & coloris.

**II.** Ad utramque autem solutionem stabiliendam notandum, aliud esse videre aliquid, aliud ad ea quibuscum connexionem habet comparare, primum facit sensus, secundum non potest cum non sit comparativus vel reflexivus, sed simpliciter quodam ductu



in objectum tendat, alioquin oculus nihil omnino videret cum nihil videat comparativè. Cognoscit ergo relationem illam, licet non comparativè, tunc enim deberet terminum cognoscere; qui tamen est extra sphaeram oculi, sæpe enim, imò plerumque est tantum quid possibile; ad multas enim species possibiles relationem dicit color.

Arguitur secundò: cum video colorem à longè, discernere nequeo sine cæruleus, viridis, flavus &c. ergo oculus non videt differentiam ejus specificam, nam si videret, repræsenteret illam intellectui, qui consequenter differentiam illam discerneret, & sic videns, etiam à longè, sciret determinatè quis color esset. Dices, videt differentiam specificam, sed implicite, genericam autem clarè. Contrà, à parte rei eadem est ratio generica & specifica, nam tantum est hic color, nec ulla distinctio, ergo videt idem clarè, & idem clarè non videt, quæ sunt aperte contradictoria.

Hoc argumentum fateor est difficile, ad cujus proinde solutionem notandum primò, aliud esse rem cernere, aliud discernere. Sensus itaque præsertim externus, licet rem aliquam cernere possit, non tamen potest discernere, hoc enim uni conceditur intellectui, vel ad summum sensui interno, discernere quippe advertentiam quamdam requirit & reflexionem, saltè virtutalem, oculus autem corporeus non est reflexivus, unde objecta etiam quæ clarissimè videt, non discernit.

Notandum secundò, non semper claram vel non claram perceptionem sensitivam objectorum esse penes hoc merendum, quòd intellectus unum discernat ab altero, sed in facilitatem refundi debet vel difficultatem objectorum, quorum aliqua, licet æqualiter à sensibus percipiuntur, facilius tamen aut difficilius ab intellectu discernuntur. Exempli gratia, ponamus Petrum & Paulum voces habere quam simillimas, alius quispiam qui utrumque perfectè novit, audiat clausis oculis Petrum propter se loquentem, intellectus tamen ipsius discernere non poterit si tunc Petrus qui illic loquitur, an Paulus, non quòd vocem Petri clarè non audiat, cum ultimas etiam illius syllabas articulatim distinguat; refundi ergo debet in difficultatem objecto insitam. Idem est in duobus floribus, duabus aquis, vel coloribus planè similibus proximè oculo propositis, ubi licet differentias etiam ultimas eorum percipiat oculus, cum debite proponantur, & clarè totum objectum cernatur, adhuc intellectus unum ab altero non poterit discernere, licet facile flores distingueret, vel aquam ab omni non flore & non aqua; unde si Angelus eorum ordinem inverteret, vel loco unius alium planè similem sufficeret, non id perciperet intellectus abstractivè cognoscens. Videtur proinde manifestum non esse idem, clarè aliquid percipi sensu, & ita percipi, ut intellectus id distinguat, aut discernat ab alio.

Hoc in imperfecta etiam visione cerni potest; ponantur enim simul à longè cæruleus color & violaceus in tanta distantia, ut intellectus unum nequeat discernere ab alio, sed putet ejusdem esse coloris, (quod factu facilius est si sibi mutuo intertextantur, ut in opere fit tessulato seu segmentato) tollatur deinde color violaceus, & in eadem distantia illius loco viridis sufficiatur, vel niger, discernet faciliè intellectus non esse ejusdem coloris, non quòd perfectius videat oculus cæruleum colorem quàm antea, sed ob facilitatem discretionis ex parte objectorum, discerneret enim illos intellectus licet oculus minus perfectè utrumque cerneret, quàm antea, ut si paulò remotius statuatur. Non ergo pari passu procedunt clarè oculum cernere, & clarè intel-

lectum discernere.

Confirmatur, ponantur in aliqua distantia nix & lac, non discernet intellectus unius colorem à colore alterius, sufficiatur obtusus aliquis color, vel fuscus loco lactei, & uterque ponatur remotius, facile illum discernet intellectus, non quòd clariùs eum cernat oculus, nam remotius est positus quàm antea, & lacteus color magis est activus, perfectioresque emittit species, quàm fuscus, & consequenter clariùs videtur.

Quæres, quid ergo sit clarè oculum cernere? Respondetur, clarè cernere objectum, est ita cernere, ut non solum percipiat terminos totius, sed terminos etiam partium; in acervo lapidum, exempli gratia, vel tritici, non solum videat quousque totus ille acervus extendatur, sed singulorum etiam lapidum vel granorum terminos per speciem percipiat modificatam, ita ut unusquisque in particulari lapis vel granum, quantum sit cernat, & minutissima in iis contenta, nec ut omnes solum partes videat, sed singulas, seu sigillatim, &, ut verbo dicam, ut modus visionis sit modus non totius tantum, sed singulorum etiam partium.

Id tamen notandum, posse clariùs & clariùs idem objectum videri, licet novi nihil in eo percipiatur, ex eo solum quòd quis acutioris visus illud aspiciat. Quid enim magis repugnat objectum idem clariùs & clariùs videri, licet nihil in eo novi percipiatur, quàm intensius idem & intensius amari, licet aliud in eo nihil secundo actu ametur, quàm primò quidni enim æquè possit intellectus idem plane objectum clariùs intelligere, atque voluntas intensius amare? Confirmatur primò, pono aliquem ita videre albedinem sibi proximè ex adverso in eà distantia propositam, ut omnia in eà cernat, accedat alius qui acutioris habet visum, clariorem eliciet actum, & albedinem denominabit clariùs visam, ac proinde clariùs illam totam cernet, nihil tamen in eà videbitur quod alter non vidit, cum alter videret, ut supponimus, omnia; toto ergo diversitas est ex parte actus.

Confirmatur secundò: etiam ab ipsis adversariis hoc admitti debet, nam cum quis videt albedinem aliquantulum remotam, licet secundum ipsos cum propius accedit, novam semper formalitatem videat, quàm antea non videbat, negare tamen non poterunt quin ipsam etiam rationem coloris ut sic clariùs videat quàm antea, nam melius proponitur objectum ac illa ratio communis, & species illius sicut qualitates omnes activæ melius, per se loquendo, & fortius in propinquo operantur quàm in remoto, ergo ipsam rationem coloris quàm antea videbat, clariùs videbit & perfectius, certiusque dicet intellectus esse colorem quàm antea.

Confirmatur tertio: cum quis ita remotè aliquid videt, ut possit solum dicere est color, secundum adversarios videt tantum rationem communem coloris, quia intellectus reddere rationem nequit nisi illius tantum: accedit paulò propius, adhuc non poterit discernere quis color sit, nec intellectus adhuc reddere rationem nisi coloris in genere, & tamen clariùs rationem illam videt quàm antea, nam est melius propositum objectum ut supra diximus: ergo etiam juxta adversarios potest aliquid clariùs videri, seu clariori actu percipi licet nihil in eo novi cernatur.

Dices, novam semper formalitatem in eo objecto cerni. Contrà, intellectus novæ formalitatis rationem reddere non potest, nec plus dicere quàm nulla nova antea, sed solum illic esse colorem, ergo vel non videt novam ibi formalitatem, vel si videat, quidni etiam videre poterit ultimam differentiam? saltem non

VII.  
Cum oculus minus clare cernit, intellectus facilius saepe discernit.

VIII.  
Quid sit oculum clare cernere.

IX.  
Potest idem objectum clariùs & clariùs videri, licet nihil in eo novi cernatur.

X.  
Hoc ostenditur in omni visu albedinis.

XI.  
Clarè ostenditur non semper aliquod novi, quod res clariùs cernatur.

XII.  
Cum quis paulò propius accedit, nullam novam formalitatem cernitur objecto.



exinde probatur oculum eam non videre quod intellectus rationem illius reddere, seu eam discernere non possit, hic enim novam concedunt videre formalitatem, cuius tamen rationem reddere intellectus non potest, non ergo valet, intellectus non potest discernere, ergo oculus non potest cernere.

XIII. Confirmatur quartò: circa idem omnino obiectum possumus elicere conclusionem opinativam & scientificam, sed conclusio illa est representatio seu cognitio ejusdem planè obiecti, & tamen scientifica cognitio est clarior opinativa, ergo idem omnino obiectum clariùs potest & clariùs internosci.

XIV. Dico itaque eadem claritate qua videtur ratio communis coloris, videtur etiam differentia specifica, imò & individualis, atque adeo tota albedo. Quod autem intellectus non possit colorem illum ab omni alio internoscere, non ex eo provenit quòd aliquid in obiecto non cernat oculus, sed quòd totum ea claritate non cernat, ut possit illud ab omni alio colore discernere, ad quod major claritas ex parte actus requiritur, quam ad discernendum ab omni non colore, ut diximus.

XV. Ad argumentum ergo in formâ, nego consequentiam, ad probationem, dico tam videri differentiam specificam & hunc colorem, quam rationem coloris, cum obiectum tam speciem unius producat quam alterius, producit enim speciem ut à parte rei, à parte rei verò non est unum & aliud. Quia tamen species est admodum imperfecta, non clare representat obiectum, sed solum confusè. Quod autem intellectus colorem illum ab omni alio non distinguat, inde provenit, quòd difficilius sit colorem à coloribus discernere, quam à non coloribus. Imò aliquando ita confusè aliquid cernitur, ut non possit plus percipere intellectus, quam esse ens, ut supra diximus, non tamen dicent, opinor, adversarij oculum non percipere plus quam rationem entis, quia hoc esset oculum tendere extra obiectum suum adæquatum.

XVI. Dices, ergo nec intellectus præscindit rationem coloris ut sic à differentiâ ultimâ, cum enim totum colorem videat oculus, totam etiam representabit apprehensio, ac proinde non præscindet. Respondeo primò, apprehensionem illam omnium primam, & quasi surreptitiam, quæ necessariò visum & omnes sensus comitatur, fortè non præscindere, probabile est enim nil eam differre à visione nisi quòd hæc materialis sit, illa spiritualis, ac proinde instar visionis materiali quodam modo in obiectum fertur, non subtilitate illa & sagacitate propriâ intellectus. Postea tamen intellectus advertens convenientiam & disconvenientiam inter colores, abstrahere rationem coloris potest in qua conveniunt, à rationibus particularibus in quibus differunt, & tunc etiam primò cum colorem videt à longè rationem coloris ut sic à differentiâ particulari poterit præscindere. De quo plura in libris de Anima, dum de speciebus.

XVII. Ad conclusionem hujus quæstionis, notandum, licet species qualitas sit paulatim defectiva, sicut impulsus & in propinquo activior quam remotus, non tamen ita se habet virtus hæc defectiva, ut remotè rationis solum communis sit representativa, in vicino particularis, cum enim sit species totius, immediatè à toto proveniens, necessariò totum representat. Ratio ergo defectivi in specie in eo sita est, quòd à longè totum confusè representet, & quòd propius quis accedit, representet idem totum clariùs, ut supra diximus.

## SECTIO IV.

*Sine distinctio rationis Ens rationis.*

Notandum, variis modis accipi rationem. Primò enim intellectum significat, qui & dicitur ratio. Secundò naturam, essentiam, seu quidditatem rei quæ definitione explicatur, & dicitur ratio rei. Tertiò, sumi ratio solet pro conceptu formali, seu cognitione quam intellectus circa obiectum elicit. Quartò, pro obiecto talis conceptus, & dici solet ratio obiectiva, sicut & conceptus obiectivus. Aliquando etiam vocatur ratio formalis, non simpliciter, sed cum addito, nempe obiectiva. Sermo ergo præsens est de hoc ultimo, conceptu scilicet illo obiectivo qui actui præcisi respondet.

Conclusio negativa. Ratio à priori: illud solum est ens rationis quod ita totum est, vel saltem aliquid in se habet per intellectum, ut sine illo nec sit, nec esse ullo modo possit à parte rei, ac proinde totum suum esse accipiat ab intellectu fingente, sed animal non est hujusmodi, ergo. Probatur minor, intellectus dum animal concipit, non fingit id quod non est, sed concipit inadæquatè quod est, nam verè à parte rei est principium sentiendi, licet non tantum, seu prout hoc nomine significatur. Verum quidem est si intellectus conciperet positivè negationem identitatis cum rationali, faceret ens rationis, fingeret siquidem negationem quæ nec est, nec esse potest.

Unde mihi videtur implicare contradictionem, ut ullus actus præscindens, quæ præscindens præcise (quod addo, quia si præscindat in entibus rationis, ut rationem Chimææ ut sic ab hac & illa Chimææ, erit illic ens rationis) faciat ens rationis, quia cum præscindat in entibus realibus, quidquid illi actui obijciatur, est necessariò ens reale, nil enim considerat quod non sit pars alicujus entis realis, ergo non fingit, præscindendum enim, ut cum Aristotele asserit tota Philosophorum Schola, non est mendacium seu fictio: in ente autem reali implicat ut sit aliquid rationis, seu fictum, cum tota ejus entitas sic ante opus intellectus, ac proinde adæquatè realis.

Dices, aliter per actum illum representatur obiectum quam à parte rei est, vel esse possit, ergo fingit actus, & facit ens rationis. Distinguo antecedens, aliter se habet præcisi, concedo antecedens; positivè, nego: hoc est, non illud omne quicum est adæquatè idem à parte rei, concipitur simul cum illo, non tamen aliquid cum eo concipitur, quod à parte rei non habet.

Urgebis, licet non concipiatur cum aliquo quod non habet, concipitur tamen sine aliquo quod habet, sed non minus repugnat rem existere sine aliquo sibi essentiali, quam cum aliquo fictio sibi non essentiali, ergo Distinguo secundam partem majoris, concipitur sine aliquo quod habet positivè, seu negativè, ut aiant, concipiendo scilicet animal non esse idem realiter cum rationali, vel ponendo in animali negationem rationalis, nego; concipitur præcisi, seu concipiendo rationem animalis, merè habendo se negativè circa rationale, seu præscindendo ab illo, concedo: hoc autem non est facere ens rationis, quia obiectum illius actus, seu conceptum obiectivum nihil ingreditur fictum, vel quod existere à parte rei non possit.

Instabis, obiectum illud prout concipitur per hunc actum, nec existit nec existere potest, ergo est rationis. Respondeo, si illud prout reduplicet modum aliquem per cognitionem obiecto inlitum, negandum esse suppositum, nam nullus est hujusmodi

I. Ratio quatuor modis sumitur.

II. Distinctio rationis non est ens rationis.

III. Nullus actus præscindens aens quæ præscindens potest facere ens rationis.

IV. Non quidquid aliter præscindens, quam esse positivè, ens rationis.

V. Animal per præscindens non aliter se habet positivè, sed tantum præcisi.

VI. Animal conceptum sine rationali non magis est ens rationis, quam ignis conceptus sine actu.



di modus; si autem prout nihil aliud velit, quam animal non possit à parte rei existere sine rationali, vel alià aliq̃a differentia, est verum: hoc autem non magis arguit esse ens rationis animal hac ratione conceptum, quam punctum, vel quemcunque alium modum quem præcisiue concipimus sine subiecto, aut sine actione ejus productivâ vel conservativâ, cum sine illa nec sit nec esse possit. Imò in sanctissima Trinitate quoties cogitamus de Patre, vel Filio, aut Spiritu Sancto sigillatim, faceremus ens rationis.

VII. Hæc solutio eadem fortè cum illâ est, quæ aliis terminis à quibusdā tradi solet nempe in actu signato, & in actu exercito. Distinctio in actu signato differat à distinctio in actu exercito.

illa est quæ exercetur seu fit, non cognoscitur, ut cum de capite solo in actu signato cogitamus, illud in actu exercito à reliquo corpore ex parte objecti intentionaliter præcindimus, & dividimus, licet supra divisionem factam non reflectamus, nec affirmemus illud unitum corpori non esse. Distinguere in actu signato est distinctionem ipsam in objecto repræsentare, seu cogitare à parte rei distinctionem esse inter animal & rationale, quod si fieret, effectus ens rationis, illa siquidem distinctio à parte rei, seu realis, nec est nec esse potest. Prior explicandi modus nostræ Præcisiones explicandi rationi est conformior.

## DISPUTATIO XXVI.

### De Universalis in Communi.

I. *Scientia*, teste Aristotele, est de universalibus. cum ergo indagatrix veritatis Dialectica ad eam præcipue tanquam ad scopum collineet, operâ hîc pretium arbitror hunc de Universalis tractatum attexere. Quanti verò fuerit difficillimæ huic disputationi quæstionem de distinctionibus præmississe, quantumque præcisiones objectivæ ad clarâ illius resolutionem conducant, res ipsa monstrabit. Tot enim, tamque spinosi hic nodi ac nexi occurrunt, ut clarè omnes evolvere per sanè sit difficile, sine præcisionum verò ac dictionum præsidio ferè impossibile.

II. Imò verò res hæc nonnullis olim ita faceflebat negotium, ut Melchior Canus l.9. de locis Theolog. c.7. licet se ingenij non nimis tardi esse dicat, quæstionem tamen de universalis (quamvis in eâ multum se desidasse, temporisque non parum ac diligentia posuisse testetur) nunquam se capere poluisse fateatur. Vitio proinde vertit Philosophis quòd eâ in re tantum, vel laboris, vel otij impendant, quæ utilitatis parum, molestiæ plurimum ferat, quòdque rem tam parvi momenti tanto sudore comparent.

III. At sane quidquid de labore sit ac diligentia, quæ in Universalis addiscendo ponenda est, tractatus iste apprime utilis est, ne dicam necessarius. Quo enim pacto Dialecticæ studiosi suas conficiant Demonstrationes ac Syllogismos, in quibus Universalis frequentius includuntur, si, quid universale sit, eos lateat? Quo pacto per Definitionem, genere constantem & differentia, naturas rerum pervestigant, si, quid Genus, quid Differentia sit, nesciant? Genus autem scire nequeunt, si Universale, quod Generis Genus est ignorent.

IV. Quod si quis Universale, quod spinosum sit, reformidet, is Dialecticæ studio omnino absteineat, utpote quæ tota spinis est confita, ex quibus tamen si excolantur, scientiarum omnium rosæ enascuntur.

### SECTIO PRIMA.

#### Refellitur sententia Platonis.

I. Cum universale ex generali vocis acceptione idem sonet quod commune pluribus, quot modis aliquid commune fuerit, tot erit universale. Primum ergo, causa quæ plures effectus producit, vel producere potest, ut *Dens* & *sol*, universalis dicitur in causando: vox quæ plura significat, ut *canis*, *sanus*, *visus*, vel unum commune pluribus, ut *homo*, & *P. Th. Compioni Philosophia*.

animal, substantia, universalis est in significando: Imago quæ plura simul repræsentat, ut *tabula geographica*, *globus celestis* &c. vel unum commune pluribus, ut conceptus repræsentans animal, vivens, substantiam, universalis est in repræsentando. Id tandem quod ordinem dicit ad plura quibus inest, & de quibus prædicatur, ut *natura humana de Petro, Paulo, & ceteris hominibus*, universale in essendo dicitur & prædicando.

Celebris hæc in re est, sententia dixerim, an somnium Platonis, qui, ut refert Aristoteles i. Metaph. Plato n. c.6. tex.6. & c.7. item 7. Metaph. c.8. posuit naturas varias rerum omnium specificas separatas à singularibus, ingenerabiles & incorruptibiles rerum omnium, quæ in mundo sublunari sunt effectrices, easque in cornibus lunæ constituit, & Idæas nuncupavit, quarum participatione res omnes singulares constant, & tunc primum existere desinunt & corrumpuntur cum ab Idæarum participatione desistant; quæ proinde quia à multis participantur, universales vocantur, aliudque universale Plato non admisit.

Rosam ergo in communi, e.g. statuebat Plato spinis in communi cinctam, colore sine dubio in communi, & odore, aliisque in communi accidentibus ornatam, & cujus aspectu homo in communi illic existens mirè oblectabatur. Hanc, inquam, statuebat rosam rosarum sublunarium productricem, quas ita producebat, ut producendo constitueret, ita constituebat ut se iis totam imprimeret, ita demum tota inerat singulis, ut tota inesset universis. Merito hoc nomine rosa dicta universalis.

Ratio ejus erat primò, ut essent scientiæ, quæ sine objecto ad hoc apto, nempe incorruptibili, & necessario esse non possunt, singularia etenim omnia fluxa & corruptibilia sunt, ac contingentia, cum in dies pereant, ac dilabuntur. Secundò, quia videmus effectus sæpè produci, quorum nulla particularis assignari causa potest, ut ignis, rana, & similes. Dari ergo debet ignis universalis, qui ignem producat in ijs circumstantijs, & rana in communi incorruptibilis, & à nostris sensibus remota, quæ ranam hanc progignat.

Multi ijsque gravissimi auctores Platonem ab errore hoc ridiculo vendicant, asseruntque eum per Idæas non intellexisse substantias universales separatas, sed Idæas omnium rerum in mente divinâ, ubi rerum omnium cognitiones, infinitæque scientiarum thesauros habet reconditos: ita D. August. & alij, quos videre licet apud Conimb. q.1. de universalis, ar.3. Imò arbitrantur nonnulli Aristotelem magistro suo Platoni hanc doctrinam falsò imposuisse.



fuisse, quod & alias sæpe fecisse fertur in doctrinâ Socratis & Platonis, ut haberet quod majori facilitate ac plausu impugnaret.

VI. Exinde tamen mihi probabile videtur Platonem sententiam illam tenuisse, quod S. Thom. 1. p. qu. 85. a. 1. ad primum & secundum, & q. 84. a. 1. corp. & alibi sæpe hoc ei placitum ascribat.

VII. Prima conclusio: hæc sententia fuerit Platonis necne, falsa planè est & naturæ lumini repugnans. Ita communis Philosophorum sententia apud Conimbr. loco proxime citato. Probatum primò, illa natura universalis separata à singularibus vel est in illis, vel non: si non, ergo non constituit illa, cum nihil magis esse debeat intrinsecum rei, quàm ipsa rei essentia; unde si Petrus in terra esset, & Petri essentia in cornibus lunæ, Petrus homo non esset, quia in se essentiam & naturam hominis non haberet. Deinde si natura hominis sit in Petro & Paulo, ergo vel eadem numero in utroque est, vel diversa: si diversa, ergo non est universalis, sed dux, vel plures particulares, numero distinctæ & numerice; si eadem realiter in utroque, primò, repugnat rem unam realiter esse in tot realiter distinctis, deinde Petrus & Paulus erunt idem numero, nam in creatis *Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.*

VIII. Confirmatur, Natura hæc universalis jam non est realiter identificata cum singularitate Anti-Christi, ergo nunquam cum eâ poterit identificari, duo enim realiter distincta, nunquam in unam realiter entitatem possunt coalescere. Et eodem modo probatur singularitatem Petri jam existentis, quæque, ut supponitur, cum naturâ illâ identificatur, nunquam ab eâ posse separari, nec Petrum destrui.

IX. Confirmatur secundò, inter producens & productum esse debet distinctio realis, ergo si Idæ illæ in cornibus lunæ, vel si velis in Epicuri mundis existentes, rerum sublunarium sint productrices, ut rana in communi ranæ particularis, rana illa ab hac sublunari distinguatur necesse est, ergo unam cum eâ ranam non potest constituere.

X. Probatum secundò, quidquid à parte rei distinctum existit ab alio, aliquid determinatum est & certum, certam ac determinatam habens existentiam, impossibile quippe est ut realis entitas alicujus rei indifferens sit ut realiter sit entitas alterius, ergo est limitata ex naturâ suâ, & ad unum determinata, ergo singularis, alioquin una res posset esse alia. Confirmatur, existentia est ultimus actus entis, ergo non advenit illi nisi completo in omni alia ratione, nempe Entis, Substantiæ, Corporis, Viventis, Animalis, Rationalis, & Singularitatis, ergo. Confirmatur secundò, illa entitas est producta, ergo per actionem determinatam, ergo effectus est determinatus, utpote à quo actio specificatur.

XI. Nec ullius momenti sunt rationes in contrariū: non prima, nam ad rationem scientiæ nõ requiritur ut sit de rebus physicè incorruptibilibus, sed metaphysicè, sive de propositionibus in quibus connexio extremorum est æterna, seu æternæ, ut ajunt, veritatis, & indefectibilis, nam de rebus physicè defectibilibus datur scientia, scimus enim quod sint physicè defectibiles, sed sub hac ratione sunt metaphysicè indefectibiles. Perire ergo res omnes possunt creari quoad esse physicum, non tamen quoad esse metaphysicum, seu connexionem prædicamentorum essentialium; licet enim homines omnes submergi in diluvio Noë fuissent, adhuc verum esset dicere, *homo est animal rationale*. Ad secundam rationem dicemus in Physicis non solum dari causas univocas, sed etiam æquivocas, à quibus tunc effectus illi producuntur. Divisio autem illa in universale ante res, in rebus, & post res, explicari solet de

Deo, universaliter fundamentaliter, & universaliter formaliter.

Secunda conclusio: universale de quo hic agimus, est natura, seu prædicatum, quod secundum se totum multiplicatur, & inest suis inferioribus, ac deest in recto prædicatur tanquam eorum essentia. Secunda pars conclusionis sequitur ex primâ, ideo enim potest aliquid in recto prædicari de alio, quia inest ei, & si ei non inest tanquam quid essentialiter, & cum eo realiter identificatum, prædicari de eo in recto non potest: unde licet dicere possimus, *homo est albus, homo est animatus*, non tamen, *homo est albedo, homo est anima*, quia anima & albedo realiter ab homine distinguuntur. Prima conclusionis pars constat ex sectione sequenti.

## SECTIO II.

Refertur P. Fonseca opinio de universal.

I. Ari naturas aliquo modo universales ita omnium animis infedit, ut quisquis id negaverit, Philosophi cum è logicorum numero exterminandum, aquâ & igni Dialectico interdicendum putent. Unde S. Anselmus lib. de Incarn. c. 2. eos, qui naturas universales omnino negant, *hereticos in Dialecticâ* appellat. Et Galenus brutis stupidioribus esse ait, qui ita omnia intra singularium limites restringunt, ut universalia penitus tollant.

P. Fonseca ergo 1. 5. Metaph. c. 18. s. 2. & 1. 7. cap. 12. q. 2. ut has censuras effugiat, novam ac miram in universale statuendi viam inivit. Tres itaque in unaquaque naturâ status ponit, secundum se, existentiam realis, & existentiam objectivam. Primus naturæ status, seu secundum se, est quo natura præcedit contractionem ad singularia. Secundus status est ipse status contractionis, quo scilicet natura à parte rei in ipsis singularibus existit. Tertius demum status est, quo natura per intellectum ab individuis præscinditur, & fit universalis.

In primo ergo statu naturam ait nec universalem esse, nec singularem, sed in statu quodam aptitudinis, & indifferentiæ, ut vel singularis fiat per realem contradictionem ad differentias individuales, vel universalis per abstractionem intellectus.

Hanc sententiam latè impugnat P. Suarez, & P. Hurtado, ille d. 6. Met. s. 3. hic d. 5. Met. s. 6. Conimbr. Arriaga d. 4. log. s. 2. & alij.

Omissis varijs quæ contrâ hanc sententiam afferri possent, hoc unico argumento sufficienter eam refutari existimo. Sequeretur hanc indifferentiam naturæ pro illo priori esse realem, cum ante omnem intellectus operationem eidem inest, sed non est realis, ergo. Probatum minor, si esset realis, natura eam in individujs jam existens retineret, sed non retinet, ergo. Major videtur certa, illa enim aptitudo erat prædicatum reale, realiter identificatum cum naturâ, ergo si eam semel natura habuerit, semper eam habeat necesse est, cum implicet id quod semel cum re aliquâ realiter est identificatum, non semper cum eâ identificari. Quod verò aptitudinem illam natura in individujs non retineat, fatetur ipse P. Fonseca, dicens eam in individujs universalitatem illam aptitudinalem amittere.

Secundò, impugnatur hæc aptitudo; si sit realis, debet posse existere à parte rei, sed non potest existere à parte rei, ergo. Major est certa, hic enim est conceptus entis realis. Minor probatur, nec enim aptitudo illa existere potest separata ab individujs, sic namque incidere Fonseca in opinionem Platonis, nec in individujs, ait enim Fonseca eam per contractionem ad individua tolli, ergo.

VI. Hæc indifferentia non potest existere à parte rei.

Dices



VII. Dices primò, si natura ex se esset singularis, nunquam fieri posset universalis, ergo cum constet eam posse fieri universalem, concedi necessariò debet huiusmodi status naturæ secundum se. Respondetur distinguendo antecedens, non posset fieri universalis physicè & realiter, concedo antecedens; intentionaliter & per intellectum, nego: intellectus enim sine singularitatibus concipere eam potest, sicque reddere universalem.

VIII. Dices secundò, natura humana (idem est de aliis) antequam contraheretur ad individua, erat apta & indifferens ut ad illa contraheretur, ab actu enim ad potentiam valet consequentia, de facto jam contrahitur, ergo poterat contrahi. Respondetur, nullam in ea physicam ad hoc fuisse aptitudinem seu potentiam, sed solum logicam, ut aiunt, seu quòd natura in conceptu suo objectivo nullam involveret repugnantiam ut pluribus individuis inesset, & in iis multiplicaretur, quam tamen repugnantiam dicit Natura Divina, sicque per intellectum universalis fieri non potest.

IX. Dices tertio, cum Fonseca, asserere Aristotelem genera & species independentem ab intellectu convenire rebus. Respondetur, solum velle Aristotelem illa rebus ante intellectum convenire fundamentaliter, cum ipsemet Aristoteles dicat universale aut nihil esse, aut posterius esse, nempe post operationem intellectus.

X. Dices quarto, objectum juxta Aristotelem 1. de Anima tex. 33. est prius actu, ergo universale aliquo modo debet actum intellectus antecedere. Respondetur antecedere fundamentaliter, plures namque dantur naturæ similes, & hac ratione aptæ ut secundum illam rationem abstrahantur à differentiis individuantes, & constituent universale. Ad summum autem illo loco vult Aristoteles actum pendere ab objecto, objectum tamen hoc non obstante potest sub conceptu universalis esse vel posterius, vel simul cum actu præscindente, sicut actio in physicis à termino pendet, quem tamen physicè producit.

### SECTIO III.

Inferuntur quedam circa Naturam secundum se.

I. Infero primò, prædicata illa dici competere Naturæ secundum se, quæ in utroque statu in eo reperiuntur, ut in Natura humana esse animal, substantiam, rationale; &c. hæc enim æqualiter naturæ humanæ competunt, sive universalis sit, sive singularis.

II. Infero secundò, naturam secundum se à parte rei dari non posse, nec enim existere potest nisi in individuis, & per singularitates contracta.

Infero tertio, licet Natura ab intellectu considerari in actu signato possit secundum se, hoc est, ita ut nihil in mente signetur seu representetur aliud, quam prædicata ejus essentialia, (quo sensu intelligi debet celebre illud dictum Avicennæ, Equinitas est tantum Equinitas, nec una, nec plures) in actu tamen exercito per hunc ipsum actum redditur universalis, denudatur etenim à differentiis individuantes, sicque est indifferens ut de variis per prædicationem affirmetur: licet nonnulli, ut sit proximè prædicabilis & universalis logicè, requirant actum aliquem reflexu, qui sciat naturam esse ab individuis abstractam, & aptam de iis prædicari. De quo postea.

IV. Infero quarto, licet naturæ à parte rei non competat nisi determinatè esse singularem, at verò ut est in intellectu, nec ei determinatè competit singularem esse nec universalem, sed alterum tantum, idque necessariò, sicut numero necessariò convenit par vel

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

impar: vel enim natura cum singularitatibus concipitur, & per eas restricta, sicque est in mente singularis, vel sine illis præcise, & fit universalis.

### SECTIO IV.

Solvuntur axiomata quedam circa Naturam Universalem: & an detur universale in individui.

UT expeditius in Universali explicando progrediamur, dicta quædam seu axiomata ex Aristotele desumpta hic statim ab initio sunt declaranda, ne negotium postea facessant, & impedimento sint, quò minus inchoata semel materiæ hujus disputatio clarè ac liquide procedat.

Primum est, Universale esse priora singularibus: quod certum est intelligi non debere de prioritate reali, quia à parte rei nulla est distinctio, ergo nec prioritas, idem enim non potest esse realiter prius ipso. Solum ergo sunt priora quia universaliora, simpliciora, & subsistendi, ut aiunt, consequentia, quæ distinctionem rationis supponunt per intellectum factam. Priora ergo sunt quia universaliora, nam incipiendo ab ente (unde semper ducitur initium) numerare prædicata essentialia, prius ad magis universalis devenitur, ut discurrenti patebit. Priora sunt quia simpliciora, simpliciora enim secundum Aristotelem semper sunt priora, quia minus communia, & in se includunt, & aliquid aliud superaddunt, prius enim semper sunt partes ratione nostra quàm totum. Sicut prius est procurare ligna, lapides &c. quàm domum extruere. Priora tandem sunt subsistendi consequentia, valet enim ab inferiore ad superius, non è contra, ut est homo, ergo animal, non verò, est animal, ergo homo, qua de causa prius dicitur aliquid animal quam homo prioritate subsistendi consequentia.

Secundum axioma est, prædicata essentialia convenire singularibus ratione Universalium, ut quia homo est risibilis, Petrus est risibilis &c. contingentia verò universalibus conveniunt ratione individuum, ut quia Petrus currit, homo currit, animal currit, substantia vivens, corpus: quia Paulus est albus, homo est albus, niger, calidus. Nulla tamen hic est causalitas realis, sicut nec distinctio, idem enim esset causa respectu sui, sed solum est causalitas quædam ratione nostra, redditur enim ratio unius per alterum operatione intellectus distinctum, sicut etiam dicitur est homo quia est animal rationale, licet nulla sit à parte rei distinctio.

Ratio verò hujus dicti est, quia cum omnia inferiora conveniant in prædicatis essentialibus, tribuuntur tanquam radici alicui rationi in qua omnia conveniunt, non singularitatibus, quibus differunt, idque independentem ab actuali existentia. Prædicata verò contingentia tam positiva quàm negativa, ut loqui, studere, currere, non esse album, & reliqua, quia supponunt existentiam quæ contingens est, & non exercentur nisi in individuo, individualibus rationibus ascribuntur, suntque sicut illi diversa in diversis, non eadem vel similia in omnibus, uti priora. quod enim sequitur ad quid contingens, firmum esse nequit & fixum, sed principio, unde procedit, simile. Si autem aliquod ex istis prædicatis, etiam negativis conveniret naturæ non ratione singulari, conveniret illi per se posteriori, ut aiunt, seu necessariò, quod tamen hic non contingit.

Tertium axioma ex prioribus deducitur, nempe, Nec generari universalis nec corrumpi. Quod si absolute sumatur, falsum est, ut suprà diximus, cum cer-



Quaratio-  
ne verum sit  
universale  
nec genera-  
ri, nec cor-  
rumpi.

tum omnino sit, producto vel destructo individuo, produci vel destrui omnia ejus prædicata essentialia, quia sunt idem cum illo. Intelligi ergo debet non generari nec corrumpi universalia per se primo, sed ratione individuum, quo etiam sensu dicit Aristoteles secundas substantias existere in primis, & ratione illarum, non quod ut universales formaliter, vel generentur vel corrumpantur; quia actiones physicae exercentur tantum in individuo, ac propterea primario & per se dicuntur terminari ad individua, vel singularitates, secundario & consequenter ad naturas communes specificativè sumptas.

VI.  
Dicunt ali-  
qui dari un-  
iversale in  
individuis.

Quoad secundum Affirmat Albert. tract. 2. de Prædicab. cap. 2. Major in 2. d. 34. qu. 2. Paul. Venetus; quam etiam sententiam nonnulli tribuunt Scoto in 2. d. 3. q. 1. sed male, ut ait Hugo Cavellus ibidem, cum absolute neget Scotus dari universale ante operationem, seu præcisionem intellectus.

VII.  
Unde esse  
volunt uni-  
versale à  
parte rei.

Volunt ergo hi auctores dari Universale à parte rei, quia natura & una est ex se, & multiplex ratione individuum, eo ferè modo quo anima rationalis indivisibilis, in diversis corporis partibus una reperitur & eadem.

VIII.  
Non potest  
dari Uni-  
versale à  
parte rei.

Dicendum tamen à parte rei nec dari de facto, nec dari posse Universale. Ratio videtur clara, natura enim ut universalis sit, esse & una debet & multiplex, hoc autem fieri nullo pacto potest, eandem enim rem & unam esse & simul plures, implicantia est in terminis.

IX.

Exemplum autem illud de animà in pluribus corporis partibus nihil probat, anima enim in iis omnibus semper est eadem, nec à se numero distincta, sicut nec esset si in pluribus poneretur corporibus adæquatè inter se distinctis, & loco diffusi.

X.  
Implicat  
veniamdem  
à parte rei  
esse divisa-  
m & indivi-  
sam.

Secundò probatur conclusio: unum & indivisum idem sunt, multiplicitas autem in suo conceptu essentiali divisionem includit, implicat autem rem eandem à parte rei in eadem ratione & divisam esse & non divisam seu indivisam, sicut finitam & infinitam seu non finitam, calidam & non calidam, ergo. Hæc sententia latius impugnabitur postea d. 28. sec. 1.

## SECTIO V.

### Quæ sit definitio Universalis.

I.  
Dua defini-  
tiones uni-  
versalis.

Aristoteles duas tradit Universalis definitiones. 1. Perih. c. 5. initio, ubi res Universales & singulares describens ait: *Universale dico quod de pluribus aptum est prædicari, quale est homo, singulare autem id quod talem legem subire nequit, quale est Callias*. Altera habetur 7. Metaph. c. 13. his verbis, *id universale dicitur, quod in pluribus natura aptum est esse*.

II.  
Universale  
est unum in  
multis.

Hinc à Philosophis omnibus colligitur hanc esse naturam Universalis, ut sit unum commune pluribus in quibus est, tanquam essentiali illorum prædicatum, & de quibus dicitur in recto, ut *Homo est Animal, Vivens, Substantia, Petrus est homo &c.* unum, inquam, per intellectum, in multis à parte rei: quælibet enim res habet aliquid in quo cum aliâ conveniat, quod pro-

inde commune dicitur utrique (intelligi fundamenta- taliter) & aliquid per quod ab eâ differat, & ratione cujus constituitur hæc entitas numero & singularis, diversa ab aliâ. Cum ergo intellectus similem in duabus vel pluribus rebus singularibus rationem advertit, fundamentum habet ut concipiat id in quo conveniunt, relicto eo in quo differunt; sicque ratio illa à singularitate præcisa fit in intellectu una.

Sicut ergo unum physicè est illud in quo nulla est divisio, ita & illud unum est intentionaliter, seu metaphysicè, in quo nulla apparet intellectui differentia vel diversitas, quod hic cernitur, ubi illa ratio consideratur nullis conceptis differentiis, esto illas à parte rei habeat, sitque à parte rei multiplex in quo nulla est repugnantia, sicut nec ut Petrus sit à parte rei integer, & mutilus per intellectum, qui cum sine brachio concipit vel pede. Nulla etiam hic intercedit falsitas, nam præcipientium, ut supra vidimus juxta Aristotelem, non est mendacium: falsum autem esset si quis negaret à parte rei esse illic differentias, sicut & si Petro brachium negaret aut pedem.

Universale ergo est unum in multis. Unde infertur primò totam naturam universalem esse debere in singulis inferioribus adæquatè, & non ita ut pars sit in uno, pars in alio, sic enim mare, vel aliud hujusmodi totum, esset universale, cum sit unum, & in adæquatè in singulis partibus.

Infertur secundò, non sufficere ad Universale, ut eadem forma sit in diversis partibus ejusdem corporis, vel in diversis etiam corporibus, aut eadem albedo in diversis parietibus, tum quia forma illa singularis est, & habet ubique differentiam suam numericam, tum quia subiecta non sunt inferiora, de quibus forma illa prædicetur in recto, nec enim dicimus corpus est anima, paries est albedo, sicut dicimus homo est animal, albedo est color.

Infertur tertio, Naturam Divinam non esse Universalem, quia est essentialiter singularis. Licet verò communicetur tribus Personis Divinis tanquam tribus suppositis, non tamen sunt tres Personæ Divinæ plures in naturâ Divinâ, sicut Petrus & Paulus in humanâ, sic enim essent tres Dii non minus quam Petrus, Paulus & Joannes sunt tres homines, quod tamen necessarium est ad Universalis constitutionem, nempe ut inferiora in ea ratione sint multiplicia, in qua illud est unum.

Universale, Metaphysicum aliud, seu in essendo, cui posterior competit universalis definitio supra ex Aristotele assignata, quæ datur per inesse, aliud Logicum, seu in prædicando, cui convenit prior definitio, quæ datur per prædicari, naturæ enim rerum ad Metaphysicam spectant, prædicationes ad Logicam.

Quæres utra ex his definitionibus sit essentialis. Respondetur, illa quæ datur per inesse, ideo enim de pluribus potest prædicari, quia iis potest inesse, ac proinde prædicabilitas aliquo modo est passio Universalis Metaphysici, estque indifferentia naturæ in esse cognito, ut tam de uno quam pluribus individuis per judicium affirmari possit, De quo latius postea.

III.  
Quomodo  
universale  
fit unum in  
intellectu.

IV.  
Tota natura  
universalis  
debet esse in  
singulis indi-  
viduis.

V.  
Anima ra-  
tionalis in  
corpore non  
est universa-  
le.

VI.  
Natura Di-  
vinæ non est  
universale.

VII.  
Universale  
Metaphysi-  
cum & Logi-  
cum.

VIII.  
Essentialis  
universalis  
definitio est,  
quæ datur  
per inesse.

DISPU-



## DISPUTATIO XXVII.

## De unitate Universalis.

## SECTIO I.

Prænotantur quedam circa Unitatem  
Universalem.I.  
Unitas nu-  
merica præ-  
gnat cum  
naturâ uni-  
versali.

**C**ertum apud omnes est ad Universale non re-  
quiri unitatem numericam, hæc enim cum  
Universalis naturâ aperte pugnat, Universa-  
le liquidem commune & indeterminatum, hæc es-  
sentialiter singularis, incommunicabilis, & ad unum  
determinata, nec communis inferioribus, sic enim  
esset species, licet possit communicari diversis sup-  
positis, ut Natura Divina, vel objectis, ut eadem nu-  
mero albedo supernaturaliter tribus parietibus. Qua  
de causa dicitur unitas numerica maxima unitas, quia  
vel minimam, imò omnem excludit divisionem.  
Minor ergo aliqua requiritur unitas ad Universale,  
quæ secum aliquam saltem in rationibus particula-  
ribus admittat distinctionem, & propterea vocatur  
minor unitas, quia non includit omnimodam indivi-  
sionem, seu non excludit omnem divisionem, sicut  
excludit individuum.

II.  
Species ta-  
men homi-  
nis est unâ  
universale.

Advertendum tamen hîc quod acutè notat. P.  
Suarez d. 6. Met. f. 2. num. 12. posse hanc unitatem  
Universalem revocari aliquo modo ad numericam,  
non quæ absolute realis sit, sed intentionalis seu ra-  
tionis & objectiva: species enim abstracta hominis  
vel equi in ratione speciei & universalis ita est una,  
ut ternarium vel quaternarium numerum compo-  
nat cum aliis speciebus, ternarius autem constat ex  
unitatibus, unde species hominis, leonis, & equi  
sunt tres species, sicut Socrates, Plato, & Callias sunt  
tres homines.

III.  
Differunt  
universalia  
specie & ge-  
nere.

Distinguuntur etiam universalis formaliter seu se-  
cundò intentionaliter sumpta, specie & genere, vn-  
de ab illis quæ specie differunt, abstrahi unitas po-  
test generica, sicut specifica ab iis quæ tantum nu-  
mero distinguuntur, ut in prædicabilibus latius de-  
clarabitur.

## SECTIO II.

Detur in rebus à parte rei aliqua unitas  
minor singulari.I.  
Datur à  
parte rei u-  
nitatis aliqua  
minor nu-  
merali.

**C**onclusio; Datur in rebus à parte rei unitas for-  
malis aliquo modo à numerali distincta, reali-  
ter tamen cum illâ identificata, & multiplicata per  
multiplicationem individuorum. Est contra P. Hur-  
rad. d. 5. Met. f. 9. Rub. q. 3. de universali conclus. 3. &  
aliquos recentiores: communis tamen est omnibus  
ferè tum in D. Thomæ schola tum Scoti: tenet Cai.  
de ente & essen. cap. 4. f. 6. Soncinas, Javellus, & alij:  
Scorus 2. dist. 3. q. 1. cum suis: P. Suar. 1. Met. d. 6. f. 1.  
n. 8. & 9. dicens in hoc omnes auctores convenire,  
Fonseca 5. Met. q. 3. l. 2. & alij.

II.

Notandum ex Aristotele 5. Met. tex. 11. Unitatem  
esse negationem divisionis, (quod utrum sit in om-  
ni rigore accipiendum, vel quod solum velit in or-  
dine ad talem negationem explicari, non est præsen-  
tis negotij) unitas ergo est indivisio, seu non divisio in  
plura, & unum definitur solet quod sit indivisum in se,  
& divisum à quolibet alio. Prima ergo pars conclusionis

probatur ratione à P. Suar. loco citato adducta. Cum Quot sunt  
unitas sit indivisio, quot sunt divisionum genera, tot  
erunt & unitatum illis propositarum, sed in rebus sunt unita  
non reperitur individualis tantum seu materialis di-  
visio inter ejusdem speciei individua Petrum v. g. & ta.  
Paulum, sed formalis etiam, & essentialis inter duas  
species, hominem scilicet & equum, ergo non so-  
lum dabitur unitas materialis ejusdem individui non  
divisi in plura individua, sed formalis etiam om-  
nium individuorum ejusdem speciei, quæ non divi-  
duntur in plures essentias seu formas: non minus e-  
nim Petrus non est divisus in plures essentias specie  
distinctas, (quæ sola vocatur divisio essentialis, divi-  
sio enim naturæ humanæ in Petrum & Paulum est  
solum divisio essentialium, non essentialis) quam in  
plura individua: sicque non materialiter tantum sed  
etiam formaliter est unus, nempe indivisus specie fi-  
cut numero, seu non divisus in plures essentias spe-  
cie distinctas, sicut divisus non est in plura indivi-  
dua numero tantum distincta.

Alia est di-  
visio essen-  
tialis, aliâ  
divisio es-  
sentialis.

Secunda pars, quod multiplicetur hæc unitas rea-  
liter in singulis individuis, constat, sicut enim unitas  
ut sic, est passio entis ut sic, ita talis unitas talis entis,  
cùm ergo natura humana multiplicetur realiter in  
singulis individuis, multiplicabitur etiam formalis  
unitas illam consequens, alioquin eadem numero  
realiter passio esset in diversis realiter subiectis, tem-  
pore & loco disjunctis. Singulis proinde individuis  
sua inest unitas formalis, & non est una omnibus  
communis, nisi fundamentaliter.

III.

Unitas for-  
malis mul-  
tiplicatur in  
singulis in-  
dividuis.

Sicut itaque in Petro e. g. & quolibet alio indivi-  
duo est differentia specifica & numerica, quamvis  
à se invicem non distinctæ, ita & unitas formalis  
fundata in differentia specifica, & unitas numerica  
fundata in differentia individuali. Tribuendo ergo  
singula singulis, per id Petrus formaliter esse dicitur  
indivisus in plures essentias, per quod descendendo  
ab ente invenitur primò dicere repugnantiam cum  
illis, sed descendendo ab ente invenitur dicere repug-  
nantiam cum illis per rationem aliquam prius quam  
perveniat ad singularitatem, ergo non per singu-  
laritatem formaliter, ergo per aliud aliquo modo ab  
eâ distinctum & prius illâ.

IV.

In quovis  
individuo  
est unitas  
formalis, &  
numerica.

Minor itaque probatur, descendendo ab ente an-  
tequam perveniat ad differentiam numericam, in-  
venitur repugnantia communicabilitatis in Petro  
pluribus essentis, ergo & ratio invenietur dividen-  
di eum ab illis, ergo indivisio formaliter sequetur  
ad illam rationem. Antecedens patet, per rationale  
vel rationem suam specificam dicit essentialiter repu-  
gnantiam natura humana in Petro, ut dividatur in  
plures essentias specie distinctas, implicat enim ut  
natura humana sit natura equina, leonina, cervina  
&c. ergo ob rationale formaliter est natura huma-  
na indivisa in plures essentias, ergo unitas sequitur  
ad rationale formaliter, & est passio vel quasi passio  
illius, ergo prius intelligitur hæc unitas quàm diffe-  
rentia numerica, ergo à fortiori est prior unitate nu-  
merica quæ est passio differentie numericæ & con-  
sequenter illâ posterior, ergo unitas formalis aliquo  
modo distinguitur ab unitate numerica, non quidem  
realiter, quia sic omnia sunt unum sicut animal etiam  
est idem cum rationali, sed fundamentaliter seu vir-  
tualiter.

V.

Descenden-  
do ab ente  
reperitur in-  
divisio &  
unitas ante  
unitatem  
numericam.

Eo verò modo quo entitas, unitas etiam quæ ad  
illam

VI.

K 4



Unitas se-  
quitur enti-  
tatem.

illam consequitur, composita dici potest nimirum ex unitate formali & numerica, & unitas formalis essentiam sequitur, numeralis sequitur singularitatem, & quod entitas præcisa est latior, eo est latior unitas, sicque unitas substantiæ est latior quam corporis, corporis quam viventis, viventis quam animalis, animalis quam hominis, hominis quam Petri, seu singularitatis, quæ nullam omnino admittit latitudinem, aut divisionem, eaque de causâ dicitur unitas simpliciter.

Tandem notandum, hanc unitatem formalem per se, & nisi abstrahatur ab unitatibus numericis, non afficere ad universale, quia non est communis sed singularizata, multiplicata nimirum in singulis individuis, & realiter eadem cum unitate individuali, unde per eam non potest natura reddi communis nisi per intellectum ab unitatibus individualibus abstrahatur. Manet tamen unitas, formalis in intellectu simul cum universalitate, quod unitati numerice repugnat.

VII.  
In ias for-  
malis per se  
non sufficit  
ad univer-  
sale.

## DISPUTATIO XXVIII.

*Utrum hac unitas, à numerica, & gradus Metaphysici inter se distinguantur ex natura rei.*

### SECTIO PRIMA.

*Proponitur & impugnatur sententia affirmans.*

I.  
Argum-nta  
pro distin-  
ctione ex na-  
tura rei non  
exiguam  
continent  
difficilia-  
tem.

**T**Ractatu de distinctionibus d. 22. f. 2. impugnavi obiter sententiam ponentem distinctionem actualem ante operationem intellectus inter attributa Divina, & prædicata Metaphysica in homine, rebusque aliis creatis, cujus plenioris discussionem quoad gradus Metaphysicos ad hunc locum remisi, præsertim circa argumentorum solutionem, quæ absque dubio difficultatem continent non exiguam. Unde licet multi putent sententiam hanc, Scoti non esse, ob argumentorum tamen, quæ ad ejus probationem adduci solent, subtilitatem in id propendeo ut eam verè ipsius esse existimem; tela enim tam acuta ex qua incude prodierint, facile apparet.

II.  
Opinio sub-  
tilissimi  
Scoti circa  
distinctionem  
ex natura  
rei.

Doctor ergo subtilis cum sua Schola, licet naturas non statuat reipsa ab individuis separatas cum Platone, ait tamen unitatem formalem (quam nos d. præcedente f. 2. multiplicari asseruimus in singulis individuis) unam & eandem perfectè esse, & ex natura rei ante omnem intellectus operationem distinguui ab unitate numerica, & quod nos per & post intellectus præcisionem fieri dicimus, hoc ponit ipse ante. Dicunt ergo Scotistæ esse unam & eandem humanitatem seu humanam naturam in multis individuis non propriè multiplicatam, eodem ferè modo ac si materia quæ habet potentiam ad varias formas, esset simul una & eadem sub illis.

III.  
Distinctio  
ex natura  
rei impu-  
gnatur ex  
Aristotele.

Quæ sanè sententia licet ingeniosè à suis auctoribus defendatur, plurima tamen videtur in se continere in Philosophia difficilia: & præter dicta loco supra citato impugnatur primò: Aristoteles enim l. de Ani. tex. 8. ait, *Universale aut nihil est aut posterius est*, nempe operatione intellectus, ergo non datur ante illam secundum Aristotelem, daretur autem secundum hanc sententiam, si natura ante intellectus operationem à singularibus distinguereur.

IV.  
Sequitur  
Petrum &  
Paulum non  
esse duos ho-  
mines.

Secundò, hinc sequitur Petrum & Paulum non esse duos homines, cum in illis non multiplicetur Petrum & humanitas, licet diversæ sint in illis singularitates, non magis quam tres Personæ Divinæ sunt tres dii, licet personaliter constituentes Personas multiplicenter.

V.  
Hac distin-  
ctio in res  
creatas in-  
ducit Myste-  
rium Tri-  
nitatis.

Tertio: quia inducit in res creatas mysterium Trinitatis, eadem enim humana natura est in Petro & Paulo, nec magis potest distingui numero per hæcceitates, quam Natura Divina per personalitates. Imò eadem natura humana esset simul in gratia & peccato, beata & damnata, & reliqua hujusmodi.

Alio modo à nonnullis defenditur hæc distinctio ex natura rei, non ut asserant eandem numero naturam esse in Petro & Paulo, sed ita gradus Metaphysicos distinguunt, ut quantum est ex se potuerit ens vel substantia in Angelo aut lapide, esse in homine, jam autem non posse quia sunt determinata ad hæc individua. Contrà primò, ergo quidquid est in Angelo, non est spirituale, nec materiale quidquid est in lapide, nam ens & substantia in Angelo potuisset esse in lapide, & è contrà, ergo rationes illæ in se nec spirituales formaliter sunt, nec corporeæ. Imò ratio entis in Deo secundum ipsos quantum est ex se potuisset esse in creaturâ, & ens in lapide potuisset esse in Deo, sicque quidquid est in Deo, non est increatum essentialiter, nec quicquid in creatura creatum. Quæ tamen & dignitate Dei, & veræ Philolophiæ mirum quantum sint dissona. Antequam proponamus argumenta Scotistarum.

Recolendum quod supra notavi d. 26. f. 5 n. 3. licet non sit necessarium naturam ut universalem concipi vel ut singularem reduplicativè, sed secundum se, ut aiunt, non tamen propter medium habere statum potest, & nec universalis esse nec singularis, nam ipso facto quod secundum se consideratur non consideratis differentiis individuantiis, fit universalis, licet in actu signato & reflexè ut talis non repræsentetur. Si autem cum differentia aliqua cognoscatur, est singularis, medium verò inter hæc dari nullo modo potest. Exempli gratia, non est necessarium concipere parietem ut album nec ut non album, si tamen concipitur paries, necessariò concipitur habens, vel non concipitur habens albedinem specificati, id est, vel concipitur vel non concipitur in eo albedo. Natura ergo ex eo quod concipitur secundum se, ipso facto fit universalis, licet reduplicativè ut talis non consideretur.

Notandum secundò, voces cum sequantur conceptus, non semper significare res ut sunt à parte rei & adæquatè, sed prout in mente, ut enim res concipimus, ita loquimur, ac proinde cum eas inadæquatè subinde concipiamus, voces etiam ad inadæquatos illos conceptus objectivos exprimendos imponimus, & proferimus. Hinc faciliis datur æquivocationis occasio, dum statum rerum in mente ad statum realem transferimus, seu ut sunt à parte rei, vel à sensu formali ad sensum realem, qui fallax est argumentandi modus, cum muretur suppositio: ut latius notavi supra d. 24. l. 8. in solutione septimi argumenti.

VII.  
Natura à  
parte rei  
non habet  
medium sta-  
tum inter  
universale  
& singula-  
re.

VIII.  
Voces fre-  
quenter si-  
gnificant res  
ut concep-  
tas.

### SECTIO



SECTIO II.

Solvuntur argumenta pro distinctione ex natura rei.

**I.** Arguitur primò, natura humana secundum se & essentialiter non est individua, ergo cum individua sit in Petro & Paulo, habebit hoc non ab essentiali, sed ab aliquo alio extra essentialiam illi addito, differentia scilicet individuali, ergo illa ex natura rei à natura distinguitur: primum antecedens probatur, quia si secundum se & essentialiter individua sit & singularis, non potest fieri universalis & communicabilis, quando enim unum per se, seu necessarid alicui convenit, contrarium nec per accidens eidem potest competere, quam ob causam Natura Divina universalis esse non potest. Confirmatur primò, implicat ullibi esse quidquam sine sua essentiali, sed humana natura reperitur in Petro sine differentia individua Pauli, & e contra, ergo non sunt illae differentiae de essentiali natura humanae.

Confirmatur secundò, Petrus & Paulus conveniunt specie, & differunt numero, ergo eandem habent essentialiam, non eandem individuationem, ergo essentialia eorum & individuatione distinguuntur.

**II.** Ad argumentum Respondeo primò, negando suppositum, dari scilicet à parte rei naturam secundum se; si autem per naturam secundum se intelligatur natura secundum se considerata, & sine individuus, dico eam esse universalem, idque essentialiter pro eo statu, juxta primum notabile in fine sectionis precedentis. At verò à parte rei natura est singularis & individua, idque essentialiter, posito quod producat, quia à parte rei necessario esse debet singularis, cum existere nil possit non singulare, & id quod est singularitas est ipsamet realis essentialia. Non tamen propterea repugnat illi universalem esse per intellectum, quia intellectus potest id intentionaliter separare, quod est realiter idem cum alio. Non ergo sunt hæc contradictoria, cum contradictoria esse debeant ejusdem de eodem, non respectu diversis, ut hic contingit, nam à parte rei necessario est singularis, in mente universalis.

**III.** Dices, natura humana eadem est in Petro & Paulo, & sola differentia est in singularitatibus. Nego antecedens. Urgebis, ergo Petrus & Paulus differunt essentialiter. Nego consequentiam, licet enim habeant naturas & essentialias numero diversas, non tamen est hæc essentialis differentia, sed tantum materialis, illa enim sola differre dicuntur essentialiter & formaliter, quæ non habent convenientiam in essentiali, seu à quibus abstrahi nequit una ratio essentialis omnibus communis. Si tamen per differre essentialiter solum velit quis habere essentialias numero diversas, & per differre formaliter, diversas unitates formales, rem tenet, improprie loquitur.

**IV.** Per quæ patet ad confirmationem, natura enim Petri differt realiter à natura Pauli, & Petreitas non est realiter de essentiali natura Pauli, nec e contra. Nec habent Petrus & Paulus realiter seu à parte rei eandem essentialiam, sed solum fundamentaliter. Imò si esset eadem, non posset per intellectum fieri universalis, sicut ob eam causam universalis esse nequit Natura Divina. Ad secundam confirmationem, dico Petrum & Paulum habere essentialias numero distinctas, nec convenire specie nisi fundamentaliter, quia species supponit actum intellectus abstrahentem.

**V.** Arguitur secundò, quæ differunt definitione, differunt in re, & essentialiter, sed animal & rationale homo & Petreitas differunt definitione, habet enim

diversas definitiones, ergo. Confirmatur; Aristoteles 4. Met. tex. 10, & 7. Met. tex. 3, ad definitionem requirit ut res definienda habeat unitatem, sed singularitates non habent unitatem, ergo definitur sola natura, ergo singularitates distinguuntur à natura à parte rei.

Ad argumentum distinguo majorem, quæ differunt definitione adequatà differunt in re, concedo majorem; quæ definitione solum differunt inadæquatà, nego: quæ enim hoc modo definiuntur, supponunt operationes intellectus ipsa ab invicem separantes, & ut distincta per intellectum definites, non ut sunt à parte rei, nec enim definiri potest Petrus Paulus, & cætera individua, individuales quippe rationes, seu ultimæ differentie numerice cognosci non possunt, ac proinde nec definiri: quo sensu præcipue dicitur scientiam non esse de singularibus.

Ad confirmationem dico, ad definitionem faciendam sufficere in objecto unitatem fundamentalem ante actum intellectus, seu convenientiam in prædicatis essentialibus, & similitudinem omnium unitatum formalium in singulis individuis repertarum, quæ solà representatà intellectus concipit rationem unam & eam definit.

Arguitur tertio, Natura humana nemine cogitante est ens, ergo unum quod est passio entis, sed non unum unitate individuali, sic enim multiplicari non posset, ergo alia ab individuali distincta. Confirmatur, ubi est multitudo, sunt unitates ex quibus constat, sed à parte rei natura humana, equina, & leonina sunt plures naturæ & essentialia, ergo habent suas unitates, nec solum individuales, quia differunt plus quam numero, ergo formales.

Ad argumentum dico, naturam & omnes gradus metaphysicos suas habere unitates sibi correspondentes, sed eo modo distinctas quo entitates, nempe fundamentaliter ante operationem intellectus, nam à parte rei omnia sunt unum, formaliter verò post intellectum. Ad confirmationem respondeo, non alio modo à parte rei dari, vel differre illas species, nisi in individuis. Plus ergo differunt illa realiter loquendo, quorum individua magis inter se distant, & consequenter præbent fundamentum intellectui ut unam rationem specificam, vel genericam ab ijs abstrahat. Nec dantur à parte rei naturæ humana & equina, ut his nominibus significantur, quia ut sic sunt universales, cum non considerentur in individuis; sed ab illorum differentijs abstracta.

Arguitur quarto, natura est communicabilis, singularitas non est communicabilis, ergo distinguuntur, cum contradictoria eidem à parte rei competere non possint. Respondetur si natura semper sumatur eodem modo, & non varietur suppositio, non urgere argumentum, si enim sumatur natura singularizata, tam est incommunicabilis quam singularitas, quia idem est cum illa. Si verò sumatur sola, supponitur præcessisse præcisio intellectus, & à sensu præcisivo arguitur ad realem.

Urgebis, natura à parte rei est communicabilis, patet, communicatur, ergo est communicabilis, constat hoc antecedens, quia est in Petro. Paulo, Ioanne & cæteris, ergo communicatur illis. Distinguo ultimum consequens, communicatur illis, id est unusquisque habet naturam sibi propriam, concedo consequentiam; communicatur, id est natura aliqua à parte rei existens communis est in illis, nego consequentiam, sed in unoquoque est sua singularis. A parte rei ergo, & realiter tam natura est radix incommunicabilitatis quam singularitas, quia à parte rei & realiter natura est singularitas.

Dices,

VI.

Resp. ea solum differunt in re, quæ differunt definitione adequatà.

VII.

Quæ unitas in objecto requiritur ad definitionem.

VIII.

Obj. natura humana nemine cogitante est ens, ergo unum.

IX.

Resp. naturam humanam à parte rei non esse nisi multiplicatam.

X.

Natura à parte rei non est magis communicabilis, quam singularitas.

XI.

Quomodo natura communicatur à parte rei pluribus.



**XII.** Dices, hæc est falsa propositio, Petrus est incommunicabilis, quia habet naturam humanam. Respondetur, in illa propositione esse præcisionem aliquam, ac proinde non est mirum, cum procedat in sensu formali, supposito aliquo modo distinctione intellectus. At si propositio procedat in sensu reali, tam est verum esse incommunicabilem Petrum, quia habet naturam humanam, quam quia habet Petreitatem, idem enim affirmatur utrobique, nam natura Petri est natura cum Petreitate, ergo realiter est Petreitas.

**XIII.** Arguitur quintò, non per idem formaliter constituitur Petrus in esse hominis, & in esse Petri, quod patet, nam Petrus per idem constituitur in esse hominis per quod constituitur Paulus, non tamen in esse Petri. Confirmatur, prædicata necessaria conveniunt individuís ratione essentia, ideo enim Petrus est risibilis, quia homo est risibilis, prædicata verò contingentia, ut esse corruptibile, conveniunt ijs ratione individuï, ergo antè intellectum, & à parte rei hæ rationes sunt distinctæ.

**XIV.** Ad argumentum respondetur, negando antecedens, si sermo sit ante omnem operationem intellectus, Petrus enim à parte rei per idem constituitur in esse hominis, & in esse Petri, nec per idem à parte rei constituitur Petrus & Paulus in esse hominis realiter, sed unusquisque naturam habet distinctam. Ad confirmationem dico, prædicata necessaria, & passionis convenire individuís à parte rei ratione essentia, non ut sic, sed contractæ, nam à parte rei non datur essentia ut sic, unde à parte rei tam habet Petrus prædicata necessaria ratione Petreitatis, quam naturæ, & contingentia tam ratione naturæ, quam Petreitatis, ut supra dictum est d. 26. l. 4. num. tertio.

**XV.** Dices, Petrus à parte rei est homo per naturam suam. Distinguo antecedens, per naturam distinctam à Petreitate, nego antecedens, per eandem cum illa, concedo. Contra, inquis, nec propositio dicit esse Petrum hominem à parte rei per naturam distinctam à Petreitate, sic enim esset falsa, hæc tamen propositio secundum omnes est vera. Respondetur, licet propositio non affirmet in actu signato Petrum esse hominem per humanitatem à Petreitate distinctam, in actu tamen exercito naturam distinguit à Petreitate priusquam hoc enuntiet. Si verò non præcindat, sed reduplicet humanitatem ut à parte rei & adæquatè sumptam, dico ex parte rei conceptæ tam esse formaliter hominem per Petreitatem, quam per naturam.

**XVI.** Arguitur sextò, universale, seu prædicata communia sunt incorruptibilia, ergo distinguuntur aliquo modo à singularitatibus. Respondetur, physice loquendo & universale, & prædicata essentialia esse corruptibilia, imò quoad esse physicum corrumpi, moriente enim Petro unà perit ens, substantia, corpus, vivens, animal, homo, incorruptibilitas autem universalis est solum metaphysice, & per intellectum, qui naturam abstrahit à conditionibus individuantes, sitque hoc modo incorruptibilis.

**XVII.** Quæ tamen non ita capiendæ sunt quasi intellectus hoc modo abstrahens eruat naturam hominis à corruptione, sed quod respectu intellectus homo eodem se habeat modo, ac si non fuisset corruptus, nam format de eo intellectus secundum essentiam præcise propositiones æternæ veritatis, ut homo est animal rationale, & huiusmodi. Unde quantumcunque physice corrumpatur, eadem tamen manet quoad intellectum connexio prædicatorum essentialium, quæ antea.

## SECTIO III.

Argumentum Scotistarum præcipuum, ex similitudine & dissimilitudine.

**S**eptimò & ultimò arguitur, estque quasi fundamentum hujus sententia. Petrus autè omnem intellectus operationem est similis Paulo in natura humana, & dissimilis in ratione individuali, ergo hæ rationes antè intellectum distinguuntur, nam implicat idem respectu ejusdem esse simile simul & dissimile secundum idem, cum sint contradictoria. Confirmatur primò, implicat idem respectu ejusdem esse simul æquale & inæquale, ergo. Confirmatur secundò, si Petrus à parte rei sit similis & dissimilis equo, sequeretur esse similem illi per rationalitatem, nam rationalitas & animalitas in Petro sunt idem, sed est similis equo per animalitatem, ergo & per rationalitatem, ergo etiam irrationalitati equi est similis per suam rationalitatem.

Ad argumentum, negatur consequentia. Ad probationem dico, non esse inconueniens concedere idem respectu ejusdem esse simile & dissimile simul à parte rei, licet non omnimodà similitudine & dissimilitudine, quamvis similitudo hæc & dissimilitudo explicari per diversas debeat formalitates in eo reperiens.

Similitudo ergo non consistit in indivisibili sicut æqualitas, sed solum dicit convenientiam duorum in aliqua ratione, licet in illa mutuo se excedant. Per id ergo in quo aliqua duo conveniunt, sunt similia, per id in quo differunt, dissimilia, similitudo enim est convenientia seu participatio alicujus prædicati, siue hæc participatio sit per identitatem siue non, & dissimilitudo est participatio prædicati diversi, non negatio participationis ejusdem, licet dum hæc prædicata nominamus, ipso facto faciamus distinctionem rationis. Sicut ergo in eodem subiecto possunt esse calor & frigus in gradibus remissis, vel lux & obcuritas, ita similitudo & dissimilitudo, nam cum suscipiant magis & minus, quod in calore & luce facit diversitas graduum, in similitudine facit multiplicitas fundamentalis prædicamentorum essentialium. Unde deduco, nihil reale esse quod alteri non sit simile saltem in ratione entis, cum omnia prædicatum illud participant, & res quo plura participant prædicata, eo sibi sunt similiores; unde propriissima ratio similitudinis censetur ratio specifica, utpote in qua plura includuntur prædicata.

Ad primam confirmationem, manifesta est disparitas, æqualitas enim non solum dicit convenientiam in aliqua proportionem, sed negat excessum, si enim vel minimum unum excedat alterum, non sunt æqualia, ut constat in duabus lineis, æqualitas enim idem sonat ac perfecta adæquatio mutua; similitudo autem hoc non dicit. Æqualitas ergo & inæqualitas sunt contradictoria, inæqualitas enim est idem ac non æqualitas, non sic similitudo & dissimilitudo.

Ad secundam confirmationem dico, si argumentum procedat à parte rei, seu in sensu reali, non esse inconueniens illa omnia concedere, cum à parte rei omnia sint idem. Si verò per intellectum & in sensu formali sunt falsa; nam sic falsa est hæc propositio, Petrus est similis Paulo per Petreitatem, vel homo est similis equo per rationalitatem, sensus enim esset, ratio formalis disconvenientia præcise, est ratio formalis convenientia. Hoc tamen materialiter loquendo, & à parte rei seu identice non magis est inconueniens quam eandem entitatem simplicem esse simul

**I.** Obi. Petrus est similis Paulo in natura, dissimilis in individuatione, ergo distinguuntur.

**II.** Resp. idem respectu ejusdem posse esse simile & dissimile.

**III.** Declaratur in qua consistat ratio similitudinis & dissimilitudinis.

**IV.** Differentia inter similitudinem, & æqualitatem.

**V.** Petrus à parte rei omnia sunt idem. Si per intellectum & in sensu formali sunt falsa, nam sic falsa est hæc propositio, Petrus est similis Paulo per Petreitatem, vel homo est similis equo per rationalitatem, sensus enim esset, ratio formalis disconvenientia præcise, est ratio formalis convenientia. Hoc tamen materialiter loquendo, & à parte rei seu identice non magis est inconueniens quam eandem entitatem simplicem esse simul



se simul animal & rationale, seu diversa habere prædicata in se identificata.

VI. *A parte rei non dantur animalitas & rationalitas, nisi his nominibus significan-*  
Dices, Petrus ante opus intellectus est similis Bucephalo in animalitate & non est similis in rationalitate, ergo vel distinguuntur ante opus intellectus in Petro animalitas & rationalitas, vel verificantur contradictoria de eodem. Respondeo negando suppositum, animalitas enim & rationalitas imponuntur ad significandas has rationes ut præci-

las, & operationem supponunt intellectus, Deus ergo Petrum intuens, non videt aliquid in quo sit similis Bucephalo, & aliquid in quo sit dissimilis, sed vidit totum Petrum esse illi similem, & totum dissimilem, idque ratione totius suæ naturæ, seu entitatis, licet intellectus abstrahens singula singulis tribuat, & Deus videt esse in illa entitate à parte rei fundamentum ut hoc præstet.

## DISPUTATIO XXIX.

## De aequalitate, similitudine, &amp; identitate.

## SECTIO PRIMA.

Quid sint, & quomodo differant æquale, simile, & idem.

I. *Æquale simile, idem.*  
Aristoteles 5. Met. c. 1. ait: illa esse similia quorum una est qualitas, illa eadem quorum una est substantia, illa æqualia quorum una est quantitas.

II. *Similitudo non consistit in sola quantitatibus.*  
Licet verò similitudinem ille, solis tribuat qualitatibus, ex communi tamen acceptione, & usu similitudo applicari hodie solet etiam substantiis, sic leonem & equum similes in animalitate esse dicunt Philosophi, ignem & aquam in substantia, homines omnes sibi in natura similes esse dicuntur, unde generatio substantialis ab Aristotele tradita est quod sit origo viventis à vivente in similitudinem naturæ: ergo secundum hanc definitionem homo homini, equus equo in natura est similis, ergo vel ipso teste Aristotele latius extenditur similitudo, quam ad qualitates.

III. *Æquale in intelligitur tam de quantitate virtutis, quam moris.*  
Circa illud verò quod ait Aristoteles, æqualia esse quorum eadem est quantitas, intelligendus est non de quantitate solum moris, sed virtutis, ut optime notavit S. Thomas 1. p. q. 42. a. 1. ad 1. Sic res varæ æqualis dicuntur perfectionis, homines æqualis auctoritatis, potestatis, virum. Imò personæ tres Divinæ à sanctis Patribus æquales sibi invicem appellantur: unde in S. Athanasij symbolo sic habetur, Totæ tres Personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales. Ex quibus constat æqualitatem non ad solam extendi quantitatem moris, sed etiam virtutis.

IV. *De identitate in substantia.*  
Tandem circa illud, eadem esse quorum una est substantia, notandum est perfectius hæc dici posse eandem, quod substantia est magis una: unde magis & perfectius eadem censi debent quæ unitatem habent formalem, seu specificam (utpote quæ solis differentiis individualibus distinguuntur) quam quæ tantum genericam, Petrus scilicet & Paulus, quam Petrus & Bucephalus.

V. *Idem in perfectissima persona Divina.*  
Hinc sequitur esse idem perfectissime solis competere Personis Divinis, quæ (stupente naturâ) tres sunt & unum, utpote quæ secundum Relationes Personales inter se realiter distinctæ, naturam habent numero eandem, sicque consensum, id est, ejusdem esse naturæ iis propriissime convenit, non duorum seu similis naturæ, quam vocem astu, fraude, scelere Arrianorum ad Divinitatem Christi, & consequenter Mysterium Trinitatis & fidelium mentibus abolendum inventam, orthodoxi omnes execrantur.

## SECTIO II.

Virum plura subjecta eandem numero habentia qualitatem essent similia.

I. *Status contrarius.*  
Sensus est, utrum v. g. duo parietes eandem numero habentes albedinem, essent inter se in ratione albedinis similes, an ad similitudinem requiratur distinctio in ipsa ratione quæ similitudinem fundat.

II. *Affirmant aliqui parietes illos fore similes, alij negant.*  
Affirmant nonnulli similes fore, imò similitudinem habituros perfectissimam. Unde tres Personas Divinas sicut in naturâ idem, ita & perfectissime in ea similes esse pronuntiant. Alij tamen negant, & ad similitudinem requiri aiunt, ut ratio similitudinis negant.

III. *Ad similitudinem extrema devent esse res aliter distinctas.*  
Dico primò, ad similitudinem requiri ut extrema ipsa quæ in se similitudinis denominatione recipiunt, sint realiter inter se distincta. Hoc probat communis illud & à Philosophis omnibus receptum axioma Nullum simile est idem, & Nihil potest esse simile sibi. Ratio verò est, nam alioquin idem essent similitudo & identitas, quæ tamen ab omnibus censentur distincta.

IV. *Non requiruntur ut ratio fundandi eadem.*  
Dico secundò, ad similitudinem non esse necessarium ut qualitas seu ratio fundandi similitudinem sit numero eadem in utroque extremo seu subiecto. Ratio est clara, alioqui nullæ duæ res creatæ unquam essent similes, cum in se nunquam eandem numero habeant qualitatem.

V. *Possum esse similia quorum ratio fundandi est eadem numero.*  
Dico tertio, ad similitudinem non requiri, ut ratio, in qua aliqua duo sunt similia, realiter distinguatur; quare duæ candelæ eandem numero habentes lucem, duo parietes eandem habentes albedinem essent, hi in albedine, illæ in luce similes. Unde Tres Personæ Divinæ eandem numero habentes Essentialitatem, sunt in ea similes.

VII. *Idem hoc in re est de similitudine & de æqualitate.*  
Ratio est primò, quia non magis à Philosophis ad similitudinem requiritur ut id in quo duo sunt similia, realiter distinguatur, quam requiritur ad æqualitatem, sed ad æqualitatem non requiritur, ergo nec ad similitudinem: probatur minor. Tres Personæ Divinæ sunt æquales, ut vidimus sectione præcedente, idque ut ait S. Anselmus, quia unaquæque est perfecta & summa Essentia, ergo ad æqualitatem non requiritur illius distinctio quod fundat æqualitatem.

Secundò probatur, Filius in Divinis secundum fidem est imago Patris, sed imago essentialiter includit similitudinem, & superaddit processionem, ut optime ex S. Augustino ostendit Suárez 1. 9. de Trinit. c. 8. n. 3. & Tanner. d. 4. de Trinit. q. 4. dub. 2. n. 20. ubi varia ad hoc assert sacre scripturæ loca, ergo, Dices sunt similes in Relationibus, non in Essentialitate.



sentia. Contrā, in Relationibus potius sunt dissimiles. Patet enim est innascibilis, productivus duarum Personarum, generans, & alia in se habens quā non conveniunt Filio.

VIII.  
Id in probatur ex generatione viventis.

Tertio probatur, Generatio secundum Aristoteli & Philosophos est origo viventis a vivente in similitudinem naturae, ergo Filius ex vi processionis est similis in natura Patri, ergo similitudo non requirit distinctionem in ratione fundante similitudinem.

IX.  
Perfectissima similitudo est, quando ratio similis est eadem in numero.

Dico quare, perfectissima similitudo illa est, in qua ratio quae fundat similitudinem, est eadem numero in utroque extremo. Ratio est, quia perfectissima similitudo est illa quae in ea ratione in qua duo sunt similia, omnem excludit dissimilitudinem, sed talis nulla est quando ratio fundans similitudinem, distincta est in uno extremo & in altero, illa enim duo (albedo A verbi gratia, & albedo B) cum inter se sint dissimiles ob differentias numericas, quas in se diversas includunt, perfectam fundare similitudi-

nem, seu nullam in se habentem dissimilitudinem non possunt, ergo.

Hinc infero Personas Tres Divinas esse perfectissime in naturā similes, similitudine nimirum omnem dissimilitudinem excludente, quae in creatis naturaliter invenire non potest. Dixi naturaliter, nam si Deus in duabus stellis verbi causa, eandem numero lucem collocaret, essent perfectissime hac similitudine similes. Et licet ad relationem similitudinis requiratur distinctio extremorum quae referuntur, non tamen est necesse ut ratio fundandi sit realiter distincta.

Quaerens, utrum ē contrā si idem subjectum in duobus locis constitutum diversam in utroque haberet qualitatem numero distinctam, calorem scilicet, esset sibi in calore simile. Respondetur negatim, similitudo enim ex suo conceptu formali nisi in eis non esset ter duo reperiri non potest, nihil enim, ut supra dixi, est simile sibi.

## DISPUTATIO XXX.

### *De Objecto actus constituentis universale.*

#### SECTIO PRIMA.

*Refertur & impugnatur opinio affirmans universale esse omnia singularia.*

I.  
Prima sententia docet objectum actus universalis esse omnia singularia.

Prima sententia hac in re est Nominalium Gregorij, Okami, Gabrielis & aliorum quos citat & sequitur P. Hurtado d. 5. Met. l. 10. sub sect. 3. & P. Arriaga d. 1. Log. l. 6. sub l. 3. quam etiam multi ex Recentioribus amplectuntur. Affirmant ergo hi auctores objectum actus universalis esse omnia singularia. Exempli gratia, dum concipimus, inquit, animal, obversantur animo immediate omnia singularia animalis, non praesentia solum & praeterita, sed etiam possibilia, non quidem in particulari, sed ut conveniunt generatim in operationibus sensuivis, & ut modo quodam confusissimo repraesentantur. Sed quia varie hoc à diversis explicatur, singulorum modos sigillatim referam.

Variis procedunt hi auctores.

II.  
Dicunt alii quod objectum actus universalis est plura ut similia.

Variis modis refellitur hac sententia.

Primo igitur P. Hurt. citatus ait objectum universale esse plura individua cognita ut similia. Sed contra, similia ut similia essentialiter dicunt distinctionem & pluralitatem, ut etiam concedit ipse, nisi enim est simile sibi, & secundum omnes, ut supra vidimus, nullum simile est idem, ergo si cognoscuntur ut similia, cognoscuntur ut aliquo modo distincta, ergo actus sic cognoscens non ea indistinct, ergo non denominat indistincta, ergo non unum, ergo non dat illis ullam unitatem, ergo non constituit universale. Confirmatur primo, hic actus respectu illorum est distinctio, cognoscit enim plura ut similia, & consequenter ut plura, ergo potest reddere rationem plurium, ergo respectu illorum non est indistinctio, ergo non unitas.

III.  
Hic actus faceret universale, omnes homines sunt similes in naturā humanā, non constituit universale, quia repraesentat plura ut plura, & sunt similes.

Confirmatur secundo, secundum ipsum P. Hurt. & communem Philosophorum, hic actus, omnes homines sunt similes in naturā humanā, non constituit universale, quia repraesentat plura ut plura, & sunt similes. tamen idem est objectum huius actus & illius qui repraesentat plura ut similia, nam hic repraesentat plura ut similia.

IV.  
Dicunt alii objectum actus universalis esse omnia.

Secundo asserunt alij objectum actus universalis esse omnia individua sed cognita ut unum, & tamen ex parte objecti unitatem negant, & solum aiunt habere illa objecta unitatem ab actu tanquam à

formā. Contrā, unitas secundum hos auctores est solus actus intellectus denominans illa singularia unum, ergo ille actus si objectum cognoscit ut unum, sese cognoscit & se pro objecto habeat necesse est: patet, cognosci aliquid ut unum, est cognosci ut informatum unitate, sicut cognosci ut album est cognosci ut informatum albedine, sed unitas, est ipsemet actus, ergo si cognoscit objecta illa ut unum, cognoscit ut informatum illo actu, ergo cognoscit se.

Rejicitur etiam hac sententia.

Dices, primum actum qui illa plura repraesentat, non constituere universale, quia non cognoscit illa ut unum, cum se non possit cognoscere, constituunt tamen actus sequentes, qui supra objecta illa ut à priori actu cognita reflectunt, & actum illa informantem repraesentant. Contrā, si primus actus non constituit universale, nec constituent sequentes, patet, si primus actus non fecit illa objecta unum, ergo non poterunt sequentes objecta illa repraesentare ut unum, patet consequentia, non unum in se, seu à parte rei, quia sunt essentialiter plura, non ut facta unum per hos ipsos actus sequentes, nam sic hi actus repraesentarent se, & rediret prima impugnatio, nec demum ut facta unum per primum actum, nam non fecit ea unum, vel si fecit, ergo ad faciendum unum non est necessarium cognosci ea ut unum, ergo nec necessarium est ad faciendum universale secundum hunc modum universale defendendi.

V.  
Non potest hic assignari quod actus universalis.

#### SECTIO II.

*Alius modus defendendi omnia singularia esse materiam universalem.*

Tertio alij hac incedunt viā: Nec cognoscuntur, inquit, plura ut similia, sic enim necessatio cognosci debent ut plura, ut diximus, nec etiam ut unum, sed cognoscuntur plura specificativē, ita ut nequeat intellectus per hunc actum ob summam actus confusionem reddere rationem pluralitatis, licet revera cognoscantur plura, sicque hic actus non distinguit, vel, quod eodem recidit, indistinct illa objecta, ac proinde denominat indistincta, ergo unum, cum unitas & indistinctio sint idem. Ita Arriaga d. 6. Log. l. 4. & l. 6. sub l. 3. & multi ex recentioribus.

I.  
Tertius modus est plura ita confusi cognosci, ut actus in eis non distinguat.

Impugnatur hic modus primo. Hic actus non est indistinctus.

II.



*Contra: Angelus intuetur hunc actum dignum ex vi illius plura ut plura, ergo hic actus non facit eam unum.*

indistinctio, ergo non denominat objectum indistinctum & unum. Consequentia est evidens, antecedens probatur, hic actus potest reddere rationem plurium, ergo non est simpliciter indistinctio, patet antecedens, ex vi huius actus possunt dignosci plura quia plura, ergo, patet, Angelus videns hunc actum, videt esse representationem plurium, cum dicat actus ordinem transcendentem ad illa, Angelus enim novit hunc actum non representare unum tantum vel duo, sed plura & omnia, ergo Angelus ex vi huius actus cognoscit & distinguit esse plura, ergo hic actus simpliciter non est indistinctio.

III. *Idem ostenditur in hominibus.*  
Confirmatur, ponamus Petrum elicere actum, quo confusissimo hoc modo representet tres leones A. B. C. & alium quo vel simul vel successively repræsentet alios tres leones D. E. F. primus actus non est indistinctio illorum trium, cum ex vi illius distinguat Petrus leonem A. à leone D. & sic de aliis duobus leonibus in utroque actu repræsentatis, ergo, &c.

IV. *Declaratur alterius hos actus non facere universale.*  
Dices, distinguit quidem per primum actum tres primos leones à tribus postremis, non tamen primos tres inter se. Contra primò, clarius cognoscit tres primos leones per illum actum quam eosdem cognosceret, si simul uno actu omnes sex confusè cognosceret, per hunc enim actum tres primos leones ab aliis tribus non discerneret, ergo cum aliqua claritate illos per primum actum cognoscit, sicque aliquo modo distinguit, cum distinctius per primum actum illos cognoscit, quam per secundum, quo omnes sex simul repræsentat.

V. *Idem ostenditur in actu super hos duos actus respiciente.*  
Contra secundò, Angelus duos illos actus intuens videbit quo modo inter se differant, ergo & objecta eorum videbit, & si loco primi actus substituat alius qui duos tantum leones repræsentet, Angelus advertet mutationem, ergo differentiam videbit huius actus à præcedente, ergo prior actus Angelo repræsentabat tres leones ut tres, nam in eo solo differt primus à secundo.

VI. *Clarior hoc idem declaratur.*  
Contra tertio, si loco primi actus repræsentantis tres illos leones A. B. C. substituat alius qui repræsentet leones A. B. & F. Angelus advertet mutationem, licet uterque repræsentet tres leones, & sola mutatio sit facta in leone C. cuius loco substituitur leo F. ergo actus ille repræsentat leonem C. ut talem, ergo non confusissimo illo modo quo volunt adversarii, sed ita ut Angelus discernere possit eum peculiariter hic repræsentari, & idem est de aliis leonibus in his actibus repræsentatis.

VII. *Homines etiam ex vi huius actuum discernunt plura ut plura.*  
Idem est, si Petrus eliciat actum quo confusissimo hoc modo cognoscat unum aliquem hominem, puta Franciscum, si per alium actum simul confusè cognoscat Ioannem, Angelus videbit in quo hi actus differant, ergo. Imò Petrus ipse advertet in his duobus actibus differentiam. Quod si quis contendat non posse actu hoc confuso unum individuum cognosci, quin cognoscantur omnia numero tantum ab eo distincta, incurreret in impugnationem se & seq. ponendam: idem enim argumentum in visione formari potest, & actibus aliorum sensuum.

VIII. *Nec refert quid Angelus actum illum comprehendat.*  
Dices, Angelum comprehendere illum actum, unde nil mirum si ex vi illius plus percipiat quam homo. Contra primò, Angelus ex vi sola actus, ut repræsentativus est, percipit plura formaliter ut plura, ergo actus ille in se, & ut forma denominans objectum, est distinctio plurium, Angelus enim videt objectum illius actus esse plura, scilicet, ex vi illius in quantum repræsentatio est, reddere potest rationem plurium.

IX. Impugnatur secundò, non solum Angelus comprehendit cognoscens illum actum, sed etiam qui

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

elicit, si supra suum actum reflectat, & nos etiam omnes de eo hic disputantes, distinguimus per eum plura, ergo etiam respectu nostri non est indistinctio, ac proinde nec unitas. Patet antecedens, in præfati enim dum de actu illo disputamus, scimus esse representationem plurium, imò omnium singularium, ergo nobis reddit rationem plurium, ergo distinguit nobis plura, ergo non est indistinctio seu unitas. Confirmatur, dum intendunt adversarii universale suum conficere, elicere volunt actum qui plura, imò omnia repræsentet, ergo sciunt se hic repræsentare plura, & hunc actum differre ab eo, quo solum repræsentarent sex, aut viginti.

Dices, licet sciamus esse representationem plurium, non tamen in particulari distinguimus illa plura per hunc actum cognoscendo Petrum & ceteros sigillatim, ergo adhuc est indistinctio, nam non distinguit unum ab altero. Contra, nec per hunc actum, omnis homo, Petrum distinguimus à Paulo & ceteris sigillatim, & tamen secundum adversarios hic actus non est indistinctio respectu illorum, nam verè aliquo modo ea distinguit, nec constituit universale, aut denominat objectum indistinctum & unum, ergo vel uterque actus constituit universale, vel neuter.

## SECTIO III.

Alia impugnatio sententia statuentis objectum universalis esse omnia singularia.

Terriò impugnatur idem explicat li modus, quia secundum hanc sententiam equus aut aliud brutum quodcumque, facere potest universale, patet, nam equus videre unum, aut plures potest colores à longè ita confusè, ut distinguere non possit qui sint, nec discernere ab aliis, ergo oculus equi tunc indistinctus, & denominat objectum illud indistinctum & unum, ergo universale, quamvis non logicum seu prædicabile, hoc enim fit per solum intellectum, qui à prædicatione illud denominat prædicabile.

Imò præterea equus dum à longè videt colorem hoc obscuro modo, videt secundum hanc sententiam colores omnes qui jam sunt in quacunque mundi parte, in centro terræ, apud antipodas &c. Imò destrictos etiam, & merè possibiles, nam aquè indistinctus ab illis omnibus, atque ab existentibus. Quæ licet concedant nonnulli ex adversariis, & ne ut inconvenientia contra ipsos inferantur, ultrò ex suis ipsi hæc deducant principis, ut videre licet apud P. Hurt. d. 5. Metaph. l. ult. per tota, ita tamen vel ipsis sensibus, & communi Philosophorum doctrinæ repugnare videntur, ut quis vel hoc nomine ab amplectenda hac sententia deterreri merito debeat.

Quam hic ulterius impugno, & inquiri sicne vera hæc propositio, equus confusè videns colorem aliquem à longè: tam videt colorem qui fuit in pomo quod comederunt primi parentes, quam colorem hic oculis objectum? Negare non possunt, tam si videt illud quam hunc, ergo distinguit hunc ab illo, ergo non indistinctus. Si verò concedant, ut revera concedit P. Hurt. qui primarius est sententiæ huius patronus, mirari definamus stupida illa quæ de lyneo feruntur, cum acutiores longè oculi equis nostri temporis tribuantur, ut potè qui non parietem solum possint visu trajicere, vel naves cæcum & amplius miliaribus distantes cernere, ut ille, sed res quasque minutissimas in ipso terræ centro, imò à multis annorum millibus destructas.

Confirmatur & sequeretur etiam actum clarum

Is qui actum elicit, plura ut plura ex vi actus percipit.

X. Nec obstat quod illa plura non cognoscantur sigillatim.

I. In hac sententia sequitur brutum facere universale.

II. Sequitur etiam equum colores videre distinctos destrictos.

III. Concedunt equum videntem colorem confusè videre omnes colores possibiles.

IV.



Sequitur etiam alium clarum factum universale.

rum facere universale, homo enim videns albedinem etiam in propinquo non eam ab aliis ejusdem intentionis distinguit, ergo videt omnem albedinem etiam possibilem ejusdem intentionis cum albedine quam intuetur.

V.

Confirmatur 2. homo subinde aliquid à longè ita confusè videt, ut discernere non possit, nisi solum esse aliquid, vel ens, quod perinde est, ergo illud ex vi hujus visionis ab aliis omnibus entibus non distinguit, nec enim reddere potest rationem nisi solum entis, & dicere, est aliquid: ergo in hoc casu si ratio adversariorum valeat, confusè videt omnia entia, & fertur visio illa corporea extra objectum suum adequatum. Quod idem de visione equi probari non difficile poterit, cum non sit major ratio unius quàm alterius. Argumenta hujus sententiae proponuntur postea cum solutionibus.

Sequitur ulterius equi in illo casu videre omnia entia.

VI.

Idem serò sequitur in sententia præcisionem sensibus tribuente.

Quod si quis inferat idem sequi, in sententia admittente præcisiones. Viderint ij, qui sensibus præcisionem ascribunt. Ego qui supra d. 25. s. 2. cum S. Thoma negavi sensus præcindere, his telis non petor. Imò hæc omnia contra illam sententiam ut incommoda inde sequentia loco citato intuli.

## SECTIO IV.

## Vera sententia de unitate universalis.

I. Actui facienti universali, nullum individuum obijciatur, sed sola natura obijciatur præcisa.

Secunda itaque & vera sententia affirmat actui qui præcinit & facit universale non obijci immediate plura singularia, sed solum naturam immediate, inquam, nam mediatè, & veluti consequenter dici forsan possunt singularia esse objectum illius actus, quia id immediate est objectum, quod à parte rei multiplicatum existit in singularibus, & est idem realiter cum illis. Hæc tamen impropria est locutio cum intellectus sua vi ita rationem communem præcinit à singularibus, ut singularitates seu differentiae nullo modo per actum illum attingantur: ita Toletus q. 3. Conimbr. q. 2. a. 2. Rubius & recentiores communiter, qui præcisiones admittunt, & præcipue P. Suarez sæpè, maxime verò d. 6. Met. s. 3. n. 11. & s. 5. propè finem, ubi hanc sententiam ita expressè tenet, negans formam universalis esse actum intellectus, ut mirer à P. Hurt. illum pro contraria citari.

II. Objectum ergo actus universalis non sunt plura.

Dico igitur 1. objectum actus universalis non sunt plura, & consequenter non omnia singularia: ita auctores pro secunda sententia citati. Probatur primò, impugnationibus præcedentibus sectionibus contra oppositam sententiam allatis, quæ præcipua est hujus conclusionis probatio.

III. Clavè docet S. Thom. per actum facientem universale non cognosci singularia.

Secundò, ex S. Thom. 1. p. q. 40. a. 3. in corp. ubi sic habet: Respondet dicendum quod duplex sit abstractio per intellectum, una quidem secundum quod universale abstrahitur à particulari, ut animal ab homine, & in hac abstractione non remanet id à quo fit abstractio, remota enim ab homine differentia rationali, non remanet in intellectu homo, sed solum animal. Quid clarius? Ex his ergo verbis Angelici Doctoris habemus primò dari abstractionem universalem à particulari, quod cum cognitione immediata particularium seu singularium stare nullo modo potest. Secundò, habemus non cognosci singularitates per actum quo abstrahitur natura specifica, nec differentias específicas per eum quo cognoscitur sola generica, par enim est utriusq; ratio. Tertiò, habemus per verbum illud remota, ex mente S. Thomæ posse aliquid præcise removere, & ab alio intentionaliter dividi, ut supra latius dū de præcisionibus. Sed de mente S. Thomæ circa universalia, plura postea.

IV.

Ratio verò à priori conclusionis est, per actum

facientem universale non cognoscitur pluralitas, ergo non cognoscuntur plura. Consequentia est clara, sicut enim implicat cognosci hominem non cognita humanitate, vel album non cognita albedine, ita implicat cognosci plura non cognita pluralitate, tam enim pluralitas est forma plurium, quàm humanitas hominis, vel albedo albi: antecedens ergo probatur tum ex iis quæ supra dixi d. 24. s. 2. 6. & 7. tum ex verbis S. Thomæ proximè citatis, per actum abstrahentem animal (idem est de natura specifica respectu differentiarum particularium) remouetur rationale, & remanet in intellectu solum animal, ergo per hunc actum non cognoscuntur differentiae animalis, ergo non pluralitas, differentiae enim sunt formaliter, quæ faciunt plura in metaphysicis, sicut forma in physicis, quæ dant ultimum esse & distinguunt. Confirmatur, est namq; contra omnem experientiam cum concipimus hominem dicere concipere nos omnes homines in particulari, sed solum concipimus naturam, seu prædicata hominis essentialia, ergo in conceptu illo nullatenus involvuntur singularia.

Ratio à priori cur per actum universale non debeant cognosci singularia.

Dico 2. objectum actus universalis est unum. Probatur, objectum hujus actus est natura abstracta à differentiis individuantes, seu natura sola, sed natura sic concepta est indistincta, ergo una. Minor patet, differentia & distinctio sunt idem, sed præscinditur ab omni differentia, ergo ab omni distinctione, ergo habet indistinctionem, ergo unitatem. Confirmatur 1. natura sine differentiis non est multiplex, multiplicatur enim formaliter per differentias, sed objectum actus abstrahentis, seu facientis universale, est natura sine differentiis, ergo ut sic non est multiplex, ergo in mente est una. Unde posita sententia de præcisionibus, hæc questio de unitate universalis facillimè & clarissimè resolvitur, in qua tamen quantum laboraret adversarij vidimus s. 1. 2. & 3. & in quos scopulos impeerint.

V.

Objectum actus universalis est unum: & quomodo.

Dices, hoc argumentum si quid probet, probare naturam abstractam esse unam numero singularem realiter, nam natura abstracta non est multiplex realiter, ergo una numero realiter, non multiplicitas enim & unitas sunt idem. Nego consequentiam, procedit enim argumentum de subiecto non supponente, sicut si quis diceret, in sole non est multiplicitas graduum caloris, vel non sunt gradus particularis caloris, ergo est unitas seu unus gradus caloris: nulla consequentia, est enim de subiecto non supponente, calor namque non est omnino in sole. Ut ergo rectè inferatur consequentia, addi debet, in sole est calor, non multiplex, ergo unus, bene sequitur, sed major est falsa. Sic in præsentia addi deberet, natura abstracta habet unitatem numericam realem, nō multiplicem, ergo unam, sed major statim apparet falsa, per abstractionem enim præscinditur ab omni unitate & differentia numerica.

VI.

Nec hinc sequitur naturam abstractam esse unam numero realiter.

Vocari tamen posset natura abstracta aliquo modo una seu unum numero, sed cum addito, nempe unum numero universale, quam tamen unitatem nō habet à parte rei seu realiter, sed tantum per intellectum. Quod autem vocari possit unum numero universale probatur, natura enim abstracta hominis, equi, & leonis sunt tria universalia, & numerum componunt ternarium, omnis autè unitas quæ numerum conficit, sub ea ratione dici potest numerica, ut optimè advertit P. Suarez d. 6. Met. s. 2. n. 12. ubi id declarat exemplo universalium Platonicorum, si enim naturæ à parte rei separatæ existerent à singularibus, ac proinde universales, essent tamen singulæ à se distinctæ, & dicere possemus, ibi est natura universalis hominis, ibi leonis, ibi equi, essentq; numerabiles sigillatim. Certe existimo positæ præcisionibus

VII.

Est tamen natura abstracta unum numero universale.



SECTIO V.

1. **D**ico tertio: natura sic præcisâ, est universalis. Probatur, per hoc præcisè quod concipiatur natura sola, seu præcindatur à differentiis individualibus, est universalis, ergo. Probatur antecessus, est una, apta inesse pluribus, ergo universalis: prior pars

II.  
Natura cum  
unitate for-  
mali à sin-  
gularibus  
precisa est  
universalis

III.  
Stat unitas  
universalis  
cum apri-  
dinali divi-  
sione

IV.  
Explicatur  
ulterius quo  
modo per a-  
ctum obje-  
ctivè pre-  
tendentem  
fiat univer-  
sale.

Dices, natura sic concepta aliud nihil est quàm natura cum sua unitate formali, sed natura cum sola unitate formali, non est universalis, ergo natura sic concepta non est universalis. Respondeo distinguendo majorem, natura sic concepta nihil aliud est quàm natura cum unitate formali quomodocumque, nego majorem; quàm natura cum sua unitate formali præcisa, concedo: natura autem præcisa ab inferioribus est ut sic indivisa in illa, nec enim magis Petri est quàm Pauli, quoad intellectum, imò nullius, siquæ apta est ut tota intensivè modo proximè dicto communicetur, & consequenter est universalis.

Hoc autem differt unitas universalis à numerica, quòd licet utraque naturam reddat actu & formaliter indivisam, universalis tamen unitas ita eam actu facit indivisam, ut relinquat aptitudine divisibilem seu communicabilem, numerica vero facit eam essentialiter incommunicabilem. Stat ergo universalis unitas cum aptitudinali divisione, non sic numerica. Hoc tamen noto, si universale sumatur ut unum numero universale, est etiam incommunicabile pluribus universalibus, sed hoc sensu unitas universalis non est tam universalis quàm numerica, ut dictum est in fine sectionis præcedentis.

naturam, secundum negationem non repræsentat. seu non apponit differentias, ac proinde illas præcisive tollit & relinquit naturam. intentionaliter liberam, & quantum ad intellectum suo modo communicabilem omnibus.

Nec hinc inferas, dum repræsentatur animal tantum, est negatio intentionaliter ex parte objecti, ergo repræsentatur negatio, hoc enim non magis sequitur quàm si quis dicat, video Petrum tantum, ergo video Petrum, & negationes omnium aliorum rerum. Negatio ergo illi differentiarum est intentionaliter ex parte objecti, non per repræsentationem sui, sed per non repræsentationem, vel non appositionem intentionalem differentiarum : unde secundum omnes Philosophos animal abstractè conceptum est incompletum, & complebile per suas differentias, ergo illas ut sic non habet, non enim potest quid esse incompletum ad id quod habet.

Magis tamen propriè loqueretur, qui diceret animal præcìsum habere privationes differentiarum quàm negationes, quia est quasi subiectum aptum ad illas habendum. Est ergo distinctio ex parte obiecti solum in actu exercito, non in actu signato, scilicet non representandione distinctiõnem sed faciendione per non representandionem alterius partis.

Contra hanc conclusionem P. Ariaga d. 6. Log. sec. 2. opponit primò, Natura objectivè præcisa non potest prædicari intrinsecè de quolibet individuo, ergo non est universalis. Contrà primò, multò minus prædicari de unoquoque individuo possunt omnia singularia, hæc enim propositio est falsa, Petrus est hic & ille homo, & tamen hoc est universale ab ipso statutum, ergo non sequitur, non potest prædicari de quolibet individuo, ergo non est universale. Contrà secundò, dicunt passim adversarij universale amittere in prædicatione universalitatem, si ego ego idem dicam, argumentum non urget, ut constat. Quid autem de prædicatione universalis sentiam, dicam infra d. 32. f. 2. & tercia.

Opponit Arraga secundò, & principaliter. Re-  
pugnat aliquid esse unum in se realiter, & dividi re-  
aliter in plura, ergo & esse objectivè unum & dividi  
à parte rei in plura realiter distincta. Nego conse-  
quentiam, ut enim aliquid objectivè sit unum non  
est opus ut unitas aliqua physica ei appingatur, sed  
solum, ut ait S. Thomas, *ut intentionaliter moveantur*  
*seu non repræsententur differentiæ* quibus hoc mo-  
do amotis manet natura respectu intellectus una.  
Eadem autem facilitate quâ per intellectum præci-  
sivè movebantur differentiæ, iterum redduntur,  
sicque rursum per eas intentionaliter dividitur na-  
tura, sibi quæ redditur.

*Objectiones nonnullae contra hanc universale  
explicandi viam.*

**C**ontrà hunc quo olim universale explicabam  
modum, ingeniosi quidam Recentiores calore  
quodam philosophico impulsì, varias proposuere dif-  
ficultates, quarum ut & vis clariùs innotescat, & so-  
lutiò, sententiam quam tota hac disputatione fusè  
tradidi, hic paucis ascribam.

Inprimis suppono ex d. 24. posse intellectum naturam à singularibus objective præcendere, nam etiam hoc admissio. P. Hurtado d. 5. Metaph. l. 1. tit. sub. 7. num. 170. P. Arriaga d. 6. Log. sect. 2. num. 6. & P. Oviedo contr. 3. Log. p. 5. §. 1. qui præ reliquis hanc Nominalium sententiam illustrant, nostram opinionem impugnant.

L 2

Нос



III.  
Natura præcisa est una.

Hoc ergo posito, ulterius assero, naturam sic abstractam esse respectu intellectus unam, actus enim præciscens, ab omni eam differentiâ separat: sicque & respectu huius actus est una in actu exercito, & respectu actus reflexi in actu signato, poterit enim actus super objectum prioris actus reflectens dicere, prior actus fecit naturam communem.

IV.  
Non est unitas appingitur ab intellectu.

Dico itaque naturam humanam sic abstractam esse unam, non unitate aliqua novâ adveniente intrinsecè (hanc siquidem non puto quencumque naturâ appingere, vel si faciat, ei hac in re non assentior) nec enim intellectus per actum præciscivum concipit aliquid in objecto quod non est, sed solum inadæquatè concipit quod est, sed & una tum positivè per unitatem formalem; seu indivisionem in plures naturas specie distinctas, equinam, leoninam, & alias, quam adhuc in mente natuta retinet; tum quasi negativè, per remotionem scilicet præciscivam differentiarum, quibus amotis, nulla apparere potest in naturâ differentia, seu distinctio, & consequenter hoc sensu est in eâ respectu intellectus unitas.

V.  
Est etiam natura præcisa universalis.

Tandem dico naturam sic abstractam esse universalem, est enim in intellectu una modo explicato, & à parte rei multiplex, sicque una in multis, & tota in singulis intensivè non extensivè, ut postea latius declarabo d. 33. f. prima.

VI.  
Quicquam pro demonstrationibus apparentibus vera concipitur simpliciter.

Id etiam monitos velim qui hanc impugnatu sunt sententiam, ne (quod proclive est in hac materia ut f. 8. num. 8. latius ostendam) ne, inquam, à naturâ in uno statu, ad eandem arguant ut in altero, à naturâ scilicet abstractâ ad eam ut à parte rei; cum sit in utroque hoc statu natura quasi virtualiter duplex, ne mutando suppositionem, incidant in fallacias, & pro demonstrationibus apparentibus vera conficiant sophismata.

VII.  
Obi. actum terminari ad aliquid à Petro distinctum, & ad aliquid cum eo identificatum.

Arguitur itaque primò, in naturâ præcisâ ab individuis aliquid repræsentatur cum singulis individuis identificatum, & aliquid à singulis individuis distinctum, nec enim actus concipiens hominem ut sic, est actus concipiens solum Petrum; ergo terminatur actus ille ad aliquid idem cum Petro, & ad aliquid à Petro distinctum, ergo ad plura individua.

VIII.  
Resp. à parte rei quid sit esse, non in intellectu.

Respondetur distinguendo antecedens, repræsentatur aliquid quod à parte rei identificatur cum singulis individuis, & quod à singulis ut à parte rei distinguitur, concedo antecedens; ut in intellectu, nego: cum enim in intellectu præciscindatur ab omni differentiâ individuali, & solum maneat cum formali unitate, nulla in intellectu est in naturâ diversitas actus, sed solum aptitudo.

IX.  
Natura, in qua nulla relucet multiplicitas, non potest respectu intellectus esse multiplex.

Ex quo hoc conficio argumentum, naturâ in qua nulla relucet diversitas seu multiplicitas non est respectu intellectus multiplex aut diversa, sicut paries quem intellectus concipit sine albedine, non est respectu intellectus albus, sed admissis præciscionibus objectivis nulla in naturâ humanâ relucet diversitas, cum actus abstrahens præciscindat intentionaliter naturam ab omni differentiâ, ut jam supponimus, ergo in naturâ præcisâ nulla relucet diversitas. Admissis præciscionibus non video quid horum negari possit.

X.  
Actus universalis terminatur ad plura individua inadæquatè.

Unde etiam distinguo ultimum consequens, terminatur actus ad plura individua inadæquatè, seu ad id quod unum specie in intellectu existit in pluribus individuis à parte rei multiplicatum per diversas differentias numericas, concedo consequentiam; ad plura individua adæquatè, nego consequentiam: abstrahit enim actus ille naturam, ut supponimus ab omni differentiâ numericâ. Præterea hoc argumentum arguit à naturâ ut in uno statu ad eandem ut in altero, sicque impingit in id quod paulò ante

cavendum monueram.

Arguitur secundo; non datur à parte rei natura una, & pluribus communis, sed actus intellectus nullam facit in eâ intrinsecè novam unitatem, ergo nulla etiam post actum est unitas sufficiens ad universale.

XI.  
Obi. actum non dare naturam unitatem intrinsecam.

Respondetur distinguendo Majorem, non datur à parte rei natura formaliter & completè una, & pluribus communis, concedo Majorem; fundamentaliter una & communis, nego. A parte rei ergo datur in naturâ humanâ unitas formalis seu indivisio illius in plures naturas specie distinctas, per differentias tamen numericas multiplicata, ut supra ostendimus d. 27. f. 2. quæ differentias ablatis manet omnino mentaliter indivisa, sicque una, quæ unitas non fit, novum ei quidquam appingendo, ut concipere videntur adversarij, sed solum aliquid naturæ intrinsecum per actum præciscivum tollendo, ut latè explicui supra d. 24. f. 6. & 7. nec opus est, quæ ibi tradita sunt hic repetere.

XII.  
Resp. unitatem tribui naturæ, non aliquid ei appingendo, sed differentias intentionaliter tollendo.

Arguitur tertio; posito actu intellectus præciscindente sit secundum nos natura una, ergo duo sequuntur contradictoria, esse nimirum aliquid à parte rei unum & indivisum, quod tamen à parte rei est divisum. Mirus sane videtur hic argumentandi modus, est aliquid uno modo in intellectu præciscindente, seu inadæquatè rem concipiente, alio modo à parte rei nempe adæquatè, ergo res diverso modo simul existit à parte rei, adæquatè scilicet & inadæquatè: Quod perinde est ac si quis diceret, Petrus actu præciscivo concipit Paulum sine brachio, aut capite, ergo Paulus à parte rei cum capite simul existit & sine capite.

XIII.  
Obi. sequi naturam esse unam, & non esse unam.

Respondetur itaque nullam hic posito actu præciscivo novam in natura emergere unitatem, sed naturam esse unam ablatis differentiis, eadem enim operâ omnis ei aufertur intentionaliter diversitas, cum differentia tam sit formalis ratio diversitatis, quàm albedo albi. Est ergo natura in intellectu una præciscivè, multiplex à parte rei. Quæ hic umbra contradictionis?

XIV.  
Resp. esse unam in intellectu multiplex, & non esse unam à parte rei.

Arguitur quarto; in individuis humanis nulla est unitas, ergo nulla ab iis abstrahi potest unitas, magis quàm ab iisdem individuis abstrahi potest hincibilitas. Inprimis nego antecedens, ut latè ostendimus d. 27. f. 2. est enim in natura humana in individuis multiplicata unitas formalis. Hac verò multiplicata per intellectum amotâ (accisis scilicet intentionaliter differentiis) manet natura in intellectu indivisa, non in diversâ solum specie individua, sed etiam numero. Sicque omni ex parte manet una.

XV.  
Explicatur ulterius unitas præcisciva in obiecto.

Deinde dico, licet nulla esset in individuis humanis unitas, fieri tamen ab intellectu præciscindente potest in actu exercito, non repræsentando illic unitatem, sed tollendo omnem differentiam, ut dixi. In eo verò falluntur adversarij, quod nescio quam unitatem putent naturæ ab intellectu de novo appingi, in quo tamen toto cælo à nostris principiis aberrant.

XVI.  
Non videtur à nonnullis concipiatur unitas hæc obiectiva.

Arguitur quintò; quod abstrahitur à Petro non est identicè affirmabile de Paulo, nec econtrâ, ergo ab omnibus abstrahi nequit una ratio de omnibus prædicabilis. Contrâ apertè, multò minùs de Petro affirmari potest universale adversariorum consarcinatum ex omnibus individuis, si enim dici nolint Petrus habet naturam omnibus hominibus communem, multò certè minùs dici potest Petrus esse omnes homines. Quidquid ipsi responderint, respondeo & ego. Sed de prædicatione universalis posita d. 33. f. 2. hæc enim quæstio ab eâ plane est independens. Ad objectionem tamen dico, quod abstrahitur à Petro non posse idem numero affirmari de

XVII.  
Obi. non posse abstrahi unam rationem de omnibus prædicabilis.

Resp. multò magis prædicari posse de omnibus universale nominalitè.



de Paulo, posse tamen idem specie. Argumentum autem hoc, sicut plerumque ex præcedentibus statum præcisionis confundit cum statu reali, & mutat suppositionem.

XVIII. Arguitur sextò: per actum præcipientem naturam à differentiis individuantes nulla cernitur in natura sic abstracta aptitudo ut communicetur individuis, magis quam ineptitudo, ergo per hunc actum non fit universale, seu unum aptum esse in multis.

Contrà: si per actum qui omnino non repræsentat differentias nulla appareat in objecto aptitudo, quomodo per illum actum apparebit qui repræsentat differentias, cum differentia sint tota ineptitudinis huius causa, ergo si ad hanc ineptitudinem intentionaliter tollendam, sufficiat actus ille obsecutus ab adversariis statutus, quia non clarè repræsentat differentias individuales, à fortiori sufficit actus qui eas omnino non repræsentat. En quomodo suis se telis induant adversarii, vix quidquam opponunt, quod reponi nequeat cum senore.

XIX. Respondetur itaque ad prædicationem sufficere, ut stante actu præcidente eliciatur ab intellectu actus repræsentans, seu applicans subjectum, Petrum verbi causa, nam eo ipso quod hoc fiat, apparebit convenientia inter eum & naturam humanam, quod sufficit ad prædicationem. Addo secundò, plerumque intervenire alium actum qui super priorem reflectat, & in actu signato advertat ineptitudinem (nempe differentias) esse sublatam. Ad quas solutiones confugere etiam coguntur adversarii in suo universali confuso.

XX. Hæc præcipua sunt quæ contra nostram sententiam proponi video, quæ ut veritatis indagandæ gratiâ objecta esse non dubito, ita ad eandem veritatem magis illustrandam eorum solutionem nolui omittere.

## SECTIO VII.

Objectiones alia contra universale per præcisiones objectivas factum.

I. Objicitur primò, & si objectum actus universalis non sint singularitates, sunt tamen omnes naturæ, ergo objectum illius actus non est unum sed plura. Confirmatur, actus dicit respectum transcendentem ad suum objectum, & non ad aliud, & illo mutuo mutatur, sed si esset impossibile unum ex individuis, non maneret idem actus, ergo respicit omnia & singula individua, ut individua, sicque ipsas singularitates. Respondetur distinguendo antecedens, objectum actus universalis sunt omnes naturæ, vel natura quæ à parte rei est multiplicata per omnia individua, concedo antecedens, quæ in intellectu est omnes, nego antecedens. Cum enim terminus omnis distribuat terminum immediatum cui apponitur, ut in Introductione habetur, idem sonat omnes naturæ, atque hæc, & hæc, & illa natura, at verò hæc, & hæc non est in mente, quia præcindit cognitio ab omni hæcitate, seu singularitate, cum juxta S. Thomam, ut vidimus, depuratur ab hic & nunc, seu principis individuantes. Unde nulla in particulari natura est in intellectu, sed ratio naturæ ut sic ab omnibus abstracta.

II. Dices, objectum actus quo dico homo, est alicubi, ergo in aliquo individuo, non uno solo, ergo omnibus. Respondetur esse in omnibus à parte rei multiplicatum per differentias numericas & eodem loco cum illis, non tamen ut sic objicitur intellectui, sed sola natura secundum se, & ab omni singularitate præcisa: ac proinde non est multiplex in intellectu.

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

ctu sed una.

Ad confirmationem dico, si reddito impossibili uno, imò pluribus individuis posset manere eadem natura, mansurum eundem actum, utpote qui specificetur ab objecto tantum immediato; sed quia manere nequit natura, si esset impossibile unum illius individuum, quia non esset eadem, nec eodem modo scibilis & communicabilis sicut antea, ideo mutaretur actus; sicut si subjectum omne materiale destrueretur, periret visio, non quod à subjecto illo specificetur, sed quia illo pereunte perit necessarius color, utpote accedens, quod sine subjecto existere non potest, nec sine colore visio.

Objicitur secundò: materiale universalis est totum, ergo habet partes, sed partes sunt inferiora, ergo materiale universalis sunt inferiora, ergo inferiora cognoscuntur per actum facientem universale. Confirmatur, quod dividitur habet partes, in quas dividatur, sed universale dividitur in individua, ergo ea continet, totum enim in suas dividi partes debet, non alienas.

Dico universale esse totum, non simpliciter, sed totum potentiale, seu potestativum, ut loquuntur Dialectici, non quod actu componatur ex speciebus vel individuis, seu quod contineat ea tanquam partes, implicat enim idem simul actu componi ex rationibus contrariis & repugnantibus, ut ex rationali & irrationali: solum ergo continet ea tanquam inferiora, quo sensu dicit Aristoteles sub genere latere equivocaciones, id est plures latere species inæquales. Hinc ad confirmationem distinguo Majorem, quod dividitur per separationem vel destructionem unionis inter partes, habet in se partes in quas dividatur, concedo Majorem; quod dividitur per multiplicationem; seu participationem habet partes in se, nego.

Objicies quartò: hinc sequi Petrum & Paulum esse unum hominem, patet sequela, quæ ununtur uni tertio ununtur inter se, sed Petrus & Paulus ununtur in universali, ergo & inter se. Respondetur illos esse unum hominem specie, non numero, nam secundum differentias numericas non sunt in naturâ abstractâ, quippe quæ ab iis præcinditur. Principium autem illud intelligi debet, quando tertium illud est unum numero.

Objicies quintò: implicare in terminis aliquid esse unum, & posse multiplicari, cum unum & plura opponantur. Respondetur implicare ut quid unum singulare sit & multiplicabile, non tamen unum universale, nam ipso facto quod aliquid est universale, est commune & communicabile, seu aptum prædicari de multis, & propterea Natura Divina esse universale non potest, quia communicari nequit aliis tanquam inferioribus.

## SECTIO VIII.

Corollaria quadam: ubi, per quas potentias fiat universale.

Hinc deduco primò, in omni effectione universalis duplex repetiri universale, alterum in repræsentando, ipsum scilicet actum intellectus, qui naturam cognoscit, alterum in essendo, ipsam scilicet naturam sine differentiis individuantes contendo, & ceptam. Unde licet in ratione cogniti si sumatur concretè, necessariò involvatur cognitio, ut in producto productio, sique proinde forma illius concreti, sicut tamen res producta habet suum esse distinctum à productione, ita & universale suum distinctum à cognitione, licet illam necessariò con-



notet ut conditionem, nec potest fieri absque eo quod interveniat denominatio extrinseca cogniti, cum fiat per cognitionem, sicut nec fieri ignis potest sine denominatione producti.

II. Deduco secundò, animal verbi gratia, idem semper esse numero universale, quantumvis diversi simul homines loco quantumcumque diffusi illud abstrahant & faciant universale: imò licet id præstent successivè, idque sive abstractio seu actus intellectus sit forma universalis, sive non. ita P. Suar. d. 6. Met. f. 3. n. 11 & 12. in his enim varietas non desumitur à formâ, sed supposito seu subiecto. Sicut si idem paries simul cognosceretur aut videretur à decem hominibus, non essent decem cognita vel visa, sed unum, & dicitur homo aliquis unus artifex, licet multas artes calleat.

III. Tertiò, universale non esse ens rationis, nisi per ens rationis intelligatur ens quocunque modo à ratione dependens: Ratio est, quia in objectum universalis nihil ingreditur fictum, ergo non est ens rationis consequentia est clara, antecedens abundè probatum est à nobis in distinctionibus, d. 25. f. 4. ubi ostendimus concipere inadæquatè id quod est, non esse fingere, fingere siquidem est concipere quod nec est, nec esse potest: Ubi etiam ostendimus tam esse ens rationis adversariorum animal confusum, quàm nostrum præcisum.

IV. Quartò, voluntatem non facere universale, sed ab intellectu factum recipere, & averfari illud vel prosequi.

V. Quintò, universale plerumque fieri per apprehensionem, licet nonnunquam fiat per iudicium, ut in his actibus sine præviâ apprehensione elicitis Homo est animal rationale, leo est vivens, sicut supra in simili dixi d. 16. f. 4. & plura à idem d. sequente sec. 2. dum de prædicatione universalis.

VI. Sextò, certum est Deum universale facere non posse, idque sive universale per actum præcisum fiat, sive confusum, cum Deus non mutilo quodam aut imperfecto modo res cognoscat, sed plenè, clarè, perfectè, adæquatè.

VII. Deduco septimò, ad evitandas innumeras æquivocationes quæ in hac materia fieri possent & loquent, de naturâ abstractâ sermonem instruere nos posse, atque si esset realiter ab individuis distincta, cum enim intellectus per præcisionem novum ei statum communicet, & cudat quasi novum ens, diversas habet proprietates & passiones ratione nostrâ à se ut est in individuis, abstracta enim est communicabilis, in illis incommunicabilis, abstracta universalis in illis particularis, abstracta una, in illis multiplex, & similia.

VIII. Cum autem quaeritur utrum sit universale idem realiter cum individuis, dicendum specificativè & à parte rei esse, cum sit ipsa individua; si verò sensus sit de universali ut in intellectu, negandum suppositum, esse scilicet omnino realiter, prout hoc nomine significatur, idem quippe sonat esse realiter & à parte rei: quare mutatur suppositio à sensu formali & statu mentis, ad sensum realem. Est ergo natura multiplex realiter, intentionaliter seu objectivè una & universalis.

Loquendo de universali saepe mutatur suppositio.

## SECTIO IX.

*Utrum per visionem corpoream fiat universale.*

I. Negat S. Thomas variis locis, ut 1. par. q. 12. a. 4. corp. & 1. p. q. 5. a. 1. ad primum & q. 55. & 56. & alibi, de cuius mente hac in re dixi d. 24. f. 5. & infra latius dicam d. 32. sec. 3.

Prima sententia est negativa.

Affirmat P. Hurt. d. 5. Met. f. 12. n. 199. & P. Ariaga d. 6. Log. f. 7. n. 40. aliter tamen & aliter ut mox dicam. Opinionem Paris Hurtado, qui, ubi color aliquis confusè videtur, asserit colores omnes possibiles videri, impugnavi supra f. 3.

III. Alio modo procedit P. Ariaga, tunc enim solum per visionem fieri ait universale quando plura, decem scilicet vel duodecim objecta, ita videntur obsecurè, ut inter ea oculos distinguere non possit, nec unum ab alio discernere. Actum verò hunc ad plura quàm decem illa objecta ait non extendi. Unde si res variæ in tabellâ depictæ cernantur à longè, ait oculum in eo casu facere universale.

IV. Et ceterè puto in principiis illius sententiæ negari hoc omnino non posse, sicut enim objecta illa cognita actu confuso intellectus sunt universale, nempe unum in intellectu, & à parte rei plura, ita visa actu confuso erunt unum in visione, cum visio æquè ea indistingat, & consequenter uniat, atque actus confusus intellectus, ergo similiter sunt unum in oculo, & multa à parte rei, ergo universale.

V. Dices, visionem, dum decem colores confusè repræsentat, non facere universale, quia de conceptu universalis est, ut non aliqua tantum individua per actum confusum repræsententur, sed omnia, seu infinita. Contrà, convenit iis definitio universalis, ergo sunt universale. Antecedens probatur, sunt per hunc actum unum in multis, definitio autem universalis non est, unum aptum inesse omnibus, sed, unum aptum inesse multis. Confirmatur, visio hæc est indistinctio, ergo unitas, ergo colores illos denominat indistinctos, ergo in principiis adversariorum sufficientem dat iis unitatem.

VI. Contrà secundò, maior vel minor numerus individuum parum refert ad conceptum universalis, unde secundum omnes Philosophos ideo Natura Divina non est universalis, quia non multiplicatur numero in Tribus Personis, quod si fieret, esset universalis, unde si sint duo tantum individua numero distincta, sufficient ad constituendum universale. Contrà tertiò, si omnes alij colores redderentur impossibiles præter decem illos in tabella depictos, sufficerent ad universale. Contrà quartò, quia gratis & sine fundamento dicitur ad universale constituendum requiri ut omnia vel infinita individua cognoscantur.

VII. Impugnatur ergo hæc sententia primò, si enim visio corporea faciat universale, sequitur, equos, canes, mures, adeoque bruta omnia animantia facere universale, cum colores in tabellâ depictos quæ confusè & indistinctè videre possint ac homines, ergo tribuunt illis unitatem ab adversariis ad universale requisitam.

VIII. Secundò, omnes alij sensus facerent universalis, si enim quis in horto omni florum genere confuso obambulet, odores illos confusè adeo sentire potest, ut unum ab alio non internoscatur, quidni enim æquè olfactus confundere odores poterit, ac visus colores: ergo nares conficiunt universale. Dices, non logicum. Contrà primò, nec ego hoc obijcio. Contrà secundò, saltem Metaphysicum, aliud enim præter hæc duo universalium genera non agnoscunt Philosophi.

IX. Hanc difficultatem subodoratus non nemo ait, sensum odores illos divisim solum repræsentare, non collectim. Sed contrà, eodem modo visio colores, odoratus odores repræsentat, quo apprehensio has sensationes subsequens eisdem exprimit, ergo tam tribuunt iis individuationem & unitatem extrinsecam, atque actus intellectus, seu simplex apprehensio, ergo hoc non obstante nares confusum adversariorum facient universale.

Idem



X. Idem est de auditu, gustu, imò & tactu, ut si in vase aliquo varij misceantur liquores, aqua, vinum, &c. si quis digitum in vas illud inserat, unum certè liquorem ab aliis non discernet, ergo faciet universale: sicque adversarij logicam quæ universalis stru-cturam & conficiendi modum edocet, ex arte liberali mechanicam prope, ne dicam fabrillem, faciunt, dum nimirum digitos universalium fabros constituunt, artemque hanc eos ad unguem callere dictant.

XI. Dicendum itaque cum S. Thoma initio sectionis citato nec visum, nec sensum ullum corporeum universale facere posse: ita Philosophi prope omnes. Ratio est quia, ut d. 25. f. 2. probavi, sensus ob materialem & crassum tendendi modum objectivè præ-

scindere non potest, subtilis enim hæc tendentia so-lus intellectus est, ut ostendi totà d. 24.

Hic solùm noto, cum S. Thomas locis citatis sen-sus neget conficere universalia ob imperfectum ten-dendi modum, manifestum esse non existimasse ip-sum universale fieri peractum illum confusum à contrariæ sententiæ fautoribus statutum, tunc enim ratio ipsius nulla fuisset, cum sensus, latentibus et-iam adversariis, æquè confusè objecta cognoscere possit ac intellectus. Imò sensus quò magis imper-fectus & obtusus, eò objecta facilius confundit, & adversariorum universalia conficit. Ideo ergo negat S. Doctor sensum conficere universalia, quia nequit objectivè præscindere, hoc enim, ut ait ipse, suà sa-gacitate solus præstat intellectus.

XII. Notandum circa men-tem sancti Thomæ.

## DISPUTATIO XXXI.

Per quem actum intellectus fiat universale, abstrahentem an comparantem.

### SECTIO PRIMA.

Prænotantur quadam.

I. **A**bstreactio duplex est, formalis, & virtualis. Formalis est inadæquata imago seu repræ-sentatio objecti, naturæ scilicet sine singu-laritate. Virtualis est species intelligibilis & vicaria objecti, seu comprincipium effectivum simul cum intellectu ad talem abstractionem producendam, nam ex objecto & potentia ut aiunt, paritur notitia, unde objectum cum per se non potest, concutit per spe-ciem vicariam sui, quæ proinde abstractio & re-præsentatio dicitur, non formalis, sed effectiva, & producitur ab intellectu agente, cujus munus est abstrahere species à phantasmatibus, & illas spiritua-les reddere. Hæc ergo cum non sit formalis repræ-sentatio, non potest intellectus agens eam producen-do dici abstrahere naturam ab individuis, vel facere universale, nisi remotè, sed solum abstrahere species à phantasmatibus, per quas eliciatur actus intellectus abstrahens, & faciens universale.

II. Comparatio etiam duplex est, prima est quasi prævia ad abstractionem, ut cum consideramus & conferimus habitudinem individuorum similitum, & inde occasionem sumimus ad naturam, in qua sunt similes, ab iis abstrahendam. De hac compara-tione non est in præsentī sermo, cum certum sit per hanc non fieri universale: tantum enim est confide-ratio multorum singularium. Secunda ergo compa-ratio est, cum id quod significatur per terminum homo, comparamus ad Petrum, Paulum, & reliquos, ut cum dicimus, homo est universale, seu quid superius ad Petrum, Paulum, & alios ut ad inferiora, & de hac comparatione præsens procedit difficultas.

### SECTIO II.

Resolvitur questio circa actum abstra-hentem.

I. **C**irca actum quo fit universale, tripartiti sunt au-ctores. Prima sententia ait, universale mate-physicum seu in essendo fieri posse per abstractio-nem, universale verò logicum necessariò expectare comparationem: ita Soncinus, Nipus, Canariensis & alij apud Rubium q. 5, universal: Secunda affir-

mat utrumque, id est, tam metaphysicum quàm logicum fieri par comparationem: ita Scotus sep-timo Met. q. 11. cum suis: P. Hurt. d. 5. Met. f. 8. Tertia demum sententia è contrario asserit utrum-que fieri per abstractionem; ita P. Arriaga d. 6. log. f. 8. n. 48. & alij.

Prima conclusio: universale Metaphysicum, seu in essendo, fieri potest per abstractionem. ita P. Sua-rez d. 6. Metaph. f. 6. n. 11. & alij. Quod primò proba-tur auctoritate S. Thomæ, Opusc. 5. ubi ait, naturam quia antea erat singularis, fieri universalem per abstrac-tionem intellectus depurantis eam ab his & nunc, & cæteris conditionibus individuantiis, sed hoc est abstrahere, ergo.

Ratio à priori: eo ipso quòd natura abstrahatur à differentis individuantiis & limitantibus, est una, indifferens, & illimitata, & consequenter apta ut communicetur multis, ergo est universale. Con-firmatur, universale secundum Aristotelem est unum in multis, seu unum aptum est in multis, sed natura sic considerata est una in intellectu, nam separatur ab omni multiplicitate, & in multis à parte rei, saltem aptitudinaliter, si enim solum dari posset unum in-dividuum, ut Deus, vel Michaël, aut Gabriël, in probabili sententiâ, non foret universale, ergo. Et hoc modo explicat S. Thomas naturam universalem. Opusc. 56. Istæ hæc de re pro præsentī sufficiunt, toto enim sermone discursu hæcenus factò hoc proba-vimus.

Secunda conclusio: etiam universale aliquo mo-do logicum seu prædicabile fit per abstractionem, ac proinde non requiritur formalis comparatio. Pro-batur primò, natura sic abstracta est una & apta per prædicationem affirmari de multis, nam est indiffe-rens ad omnia, cum nullius sit propria, unde nil re-quitur aliud ex parte naturæ ut sit prædicabilis, ni-hil enim mediat inter abstractionem & prædicatio-nem quo reddatur humana natura prædicabilis de Petro, ergo redditur formaliter talis per abstractio-nem.

Dices requiri ut actu reflexo apprehendatur con-venientia Petri & Hominis, hæc autem est notitia comparativa. Nego antecedens: nam eo ipso quòd apprehendatur ratio hominis, & Petrus, de ipso po-terit prædicari homo sine aliquo actu reflexo, per ac-tum enim directum videt in utroque extremo ean-dem rationem & prædicata, & id quod continetur in prædicato, contineri etiam in subiecto, & è con-



trā, ac proinde in actu exercitio advertit inter ea convenientiam. Quod si quis hanc advententiam vocaverit comparationem, quæstionem fecerit de nomine.

**VI.** Tertia Conclusio, nihilominus ut natura sit perfectè logicè prædicabilis, & fiat propriè universale logicum, seu aptum usibus logicis, intercedere necessariò debet actus comparans per quem sciatur esse universalis. Probat, nam licet ipso facto quod advertatur convenientia inter naturam & Petrum posset rudis quispiam illam affirmare de Petro & dicere Petrus est homo, imò & causa conficere definitionem ac syllogismum, ut tamen artificiosè & scientificè procedatur, ac secundum regulas logicas, scire prius debet naturam esse universalem, vel animal esse genus: patet, nam regulæ logicæ docent in definitione poni debere genus & differentiam, non ergo possumus artificiosè & scientificè conficere definitionem nisi rationem abstractam sciamus esse universalem & genus, licet casu subinde & materialiter fieri possit definitio hoc non cognito.

**VII.** Dices, quidni eodem actu, quo quis naturam abstrahit, sciat eam esse universalem? Efto, sed tunc actus ille non est purè abstractivus sed simul comparativus, & quā talis, est reflexus, & supponit universale à se factum, ut est abstractivus, quod autem dicimus, est per actum purè abstractivum non fieri universale perfectè logicum, seu prædicabile prædicabilitate proximā & propriā logicæ, seu non esse omnino expeditum & aptum usibus logicis. Natura igitur ut connotans actum hunc ut abstrahentem, est universalis, & aliquo modo prædicabilis, non tamen scitur ut universalis, quod si sciatur, erit ille actus, ut dixi, abstractivus simul & comparativus secundum diversas quas in se complectitur formalitates.

### SECTIO III.

#### *Utrum per actum comparantem fiat universale.*

**I.** Dico primò, esto, ad universale conficiendum non requiratur comparatio, omnis tamen comparatio cum ejus confectio non repugnat. Prima pars satis constat ex dictis. Secundam negare videtur Arriaga d. 6. Log. sect. 8. num. 46. & multi ex recentioribus, sed probatur, universale est superius suis individuis, ergo actus qui affirmaret universale esse illis superius, verum diceret, sed hic est comparativus, ergo. Confirmatur primò, qui proferret definitionem Aristotelis, & diceret, *Universale est unum aptum inesse multis*, compararet illud ad multa, sed tunc non proferret quidquam repugnans universali, cum per definitionem affirmetur sola rei essentia, essentia autem rei illi non repugnat, unde sicut definiens hominem quod sit animal rationale, habet hominem in intellectu, ita & universale in mente habet qui illud definit. Confirmatur secundò, hinc sequeretur non posse universale cognosci sicut est, quia ipso facto, secundum hos auctores, destrueretur. Confirmatur tertio, natura universalis est contrahibilis & communicabilis, ergo alicui communicabilis, ergo potest hoc quis affirmare quin aliquid affirmet contrarium naturæ universalis & illud destruat.

**II.** Dices, hinc sequi naturam abstractam dicere relationem ad inferiora, hi enim omnes termini respectum sonant, sed nulla est relatio hujusmodi realis, ergo, ficta, ergo universale semper includit ens rationis strictè sumptum. Respondeo, sicut res positiva frequenter explicatur per negationem, ut videtur,

mus, sic & absoluta per quid respectivum, nulla ergo ibi vera est realis relatio, nec prædicamentalis, quæ requirit terminos actu existentes, nullo autem omnino individuo existente, fieri potest universale nec transcendentalis, quæ licet quid absolutum sit, dicit tamen quandam ordinem ad effectum vel terminum à se distinctum, quorum neutrum hic reperitur. Est ergo respectus quasi transcendentalis, quia licet individua in res à naturā non distinguantur, quoad prædicationes tamen eodem modo de iis philosophamur, atque si distinguerentur, & de naturā, atque si diceret aliquem ordinem ad illa, cum tamen nullum verum dicat, ordo etenim verus non est nisi inter realiter diversa.

Dico secundò: licet communiter universale non fiat per actum comparantem, aliquando tamen illud primò per eum fieri nil vetat. Prima pars est contra P. Hurt. d. 5. Metaph. 1. 8. numer. 103 & alios. Probat, comparatio est actus iudicii quo quis iudicat naturam abstractam ab inferioribus esse illis superiorem, & communem, aptamque de iis prædicari, sed actus hujusmodi iudicii communiter supponit apprehensionem abstrahentem naturam & facientem eam universalem, ergo non fit per iudicium; sicut supra diximus. Ens rationis quod factum est per apprehensionem præviā ad iudicium, non fieri per iudicium illud, quia jam est factum.

Dices cum P. Hurt. num. 104. posse iterum fieri per iudicium, licet enim eum res physicè sit non possit, dum est, iterum fieri, ne actum agatur, sic tamen, cum solum intentionaliter, hoc enim genus effectivum aliud nihil est quàm repetita ejusdem objecti cognitio. Respondeo, licet per repetitas cognitiones disparatas non repugnet iterum & sæpius fieri, si simul quis habeat varios hujusmodi actus, vel si duo homines independentes à se mutuo de eodem cogitent objecto, sic tamen per actus & cognitiones subordinatas, quarum ea est natura, ut priorem cognitionem supponant, & subiectum ab eā accipiant. Hoc contingit inter apprehensionem & iudicium de eadem re, item cognitionem inter & volitionem ejusdem objecti: quæ de causa supra dixi d. 16. sect. 1. voluntatem nunquam facere Ens Rationis, sed factum supponere ab intellectu in quod feratur, sicut ob eandem rationem asserit P. Hurtado Deum Ens Rationis non facere.

Secunda conclusionis pars, quod possit nonnunquam universale primò fieri per actum comparativum, patet, nam licet communiter apprehensio præcedat iudicium, id tamen semper non est necessarium, præsertim cum quis habeat habitum conclusionis, ergo potest quis primò, seu nullā præcedente apprehensione hunc actum elicere, natura humana est universalis, sed per hunc actum fit universale, patet, hic actus repræsentat naturam humanam non singularizantem, ergo facit universale, & tamen etiam hic actus est comparativus, ut constat, ergo per actum comparativum fieri potest universale. Confirmatur, jam natura est universalis, antea non erat, ergo per aliquem actum fit universalis, sed non per alium quàm hunc, suppono enim nullum alium actum elici, ergo per hunc, nam actus hic est verus.

Dices cum Arriaga num. 47. ergo Deus facit universale, cum talem actum possit elicere, verè enim Deus novit naturam abstractam esse universalem novit enim omnem veritatem cognoscibilem. Nego consequentiam, sicut nec præcedit, etiam si præcisionem in intellectu ante factam in actu illo cognoscat. Actum ergo hunc non elicit Deus nisi videndo prius naturam per intellectum creatum ab inferioribus esse separatam, & redditam universalem. At primus actus quem homo elicit his actibus assuetus, esse

Universale non est proprie relatio ad inferiora, licet per relationem explicatur.

III. Possit universale primò fieri per actum comparantem.

IV. Quando factum est per apprehensionem, non fit iterum per iudicium.

V. Ostenditur posse universale primò fieri per actum comparativum.

VI. Hinc tamen non sequitur Deum facere universale.



esse potest hic, natura humana & universalis, cum ergo verum dicat, facit eam universalem, nam antea universalis non erat.

VII. Dices secundò, præcedere apprehensionem comparativam. Contrà primò, non est necessarium ut præcedat semper, ut ostendimus, præsertim cum omne iudicium sit virtualis apprehensio seu representatio sui objecti, & quia talis est prior se ut affirmatio est vel negatio. Contrà secundò, præcesserit apprehensio, ergo per illam fiat universale, sed illa non est minus comparatio quam iudicium, ergo adhuc fiet universale per comparisonem.

VIII. Dices tertio, hic actus supponit apprehensionem simplicem aliquando præcessisse, per quam fuit abstracta natura. Quid inde? licet enim similes in initio fieri non potuerint sine huiusmodi apprehensionibus præviis, sicut nec sine sensationibus, hic & nunc tamen sine illis eliciuntur, & naturam quæ immediate ante hoc instans non erat universalis, faciunt in mente universalem. Apprehensiones autem simplices quæ antea præcesserunt, solum sunt conditiones remotæ ad confectionem universalis, sicut auditio vel pia affectio in initio ad actum fidei. Urgebis, recordamur etiamnum earum. Contrà, apprehensio non cogitata sed existens representat. Unde est recordemur aliquando fuisse naturam factam universalem per illas apprehensiones, jam tamen non faciunt illam universalem, quia jam non existunt, & consequenter non præciudunt.

IX. Dices quartò: prædicatio tollit universalitatem, sed comparatio est prædicatio, ergo. Omisâ pro præsentanti majori, nego minorem, per comparisonem enim solum affirmamus esse unum aptum inesse & prædicari de multis, ergo affirmamus esse universale, ergo est tale, nam actus quo dicimus, natura abstracta est universale, secundum omnes non est falsus, sed verus. Hoc autem non est eam prædicare de inferioribus, aliud enim longè est dicere, homo est universale ad sua inferiora, ac dicere, Petrus est homo, Paulus est homo &c. Vel secundò dic comparisonem esse prædicationem arguitivè tantum & consequenter, non expressè & formaliter, nam qui diceret, natura humana est universalis, post aliquot fortè deductiones & consequentias argueretur dicere esse in individuo, nam dicit habere inferiora, & consequenter iis inesse, sicut qui dicit, baculus est in angulo, arguitivè & consequenter dicit, Deus est in calo.

X. Urgebis, cum dico, natura humana est unum in multis, eam prædico de multis, & consequenter affirmo esse naturam multiplicatam, ergo singularem, ergo non est universalis. Contrà primò, sicut dico esse in multis, ita dico esse unum, ergo abstractum, ergo universale. Contrà secundò, ergo falsa est definitio Aristotelis, qui hanc tradidit pro universali, nam ipsa definitio destrueret universale, seu definitum. Respondeo ergo esse ibi duplex objectum, vel idem sub diverso statu, & affirmari esse naturam unam in intellectu, multiplicem à parte rei, ac proinde licet sit comparatio, non tamen est prædicatio nisi modo proximè dicto. Respondeo secundò, definitionem illam, Universale est unum in multis, idem sonare ac aptum esse in multis, verba enim in definitionibus non actum significant, sed potentiam.

#### SECTIO IV.

Objectiones contententes ad universale semper requiri actum comparantem.

I. Obijciunt primò, universale actu, est prædicabile actu, sed non est prædicabile actu sine compa-

ratione, ergo. Probatur minor, non est prædicabile actu nisi sit subijcibile actu, sed non est subijcibile actu, nisi cognoscatur esse tale, ergo. Respondeo primò, distinguendo majorem, universale est prædicabile quoad intrinsecum quod dicit prædicabile, id est, habet aptitudinem intrinsecam, ut de multis affirmetur, concedo majorem; quoad conditionem requisitam, nempe apprehensionem & applicationem subjecti, sicut ignis requirit ut comburatur, nego. Ad actus tamen propriè logicos requiritur comparatio, ut dixi sec. 2. conclusione 3.

Secundò, & facilius respondeo, omisâ majori negando minorem, ad probationem negatur major, cum enim universale & prædicabile sint ad modum relationis transcendentalis, non requirunt terminum actu existentem, sed sufficit eum esse possibilem; sic dari potest potentia visiva actu licet nullum visibilem existat actu, alioquin homines noctu semper perderent potentiam visivam, & redderentur cæci.

Dices, non potest dari prædicatum actu nisi sit subiectum actu, ergo nec prædicabile actu nisi sit subijcibile actu. Nego consequentiam, disparitas est, quia prædicatum & subiectum sunt correlativa, & actuale dicunt coexistentiam unius respectu alterius, & exercitum in actu secundo, nam omnis affirmatio est copulatio, ergo essentialiter inter duo, alterum quod affirmatur, alterum de quo affirmatur, ut est manifestum.

Urgebis, non est superius actu nisi sit inferius actu. Distinguo, superius localiter, concedo; superius per modum universalis, vel prædicabilis, nego. Disparitas est, quia superioritas universalis semper explicatur per verba importantia non actum, sed potentiam, ut esse prædicabile, communicabile, contrahibile, aptum inesse multis, & similia, quæ sonant relationem transcendentalem, non sic superius localiter, sit enim tale formaliter ex eo quod alterum actu ei supponatur. Superioritas verò universalis aliud nihil est quam aptitudo ut communicetur multis. Addo tamen, ut sit universale propriè logicum, intercedere debere, actum comparantem, ut dixi f. 2. conclus. 3.

Obijciunt secundò, natura abstracta tam apta est ut sit species subijcibilis respectu animalis & generis, quam species prædicabilis respectu individuum, ergo eget comparatione determinante. Respondeo, habere utramque rationem per eandem abstractionem, & esse speciem prædicabilem simul & subijcibilem respectu diversorum, sicut Petrus eadem numero quantitate est major uno, & minor altero. Numerus item ternarius per se est binario major, minor quaternario; sic natura abstracta per se est magis latè patens quam individua, & consequenter quid illi superius, minus latè patens quam genus, sicquæ illi quid inferius.

Obijciunt tertio, nisi interveniat comparatio, cum dicimus album, nescimus ad quod prædicabile spectet, si enim compararetur ad inferiora, quidditativè erit species, si accidentaliter, erit vel proprium si albedo referatur ad nivem & cygnum, vel accidens si album ad parietem, hominem, & chartam. Respondeo primò, hoc ad summum probare, ut universale sit propriè logicum, seu aptum ad usus logicos, requiri comparationem seu notitiam aliquam reflexam, juxta dicta sec. 2. concl. 3. Secundò respondeo, posse id provenire à diversâ abstractione ab his aut illis inferioribus, seu à modo illud ab iis abstrahendi; ut si quis solum abstrahere velit album ab iis in quibus albedo connexionem habet necessariam cum subiecto, vel è contrà, ita ut ipsa connexio, vel non connexio ingredietur conceptum illum objectivum: sicut si natura humana ita abstraheretur ab hominibus existentibus, ut existentia ingrederetur conceptum illum

Obijci. universale actu est prædicabile actu, ergo requiritur actum comparantem.

Resp. universale est prædicabile solum remota.

II.

Datur prædicabile a. t. in d. n. d. semper sit subijcibile actu.

III.

Aliud est de prædicatio, respectu subiecti & de prædicabili respectu subiecti.

IV.

Superius per modum universalis non actum, sed potentiam.

V.

Natura per abstractionem est species subijcibilis respectu generis, & prædicabilis respectu individuum.

VI.

Album per diversas abstractiones pertinet ad diversa prædicabilia.



illum objectivum, non conveniret hominibus non existentibus. Hic ergo modus abstrahendi, qui re-

funditur, ut constat, in rem ipsam, facit proprium, vel accidens.

## DISPUTATIO XXXII.

### *De Prædicabilitate & Prædicatione universalis.*

#### SECTIO PRIMA.

##### *An Prædicabilitas sit de essentia universalis.*

I. *Universale duplex, Metaphysicum seu in essendo, & Logicum seu in prædicando.*

**N**otandum primò, quod suprà dixi d. 26. sec. 5. nu. 7. universale duplex esse, in essendo, & prædicando, seu ut communiter loquuntur Dialectici, Metaphysicum & Logicum. Universale Metaphysicum seu in Essendo est ipsa natura jam per abstractionem facta una in intellectu, & multiplex à parte rei. Universale Logicum seu in prædicando, est eadem ipsa natura abstracta, prout concipitur alio actu reflexo convenientiam inter ipsam & singularia percipiente, per quem actum apta redditur natura ut de illis affirmetur, seu prædicetur.

II. *Prædicabilitas rei est etiam duplex, extrinsecam, & intrinsecam.*

Notandum secundò, prædicabilitatem naturæ esse duplicem, extrinsecam & intrinsecam: extrinsecam est denominatio ab actu illo reflexo proveniens, per quem actum, ut proxime dixi, natura redditur prædicabilis de singularibus. Prædicabilitas intrinseca est ipsa aptitudo naturæ quæ eam de inferioribus reddit prædicabilem. Sic substantia intrinsecè apta est ut prædicetur de Angelo, quam intrinsecam aptitudinem non habet animal, sicut nec habet vivens ut prædicetur de lapide.

III. *Essentia cuiusque rei est primo conceptus determinatus.*

Notandum tertio, Essentiam cuiusque rei esse primum ejus conceptum determinatum, per quem incipiendo ab Ente primo ab aliis omnibus differt, sicque in suo esse completè constituitur. Homo, exempli gratia, per animal & prædicata omnia superiora cum brutis convenit, per rationale ab iis differt, unde ex animali quod prædicata omnia superiora in se complectitur, & rationali, completè consistit hominis essentia. Quidquid verò essentiam jam constitutam sequitur, proprietas est, seu passio, vel physica, si realiter ab essentiâ distinguatur, & ab eâ dimanet, ut lux à sole, calor ab igne, intellectus & voluntas secundum multos ab animâ: vel Metaphysica si realiter ab essentiâ non distinguatur, sed ratione tantum nostra eam sequatur, ut risibilitas in homine, verum & bonum respectu entis, & alia hujusmodi.

IV. *Prædicabilitas remota, & proxima.*

Quartò tandem notandum, prædicabilitatem in naturâ triplicem considerari posse, remotissimam, remotam, & proximam. Remotissima est ipsa natura in individuâ à parte rei multiplicata, seu ante abstractionem. Remota est eadem natura jam per simplicem apprehensionem abstracta, sicque paulò propius accedens ad aptitudinem proximam ut possit de individuâ prædicari. Proxima demum est natura eadem abstracta, prout in eâ per actum aliquo modo reflexum consideratur convenientia quam cum individuâ habet & quibus abstrahitur.

V. *Prædicabilitas proxima non est de essentia universalis Metaphysici.*

Dico primò: Prædicabilitas proxima non est de essentiâ universalis Metaphysici, seu in essendo. Ratio est clara, nam ipso facto quòd natura abstrahatur ab individuâ, fit universale Metaphysicum, seu unum in multis, necdum tamen habet prædicabilitatem proximam, quæ ulterius requirit actum reflexum, seu cognitionem convenientiæ ejus cum individuâ. Unde sicut non est de essentiâ ignis ut sit combustivus proxime, quia hunc conceptum ingreditur ap-

plicatio seu approximatio ejus ad passum, stuppam, verbi causa, vel rem aliam combustibilem, ita & in præsentia de universali.

Dico secundò: Prædicabilitas proxima est de essentiâ universalis logici. Ratio est, quia universale logicum est universale in prædicando, seu universale jam proxime aptum usibus logicis, nempe ad constituendas definitiones ac demonstrationes per propositiones universales, & similia, ut dixi d. præcedente s. 2. conclus. 3. Universale autem Metaphysicum sine actu illo reflexo non est ad id munus proxime aptum, sicut nec ignis proxime ad comburendum aptus sine approximatione. Unde sicut licet, ut dixi, approximatio non sit de essentiâ ignis, est tamen de essentiâ ignis ut proxime combustivi, ita & in præsentia.

Dico tertio: Prædicabilitas etiam hæc proxima non est propriè passio seu proprietas rigorosè sumpta universalis in essendo, seu Metaphysici. Ratio est, nam passio seu proprietas strictè dicta illa est, quæ naturam seu essentiam necessariò sequitur, saltem naturaliter, Prædicabilitas autem hæc proxima non necessariò consequitur naturam abstractam, integrum enim ei est qui naturam abstrahit, velit necne secundum actum elicere quo eam vel cum inferioribus comparet, vel illius cum iis convenientiam consideret. Dum ergo passim dicitur universale logicum proprietatem esse universalis Metaphysici, vel intelligitur negativè, hoc est quòd non sit de illius essentiâ, vel quòd sit proprietas primo modo sumpta, id est, quòd soli universali Metaphysico, seu prædicato ab inferioribus abstracto conveniat, non tamen omni, postquam enim quis naturam ab inferioribus abstrahit, ulterius frequenter non procedit, nec eam ad inferiora comparat.

Dico quartò: Prædicabilitas remotissima nec est de essentiâ, nec proprietas universalis. Prima pars probabitur conclusione sequente, eadem enim utriusque est oratio. Secunda itaque pars probatur; remotissima prædicabilitas nihil aliud est quàm ipsa natura prout à parte rei multiplicata existit in individuâ, ergo antecedit universalis constitutionem, ergo proprietas universalis esse nequit, cum proprietas sit quid, vel realiter & physicè, vel saltem ratione, & metaphysicè subsequens essentiam.

Dico quinto: Prædicabilitas remota, seu quæ est in naturâ jam per apprehensionem simplicem abstracta non est essentia, sed proprietas tantum universalis, seu conceptus illius secundarius, & essentiam ratione nostrâ subsequens. Ratio à priori est quia universale definitur ab Aristotele & Philosophis unum in multis, seu unum aptum inesse multis, ergo hic est primus universalis conceptus, ac proinde ejus essentia juxta dicta n. 3. ergo prædicabilitas est tantum passio vel proprietas illius, sicut verum & bonum Entis, & risibilitas hominis. Confirmatur, concipi potest universale non concepta prædicabilitate, ut ostensum est, ergo prædicabilitas non est de illius essentiâ, nihil enim concipi potest sine sua essentia. Confirmatur secundò, ideo prædicari natura potest de multis, quia inest multis, non è contrà, ergo aptitudo ad existendum in multis est universalis essentia, prædicabilitas passio.

Obji-

VI. *Prædicabilitas proxima est de essentiâ universalis Logici.*

VII. *Prædicabilitas proxima non est propriè passio universalis Metaphysici.*

VIII. *Quo sensu universale Logicum sit passio universalis Metaphysici.*

VIII. *Prædicabilitas remotissima nec est de essentia, nec proprietas universalis.*

IX. *Prædicabilitas remota est tantum passio universalis.*



**X.** Obijciens cum P. Hurt. qui d. 3. log. s. 2. oppositum sentit: Actus abstrahens naturam à singularibus, disponit saltem remotè intellectum ad illius prædicationem, tam enim est essentialè actui abstrahenti disponere ad iudicium, quo natura abstracta prædicetur de individuis, quam illam naturam abstrahere, aut repræsentare confusè. Unde quisquis hunc actum adæquare concipit, utramque in eo rationem deprehendit. Contrà, eadem entitas hominem rationalem constituit & risibilem, ens aptum existere & cognosci, & tamen juxta omnes risibiles est proprietas metaphysica hominis, veritas seu cognoscibilitas entis.

**XI.** Respondetur itaque, sicut quia actus rationis seu intellectus præcedit actum risus, rationale censetur hominis essentia, risibilis passio, licet à parte rei identificentur, & ex reali distinctione ac prioritate actuum arguitur formalis distinctio & prioritas ratione nostra in principiis; ita cum natura prius una esse debeat, quam de aliis actu prædicetur (sicut enim prædicari de multis potest, quia una est in multis, ut diximus, non è contrà) ita actus in quantum naturam illam constituit unam, est prior ratione nostra seipso, ut est radix remota prædicationis. Duæ proinde in actu illo distingui debent formalitates, duobus his muneribus respondentes, & una est radix metaphysica alterius, sicut Ens veri, rationalitas risibilitatis.

## SECTIO II.

### Quomodo prædicetur universale.

**I.** Notandum 1. varia esse prædicationum genera: primum est, cum subiectum est æquè latè patens ac prædicatum, ut cum dicitur, *homo est animal rationale*, & vocatur prædicatio aequalis de æquali. Secundum, cum universale magis latè patens prædicatur de alio minùs latè patente, sed tamen universalis, ut *homo est animal*, *animal est substantia*. Tertium, cum prædicatur universale de aliquo individuo, ut *Petrus est homo*, *Bucephalus est animal*, & de hoc ultimo præcipue procedit questio.

**II.** Notandum 2. hanc questionem ab illa planè independentem esse, utrum universale constituat per actum clarum objectivè prædicentem, an obsecrum singularia omnia confundentem; sicut enim hi, licet universale constitui dicant per actum singularia collectivè representantem, in prædicatione tamen, ajunt, singularia illa non importari collectivè, sed distinctivè, ut sensus hujus propositionis *Petrus est homo* sit, Petrus est aliquis homo, seu unus ex individuis humanis: ita & qui universale constituunt per præcisiones objectivas, per quas natura à parte rei multiplicata in individuis, præcisa per actum abstrahentem fit in intellectu una, dicere possunt sensum hujus propositionis *Petrus est homo*, esse, Petrus habet aliquam naturam humanam, prædicando de ipso omnes naturas distinctivè, sicut alij de ipso distinctivè prædicant omnia individua.

**III.** Prima igitur sententia est nonnullorum, qui cum quis dicit *Petrus est homo*, affirmant dicere ipsum formaliter *Petrus est Petrus*. Contrà primò, *Petrus est homo*, non est prædicatio identica. Contrà secundò, cum dico, *Petrus est homo*, sensus est, *habens Petreitatem*, est *habens humanitatem*, ergo ex parte prædicati non asseritur expressè Petreitas, nec per hos terminos, *habens humanitatem*, dico idem expressè, ac *habens humanitatem* ac *Petreitatem*.

**IV.** Secundò alij, ut quàm longissimè ab hac sententia diffugiant, dicunt formaliter prædicari naturam ut universalem, & universale asserunt esse, quod est

*unum in multis & singulis*, non multa in multis. Ratio præcipua videtur esse quia universale est *unum aptum inesse multis*, ergo debet posse inesse multis ut unum, & non destruendo unitatem, implicat enim dari potentiam, inquit, ad actum sibi repugnantem. At sanè ratio hæc non uiget, & manifestam habemus instantiam in continuo, lignum v.g. bipalmare habet aptitudinem ut dividatur in duas medietates unius palmi, actus verò est repugnans aptitudini, implicat enim ut simul stet lignum illud bipalmare cum illa actuali divisione, sed necessariò destruitur, & non remanet bipalmare. Axioma ergo illud solum intelligendum est de potentia reali & physica, physica alicujus rei effectrice, quæ cum influat in suum actum, necessariò simul cum illo esse debet, cum nihil non existens possit influere.

Tertio, P. Hurtado, P. Arriaga, & multi ex recentioribus affirmant sensum hujus propositionis *Petrus est homo* esse, *Petrus est vel Petrus vel Paulus, vel Ioannes &c.* Commodius tamen ut dixi n. 2. hoc explicaretur, si diceretur, *Petrus habet hanc, vel illam vel illam naturam humanam*, sensus enim hujus propositionis *Petrus est homo*, est, *habens Petreitatem*, est *habens humanitatem*, quod, si involvantur expresse singularitates, explicari commodè non potest.

## SECTIO III.

### Alius modus explicandi prædicationem universalem.

**D**ico 1. in hac propositione *Petrus est homo*, & similibus, non prædicatur universalitas, licet prædicetur natura, seu, quod eodem recidit, prædicatur res, non status. Probatur, nil potest prædicari per hunc actum, nisi quod per eum repræsentatur, estque prædicabiliter in intellectu, sed non repræsentatur universalitas, ergo non prædicatur: consequentia est clara, major ab omnibus admissa, cum enim prædicare sit mente dicere, vel repræsentativè affirmare de alio, non potest quis repræsentativè affirmare id quod omnino non repræsentatur, seu quod non est prædicabiliter in intellectu, seu in actu signato, sed solum in actu exercito. Minor itaque probatur, ut natura sit universalis non est opus in actu signato considerare eam esse præcisam, sed solum considerare naturam, non consideratis differentiis individuandis, sed tunc non repræsentatur universalitas, sed solum fit in actu exercito per non repræsentationem differentiarum, ergo: Confirmatur, aliud est objectum actus, & vocis *animal*, cum dicitur, *homo est animal*, ac cum dicitur, *animal est universale*, vel *genus*, sed non ob aliud, nisi quia in secunda propositione involvitur universalitas, in prima verò non, ergo.

**D**ico 2. in hac propositione *Petrus est homo*, non prædicatur in actu signato, & expresse natura ut singularis & contracta. Probatur, ex parte prædicati non repræsentatur singularitas formaliter, sed solum natura, ergo non prædicatur expresse & formaliter, cum prædicare sit representando affirmare, ac proinde nihil affirmatur quod non repræsentatur.

**D**ico 3. per illam propositionem nec prædicatur natura de Petro formaliter ut est universalis, nec ut singularis, sed solum prædicatur natura secundum se, nec secundum hunc statum formaliter, nec secundum illum. Per illam itaque propositionem solum affirmamus inesse Petro prædicata essentia hominis, abstrahendo sintne prædicata illa universalis, an singularizata, nil enim ex vi hujus propositionis curat qui prædicat, utrum natura illa in

Petro

**V.** Tertia sententia ponit prædicationem individui vagam.

**I.** In prædicatione universalis prædicatur natura, non universalitas.

**II.** Non prædicatur natura ut singularis.

**III.** In hac propositione, *Petrus est homo*, prædicatur natura secundum se.



Petro universalis sit, an particularis, sed solum quod illi insit, sicq; predicat naturam secundum se. Non ergo qui dicit *Petrus est homo*, dicit, *Petrus est species*, vel *Petrus est universalis*, nec etiam, *Petrus est Petrus*.

IV.  
Predicatur  
natura uni-  
versalis ex  
modo signifi-  
candi, argui-  
tūe parti-  
culari.

Dico 4. licet ex modo significandi, seu formaliter natura ex parte predicati sit universalis, arguitur tamen seu consequenter inferri posse: esse particularem in re, cum affirmetur in esse individui singulari. Hanc conclusionem desumpsi ex D. Tho. Opusc. 56. circa medium, ubi eandem totidem penē verbis tradit, dicens: *homo secundum quod particula-  
ris non predicatur de Sorte, sed ipse terminus homo  
significat naturam humanam, absque omni participa-  
tione, & particulari ratione, ergo sic predicabit eam,  
non tamen universaliter, scilicet ipsam universalita-  
tem, ubi S. Doctor requirit universalitatem ex par-  
te predicati tanquam conditionem ut predicatio  
sit formalis & universalis, & tamen paulo ante ait,  
homo qui predicatur de Sorte, idem est quod Sortes, &  
homo qui predicatur de Platone, idem est quod Plato,  
cum predicatum insit subiecto, & alia huiusmodi: que  
verba manifeste probant & hanc & præcedentem  
conclusionem, predicari scilicet naturam de Petro,  
quæ à parte rei est singularis, & in intellectu uni-  
versalis, non tamen reduplicative vel ut singularem  
predicari, vel ut universalem, sed speculative, hoc  
est, illam quæ & singularis est & universalis diverso  
modo sumpta nempe naturam secundum se.*

V.  
Predicatur  
tota natura  
humana in-  
tensivè, non  
extensivè.

Cum ergo dico, *Petrus est homo*, est predicatio universalis, & sensus est, *Petrus habet naturam hu-  
manam*, semper involvendo hanc tacitam condi-  
tionem, quantum eam habere potest, seu intensivè  
totam, extensivè verò & in actu exercito suam.  
Predicatum itaque ex modo vel vi formalis signifi-  
candi est universale, quia ex parte predicati nulla  
apparet limitatio seu particularis ratio, id verò  
quod predicatur, est à parte rei singulare, quia ex  
parte subiecti provenit illi limitatio, talia enim  
sunt predicata qualia permittuntur à suis subiectis  
juxta communem doctrinam Philosophorum do-  
centium & predicata à subiectis limitari, & subiecta  
à predicatis, ut etiam in hac propositione cernitur,  
*canis latrat*, ubi subiectum est tale quale permittit-  
tur à predicato.

VI.  
Dicitur ergo  
natura Petri  
predicatur  
de Petro.

Obijciens: in hac propositione, *Petrus est homo*, vel  
predicatur tota natura humana de Petro, vel ali-  
quid solum illius & pars: si aliquid solum, ergo in  
universalis sunt partes, & distinctio, ac proinde tota  
unitas est extrinseca, & solum in actu extrinseca; si  
tota predicetur, falsa est propositio, predicatur  
enim tota natura humana, & consequenter natura  
Pauli de Petro. Contrà, à fortiore hoc urget in con-  
traria sententia statuente universale esse omnia sin-  
gularia, sic enim quando dico *Petrus est homo*, præ-  
dicarem omnes homines de Petro.

VII.  
Predicatur  
tota natura  
essentialiter,  
non integra-  
liter.

Respondeo, itaque distinguendo primam partem  
antecedentis, predicatur tota natura ex: ensivè, ne-  
go antecedens; intensivè, concedo: vel aliter, præ-  
dicatur tota natura essentialiter, seu tota secundum  
id quod includit in essentiali suo conceptu, concedo  
tota integraliter, vel accidentaliter, nego: essen-  
tialis enim conceptus naturæ humanæ ille solus est,  
ut sæpe dixi, qui convenit ipsi in utroque statu, vel  
qui ab ea separari cogitatione non potest.

VIII.  
Quid sit tota  
natura in-  
tensivè, &  
extensivè.

Tota ergo natura humana intensivè est natura  
secundum hunc conceptum essentialem, sicque cen-  
tum homines non magis habent naturam huma-  
nam, nec sunt magis homo, quam unus, sunt tamen  
extensivè, hoc est, majorem extensionem in illis  
habet natura humana, quam in uno solo vel duo-  
bus: intensio enim, seu essentialis conceptus consistit  
in indivisibili, species namq; secundum Aristotelem

sunt sicut numeri. Totus ergo conceptus essentialis  
hominis predicatur de Petro, totus enim inest sin-  
gulis individuis, specie idem, numero diversus.

Secundò, sensus hujus propositionis, *Petrus est  
homo*, esse potest, Petrus participat naturam huma-  
nam, ubi licet actus ille in quantum judicium, faciat  
restrictionem, in quantum tamen est virtualis ap-  
prehensio, repræsentat pro aliquo priori naturam  
præcise & sine limitatione.

IX.  
Alius sensus  
propositionis,  
Petrus est  
homo.

## SECTIO IV.

Nonnulla de mente S. Thomæ circa universale,  
& præcisiones objectivas.

Sicut supra de præcisionibus, ita in hac de uni-  
versali controversia omni conatu contendunt  
adversarii S. Thomæ asserere illud non per præci-  
sionem fieri naturam à differentiis abstractentem,  
sed per actum confusum singularia omnia obscure  
repræsentantem. Quare ubi ad ea quæ ex S. Thomæ  
objiciunt, respondero, quæ in hac re Doctoris sancti  
mens sit, aperiam.

Obijciunt itaque nonnulla ex S. Thomæ tum ex  
Metaph. tum alibi, quæ videre licet apud P. Hurst. d.  
5. Met. f. 10. subf. 2. Sed iis ferè omnibus tam argen-  
tur adversarii quam nos, nam nunc dicit actum fa-  
cientem universale, repræsentari omnia singularia ut  
unum, nunc ut similia, quorum neutrum admittunt  
adversarii. Respondetur ergo t. dum S. Tho-  
mas asserit actum facientem universale terminari  
ad multa singularia, intelligi posse in prima inda-  
gatione, vel (ut ejus, & Aristotelis ab eo citati Opusc.  
55 circa initium verbis utar) *venatione universalis,  
quod venatur sensus*, ut loquitur ille, *via memoria &  
experientia*: quod tamen potius spectat ad univer-  
sale in actu signato, quam exercito, id est, ut sciaur  
universale quam ut fiat. Imò ad hunc finem præcipue  
videtur huiusmodi actum requirere S. Thomas,  
nam alioquin inquit, non sciemus sitne genus an  
species, nili comparemus ad varia inferiora.

Respondetur 2. explicari posse S. Thomæ, ut  
velit actum ferri ad multa singularia mediare, id  
est, in quantum fertur immediate ad naturam, quæ  
est à parte rei multiplicata per plura individua. Imò  
hoc videtur innuere Opusc. illo 55. dum ait, *universa  
sæpe non continent inferiora actum, sed potentia*, unde  
addit ibidem, *qui sunt animal, non sunt rationale nisi  
potentia*, & ob eam causam universale vel genus à  
Dialecticis vocatur *totum potentiale* respectu infe-  
riorum suorum, quod nimirum potentia illa inclu-  
dat, non actu.

Nec quod dicat S. Thom. *individuum esse extra  
animam*, sequitur, ut volunt aliqui, intelligere ipsum  
per naturam abstractam seu *intra animam* actum ab-  
strahentem, tum quia ipsa verba reclamant, tum quia  
ait, naturam *intra animam* esse predicabilem de in-  
dividuis, de quibus tamen actus predicari non po-  
test. Item vocat *naturam intra animam secundum sub-  
stantiam*, quod tamen manifestum est alicui ab actu  
distincto competere. Tandem ens rationis vocatur  
ab Aristotele & Philosophis *ens in anima*, & tamen  
nullus opinor, dicet ens rationis esse actum intelle-  
ctus, saltem adæquate. Est ergo modus loquendi S.  
Thomæ, qui dicit in hoc differre intellectum & vo-  
luntatem in modo operandi, quod intellectus dum  
intelligit, res ad se attrahit, unde intelligere secun-  
dum ipsum est quasi *intra se legere*: voluntas verò è  
contrà fertur ad objecta non trahendo res ad se, sed  
effundendo se quasi ad illas, qui modus loquendi  
satis explicat quid velit S. Doctor per *esse naturam  
intra animam*, quod latius explicui supra d. 19. f. 1. fine.  
Quod

I.  
Alius Ange-  
licus Doctor  
circa uni-  
versale.

II.  
Quæ ex S.  
Thomæ pro-  
ferunt equi-  
valentes illis.

Loquitur S.  
Thomæ de  
prima inve-  
stigatione  
universalis.

III.  
Solum vult  
S. Thomæ  
actum illum  
ferri ad plu-  
ra mediare.

IV.  
Quid intel-  
ligat S. Tho-  
mas per  
naturam in-  
tra animam.

III  
qui sunt  
animal  
non sunt  
rationale

VI  
qui sunt  
animal  
non sunt  
rationale



V. Quod verò S. Thomas per præcisiones objectivas universale fieri asseruerit, clarè constat ex iis quæ in hanc rem supraattuli d. 24. l. 3. & 5. & idem hic ulterius ostendamus.

VI. Nullibi ergo clariùs hac de re loquitur S. Thomas, quam Opusc. 49. ubi ait, licet natura realiter non possit existere sine materia individuali, seu differentiis numericis, ut volebat Plato, potest tamen abstrahi per intellectum, & considerare ius non considerari, quod cum sit, ait ille, est unum de multis, (nempe prædicabile) prout intelligitur præter principia individuantia. & unum in multis, ut in individuis vel inferioribus, quæ in superioribus sunt unum. In quo Opusc. ferè per totum declarat hanc nostram sententiã & ostendit, auctum præcipientem genus à speciebus (quod est, ut ait, intelligere naturam generis, non intelligendo differentias, & speciem ab individuis) quod secundum ipsum est considerare naturam speciei, non intelligendo principia individuantia non esse falsum.

VII. Idem habet S. Doctor l. 1. contr. Gent. c. 26. n. 4. lib. etiam 2. contr. Gent. c. 52. n. 2. nostram tum de universali, tum de præcisionibus sententiam clarissimè tenet: Natura communis, ait, si separata intelligatur, non potest esse nisi una, quamvis habentes naturam illam plures possunt inveniri; si enim natura animalis per se separata subsisteret, non haberet ea quæ sunt hominibus, jam enim non esset animal tantum, sed homo vel bos: remotis autem differentiis constitutivis specierum remanet natura generis indivisa, &c. Quid clariùs?

VIII. Omnium verò clarissimè hoc docet Opusc. 43. c. 6. ubi ait, in potentius sensui vis, licet aliqua sine conjuncta secundum rem, tamen illorum sic conjunctio visus vel alius sensus potest unum apprehendere, alio non apprehenso, ut visus apprehendit colorem pomi, qui tamen saporem coloris conjunctum non apprehendit, sic multo fortius potest esse in potentia intellectiva, quia licet principia speciei & generis nunquam sint nisi in individuis, tamen potest apprehendi unum, non apprehenso alio, unde potest apprehendi animal sine homine, & alijs speciebus, & potest apprehendi homo, non

apprehenso sorte, vel Platone, & caro & ossa, non apprehensis his carnibus & ossibus, & sic intellectus formas abstractas, id est, superiores sine inferioribus intelligit, nec tamen falsum intelligit, &c.

Tandem quantumcunque contendant pro auctoritate S. Thomae, non producant ex ipso adversarij hanc propositionem, in qua tota ipsorum nititur sententia, nempe, non potest animal cognosci, & rationale non cognosci: imò expressis verbis sapissimè habet contrarium, ut patet ex variis locis ex ipso à nobis toto hujus materiæ decursu citatis, & latius sup. d. 24. l. 3. & 5. sic enim l. p. 40. a. 3. corp. ait, cum concipitur mens animal, non manet in intellectu hominis, sed solum animal: item Opusc. 49. per totum, præcipue his verbis, intellectus absque falsitate abstrahit genus à speciebus, in quantum intelligit naturam, non intelligendo differentias, & idem eodem loco ait de abstractione speciei ab individuis. Imò in l. d. 2. q. 1. a. 3. ait, prædicata per intellectum abstracta non possunt in ordine ad connotata explicari.

Dices, asserit S. Thomas non posse contradictoria dari de eodem. Contrà, hoc aperte facit pro nobis: asserit S. Thomas dari contradictoria non posse de eodem, sed expresse ait, posse cognosci animal, non cognosci rationale, apprehendi naturam, non apprehendi singularitatem, ergo censet S. Doctor, hæc non esse contradictoria. Cujus ratio est, quia actus cognoscens animal, non cognito rationali, tendit distinguendo, & tendendo distinguit, præcendendo scilicet in actu exercito animal à rationali, hæcque actus hi non tendunt in idem secundum idem, quod ab Aristotele, S. Thoma, & communi Philosophorum schola requiritur ad contradictoria.

Non ergo video qua ratione dicere possint adversarij S. Thomae eorum opinionem tenere, nisi velint S. Doctorem inter Cælites ascriptum jam mutasse sententiam. Sed quæ ea cunque sit quam modò sequitur sententia, certum est eum ad adversarij opinionem de actu confuso non accessisse: nec enim in cælo, ubi summus ordo, confusio placere ulla potest.

IX. Expressis verbis docet sapientia S. Thomae universale fieri per præcisiones obiectivas.

X. S. Thomas censet non esse contradictoria, cognosci animal, non cognosci rationale.

XI. Conclusio de mente S. Thomae circa universale, & præcisiones obiectivas.

## DISPUTATIO XXXIII.

### De Quinque Prædicabilibus.

#### SECTIO PRIMA.

##### De Primo Prædicabili. Definitur Genus.

I. Porphyrius natione Phœnix, patria Tyrius, vel put malunt quidam, Iudeus, Christianorum primum institutis imbutus, ab eorum postea castris transfuga delcivit, & ex amico hostis factus, acerbissimis religionem Christianam scriptis convellit, totumque in eam virus phreneticus spiritu effudit. Sanctissimi proinde illius temporis Patres, nefarij hujus apostatæ audaciam ut retunderent, eruditissimos edidit tractatus, quibus ita furiosos hominis importuni conatus ac rabiem fregerunt, ut vituperia in commendationem, contumelia in honorem, convitia in gloriam, labe denique quas Ecclesiæ aspergere tentabat, in decus ei cesserint, ac splendorem.

II. Is ergo talis cum fuerit, quamvis mereatur ut ne nominis quidem illius ulla apud Christianos fiat mentio, hic tamen quem de universalibus scriptis, tractatus cum utilis in primis sit, in scholis auditoribus prælegi passim solet. Quem proinde de more hic explicandum suscipimus.

Definitio à Porphyrio hoc capite pro Genere assignata est Genus est quod prædicatur de pluribus differentiis specie in quid. Quæ definitio optima est, tum quia ab omnibus probata, tum quia quod generis proprium est, clarè explicat, & illud ab omni alio distinguit: ab individuis, quia non sunt prædicabilia de pluribus: à specie, quia non est prædicabile de pluribus differentiis specie, sed solum numero, ut homo de Petro & Paulo, & reliquis: Genus etiam non prædicatur saltè de individuis completis, ut tota eorum quidditas & essentia, licet species, sed ut pars essentie, quæ differentia in illis verbis continetur, de pluribus differētibz specie, una enim totalis essentia abstrahi nequit à pluribus essentiis, eo enim ipso quod abstrahatur ab essentiis relinquitur aliquid illarum, nempe differentia. Individua verò cum non differant essentialiter, quidquid est in illis essentie, est in specie, quæ proinde de illis prædicari potest ut tota eorum essentia, quod enim superaddit illi individuatio, non est essentia formaliter. At

I. Definitio generis.

Optima est hæc generis definitio.



quæ differunt specie, differunt essentialiter, & id quo differunt est pars essentia; nimirum differentia, à qua præcise abstrahitur Genus, sicque est tantum pars essentia.

II. Per ly in quid fecernitur à differentia, quæ prædicatur in quale quid, per modum scilicet adjacentis, à proprio etiam & accidente, quæ prædicantur in quale simpliciter. Genus verò prædicatur in quid, seu essentialiter, & per modum per se stantis, non alteri adjacentis, si enim quærat quid sit homo, rectè responderis, animal, vivens, substantia; non rationalis, albus, &c. Si verò quærat quæ sit, malè ille responderet, qui diceret esse animal aut substantia: sed responderi debet, est albus, niger, rationalis.

III. Loco generis in hac definitione ponitur ly quid prædicatur, in qua conveniunt omnia quinque Prædicabilia, & est idem ac quod est prædicabile, verba enim in definitionibus juxta Dialecticos, non attum significant, sed aptitudinem, estque hæc definitio essentialis, quia definitur hic genus prædicabile, prædicabili autem quæ tali essentialis est prædicabilitas, sicut homini albo quæ albo essentialis est albedo, non tamen est essentialis prædicabilitas natura, quæ est genus, præcisè sumptæ, seu generi metaphysico. Notandum porro, per particulam de pluribus differentibus specie denotari tam ea quæ specie differunt subalterna, quam infima.

IV. Ad rationem Generis requiritur 1. ut non sit quid transcendens: ita Aristot. 4. Topic. sic enim non faceret compositionem Metaphysicam, genus enim prius inclusum fuisset in differentibus. Deinde ut sit univocum, non æquivocum vel analogum: ita Aristot. 2. Topic. c. 2. Genus enim & omnia Prædicabilia sunt unum perfecte & simpliciter, sunt enim universalia, universale autem definitur esse unum: analogæ verò tantum sunt unum secundum quid, æquivocæ nullo modo sunt unum, nisi solo nomine.

V. Dices, non possumus affirmare homo est genus, equus est genus, ergo Genus non prædicatur de pluribus differentibus specie. Respondetur, non posse prædicari per terminos qui applicant formale, sed materiale, licet formale requiratur ut materiale prædicetur per modum communis & Generis, ut ostendi disp. præced. scilicet 3.

VI. Advertendum cum Toletus hic q. 4. & aliis, desumiturque ex Aristot. 5. Metaph. cap. 10. in triplici esse differentia ea quæ specie differunt. Primum, sunt species infimæ, ut potè quæ subsunt Generi infimo, scilicet animalia, ut homo, leo, equus, & dicuntur differre specie à tota. Secundò, dicuntur aliqua differre specie subalterna, ea nimirum quæ nō subsunt Generi infimo, sed subalterno, & sunt reverà Genera ulterius divisibilia in suas species, sic tamen se habent, ut ex æquo sub illo Genere contineantur, & neutrum altero latius pateat, ut animalium & irrationalium sub corpore. Tertiò, ita ut non æqualiter sub uno Genere nec immediate contineantur, sed unum latius pateat altero, ut homo, & planta, planta enim licet latius pateat, quam homo, non tamen est illi quid superius, sic enim foret Genus respectu hominis, & de illo prædicaretur in recto, quod tamen videmus esse falsum, non enim dicimus, homo est planta.

## SECTIO II.

### Objectiones aliquæ contra definitionem Generis.

I. Obiicies 1. bona definitio debet competere omni definito, hæc non competit, ergo: Probatur

minor, dantur Genera quæ prædicantur de pluribus differentibus Genere, ut substantia de planta & animal? item animal & illa Genera prædicantur de individuis & differentibus solo numero, dicimus enim Petrus est animal, Paulus est animal, ergo est definitio Generis. Respondeo, per speciem in definitione Generis positam intelligi non infimam tantum, sed subalternam, quæ Genus esse potest, ut diximus. Quod verò prædicetur de individuis, nihil refert, imò aliquo sensu est necessarium, nam eo ipso quod prædicetur de speciebus immediate, prædicare mediare saltem debet de individuis, species verò infima ita prædicatur de differentibus numero, ut non nisi de solo numero differentibus prædicari possit, seu de individuis tantum.

Obiicies 2. Color prædicatur in quid de albedine & nigredine, & tamen est accidens, ergo definitio convenit aliis à definito, convenit siquidem quinto Prædicabili. Respondeo, colorem & alia accidentia respectu suorum inferiorum non esse accidentia metaphysica, nec constituere quintum Prædicabile, sed primum vel secundum; Genera scilicet vel species, & prædicari in quid, cum verò constituunt quintum prædicabile, non in abstracto sumuntur, sed concreto, in ordine scilicet ad subiecta quibus adjacent, & de quibus prædicantur in quale. Quod de differentiis, & aliis etiam Prædicabilibus verum est.

Obiicies 3. pars physica non potest prædicari in recto de toto, nec enim dicimus homo est anima, homo est corpus seu materia prima, ergo nec metaphysica. Nego consequentiam, disparitas est, quia pars physica realiter distinguitur à toto, nō sic metaphysica. Deinde dico in concreto posse etiam partem physicam prædicari de toto, ut homo est animal.

Obiicies 4. omnia Genera non conveniunt univocè in ratione Generis, ergo definitio una definitione non possunt, antecedens probatur, ens rationis æquè est Genus atque ens reale, sed enti reali & rationis nihil dari potest commune univocum, ergo.

Respondeo, negando antecedens, ad probationem dico, licet ens rationis (idem est de negationibus) & ens rationale non conveniunt univocè in ratione entis, cum alterius ens sit tantum ens apparens & metaphysicum, & non verè ens, possunt tamen convenire univocè in ratione aliqua accidentali: sicut licet sol & aer, in ratione substantia & corporis specie differant & genere, in ratione tamen lucidi conveniunt specie, quia lucem ejusdem rationis in se habent. Sic ergo, licet ens rationis & reale, positivum & negativum dissimilia sint in ratione entis, in hoc tamen quod est esse superius ad sua inferiora eodem modo se habent, sicut enim animal prædicatur in quid de homine, leone, & reliquis, ita chimæra in quid de hippocervo prædicatur, trage-lapho, & ceteris.

Obiicies 5. Genus in concreto, seu sumptum pro materiali & formali simul est ens per accidens, sed ens per accidens definiti non potest, ergo nec Genus. Distinguo minorem, ens per accidens non potest definiti definitione aliqua declarare utramque partem sigillarim, seu secundum se, admittit minorem, prout conveniunt inter se ad faciendum aliquod unum, nego: sub hac enim ratione definiti potest ens per accidens, exercitus siquidem, & acervus lapidum diversam habent essentiam ad domo vel navi, ergo hæc essentia explicabilis est aliqua definitione. Dicitur ergo illud ens per accidens definiti non posse, intelligendum est de ente per accidens, id est, fortuito, seu casu contingente, quod cum nul-

Obi. dantur Genera, quæ prædicantur de differentibus genere.

Resp. per speciem in definitione Generis positam intelligi non infimam tantum, sed subalternam, quæ Genus esse potest.

II.

color respectu suorum inferiorum non est quintum Prædicabile, sed Primum, sed Secundum.

III.

Alter prædicatur pars physica, alia metaphysica.

IV.

V.

Genera entium realium, & rationum, conveniunt univocè in ratione Generis.

VI.

quo sensu possit Enim per accidens definiti.

II.

quo sensu possit Enim per accidens definiti.



nullam causam certam habeat, ita nec cognosci certo nec definiri potest.

VII. Obijcies sextò; communis ratio Generis respectu huius & illius Generis est species infima, ergo definitur ut non potest definitione Generis magis quam homo definitione equi. Respondeo distinguendo antecedens, est species in actu exercito, concedo antecedens; in actu signato, nego. Definitur autem secundum id quod dicit in actu signato, ratio verò quam dicit in actu signato, est ratio *prædicabilis de pluribus differentibus specie in quid*. Hæc enim ratio definitione explicatur & exprimitur ex parte objecti, licet in actu exercito, respectu suorum inferiorum præcisè secundò intentionaliter sumptorum, sit species infima, cum Genera in quantum talia, solo numero differant, sicut & omnia Prædicabilia dicuntur species infimæ, quia inferiora eorum quæ talia, non differunt nisi materialiter seu numero.

### SECTIO III.

#### Præcipua difficultas circa definitionem Generis

I. Obijcies septimò; si datur definitio Generis, Genus definitur per seipsum, cum necessariò in omni definitione ponatur Genus, sed hoc implicat, ergo: Major probatur, quia in Genere ut sic, continentur omnia Genera particularia, ergo si definitur Genus ut sic per hoc Genus, particularia omnia Genera per idem Genus definiuntur, sed hoc Genus est unum ex illis, ergo definitur per seipsum.

II. Res hæc intricatissima est, & in qua unusquisque diversâ fere incedit viâ. Omissis aliorum solutionibus, Respondetur, negando maiorem, id enim quod ponitur in definitione non est ratio Generis ut sic, sic enim idem esse definitum & una pars definitionis, sed quoddam Genus particulare, universale scilicet in communi, quod, ut particulare Genus est, continetur sub illâ ratione communi, Genus autem in communi non continetur in se, sed sub se particularia Genera, & potiùs in iis continetur, ex quo constat, licet definiatur Genus ut sic per hanc definitionem, non tamen definiri hoc Genus per se sumptum, quia nullum Genus in particulari definitur. Sicut vivens sensibile non est definitio hominis vel equi.

III. Dices, convenit huic Generi definitio posita, ergo per eam definitur. Distinguo antecedens, convenit ei definitio potestativè, seu tanquam alicui sub Genere in communi contento, concedo antecedens; convertibiliter, nego, nihil autem propriè dicitur definitione aliqua definiri, nisi cui convertibiliter conveniat definitio & adæquatè, una enim ex conditionibus bonæ definitionis est, ut convertatur cum definito. Sic homini convenit hæc definitio *animal rationale*, rectè enim intuleris, est homo, ergo est animal rationale; est animal rationale, ergo homo, quod est eum aliquo converti. Petrus verò non dicitur simpliciter per illam definitionem definiri, quia per eam non explicatur ultima Petri differentia seu singularitas, & licet valeat, est Petrus, ergo animal rationale, non tamen è contrà, est animal rationale, ergo Petrus, quod est potestativè definitionem hominis ei convenire, non convertibiliter.

IV. Urgebis, hinc sequi, idem esse simul superius & inferius sibi, nam quod est superius alteri, est superius illi omni cui illud est superius, sicut quod est superius homini, est superius Petro, sed ratio Generis est superior universali ut sic, ergo & sibi, quia ipsa est inferior universali ut sic, cum sit particulare universale. Respondeo primò, sub diversâ ratione id non est magis inconveniens, quàm quod idem sub

diversâ ratione sit sibi prius & posterius, quod tamen ratione nostrâ commune est in omni re quæ passiones habet à se non distinctas, & sic ens ut ens, est prius se ut est unum, ut unum posterius se ut ens est, sic homo ut rationalis & risibilis, ut intellectivus & volitivus, si intellectus & voluntas realiter ab animâ non distinguantur. Et hæc particula *vox* cum omnes voces significet, ut significans est sibi superior & latius patens se ut significata.

Respondeo secundò, id non sequi, quia quando aliquid est in intellectu superius alteri, in diversâ ratione atque est inferius, non sequitur esse superius sibi, licet illud aliud sit ipsi superius, ratio ergo Generis in communi est superior universali in communi in ratione Generis, & de illo prædicatur, bene enim dicitur, *universale ut sic est Genus*; at verò non est superior ut universale, sed inferior, & de illo prædicatur universale, dicimus enim *Genus ut sic, seu primum Prædicabile est universale seu Prædicabile*. Sibi verò non est superius ut Genus in communi est, nam si esset, deberet ut est Genus in communi, esse superius sibi ut particulare Genus est, sed non est particulare Genus, sed species, ergo non est superius sibi nec de se prædicabile, hæc enim est falsa propositio, *Genus in communi est Genus*, nec licet dicere, *Genus ut sic est prædicabile de pluribus differentibus specie*, nisi in actu signato, hoc est importat & significat rationem prædicabilitatis de pluribus differentibus specie, Genus enim ut sic in actu exercito est species infima, sicut & cætera omnia Prædicabilia. Prædicatio autem omnis fit in actu exercito, cum sit quoddam quasi exercitium naturæ universalis, ac proinde fieri inter Prædicabilia debet ut sumuntur in actu exercito.

Dices, Genus in communi essentialiter est universale, sed quæ Genus in communi, est superius universale, ergo, quæ universale, ergo in eadem ratione est superius & inferius respectu ejusdem. Distinguo primum consequens, est superius universali in communi ut Genus est universale in communi, nego consequentiam: Genus enim in communi non est universale in communi; ut universale determinatum & particulare est, concedo: sic tamen non sub eadem ratione formaliter est superius & inferius, sed sub diversâ. Sicut ratio entis abstracta est superior substantiæ, contracta est inferior.

Instabis, ad plura se extendit universale ut sic quàm Genus ut sic, ergo Genus ut sic non potest illi esse superius. Nego consequentiam, ut enim aliquid sit superius alteri, sufficit quod de illo simul cum aliis ratio, ut sit prædicabile, quod in præsentia contingit, licet non ad tot se extendat atque illud, sicque dici potest latius patere non simpliciter, sed secundum quid.

Genus ergo in definitione Generis in communi positum est universale ut sic, accidentaliter tamen & secundariò est Genus particulare, est enim prædicabile de pluribus differentibus specie, nempe de *nus* possum quinque prædicabilibus, dicimus enim *Genus est universale, species est universale, Differentia est universale* &c. Essentia ergo universalis ut sic, seu primarius ejus conceptus non est esse prædicabile de pluribus differentibus specie, seu ut sit Genus, sic enim quidquid esset universale, esset Genus; sicut quia animal ut sic est principium sentiendi, ubicumque reperitur animal, reperitur principium sentiendi, hoc autem in universali est falsum, homo enim, leo, equus sunt universalis, & tamen non sunt Genera. Essentia ergo & primarius conceptus universalis logici ut sic est tantum esse unum prædicabile de multis, hic autem nulla est mentio rationis Generis, magis quàm Speciei, aut alterius Prædicabilis, licet hæc ratio, cum abstrahatur ab omnibus universalibus quæ in ratione talium specie differunt, necessariò sit Genus in actu exercito,

Resp. primò, sub diversâ ratione id non repugnat.

V. Resp. secundò, non se qui idem fore superius & inferius sibi.

VI. Genus non est superius & inferius respectu ejusdem in communi.

VII. Quid hæc in re requiritur superius.

VIII. Universale ut sic est Genus in definitione Generis.



to, hic tamen non est primarius ejus conceptus, sed solum secundarius, ad conceptum universalis ut sic necessariò consequens, sicut unum ad ens, & rationalitas ad rationalitatem.

IX.  
Quomodo  
universale  
ut sic possit  
abstrahi à  
Genere ut  
sic.

Hinc tandem optimè intelligitur, quomodo, cum Genus ut sic sit particulare universale, possit universale in communi abstrahi ab illo, & aliis particularibus universalibus, & sic illi esse sub hac ratione superius: cum vero universale ut sic, sit etiam accidentaliter Genus particulare, intelligitur similiter quo pacto ab illo & aliis Generibus possit sub diversâ ratione abstrahi ratio communis Generis ut sic: & sub hac ratione Genus ut sic, seu primum Prædicabile est superius universali ut sic, ac proinde in diversâ ratione sibi mutuo inferiora sunt & superiora.

#### SECTIO IV.

##### Virum Genus immediate prædicatur de Individuis.

I.  
Genus non  
semper præ-  
dicatur im-  
mediate de  
individuis.

Notandum primò, non esse necessarium ut prædicetur Genus semper immediate de individuis, potest enim prædicari de ratione aliquâ ab iis omnibus abstractâ, nempe de specie, ut homo est animal, leo est animal, & sic de cæteris.

II.  
Quæstio  
procedit in  
sensu for-  
mali.

Secundò Notandum, non procedere quæstionem in sensu reali sed formali, cum enim in unoquoque individuo realiter sit idem ratio individua- lis & specifica, quidquid realiter prædicatur de unâ, de alterâ etiam realiter prædicetur necesse est, & æquè immediate, cum nulla à parte rei sit distinctio.

III.  
Individuum  
duplè  
sumitur,  
completè,  
& incompletè.

Tertiò notandum, individuum sumi posse dupliciter, completè & incompletè, individuum completè sumitur cum ratio specifica in eo inclusa cognoscitur explicitè unita singularitati, & ab eâ contracta, ut nimirum est objectum hujus actus, hic homo, hic equus. Incompletè sumitur individuum, dum non cognoscitur secundum totum conceptum suum objectivum, sed inadæquatè & tantum secundum rationem animalis singularizatam, ut cum dicimus hoc animal. Singularitas itaque cum immediate contrahat speciem hominis, sequitur etiam incompletè illam contrahere animal & rationale, sicque duplicem in singularitate distinguere possumus formalitatem, alteram contrahentem animal, alteram rationale. Si igitur intelligatur utramque simul rationem contrahere, est individuum completum, ut hic homo, si alteram tantum, animal verbi gratia, est incompletum, & vocatur individuum genericum, ut hoc animal.

IV.  
Genus im-  
mediate  
prædicatur  
de indivi-  
duis incom-  
pletè sum-  
ptis.

Prima conclusio: Genus immediate prædicatur de individuis incompletè cognitis. Ita Rub. c. de Specie. q. 5. P. Hurt. d. 4. log. f. 5. P. Arriaga d. 7. log. f. 1. subf. 6. n. 28. & alij. Probatur, prædicatio est alicujus de aliquo affirmativa representatio, ergo id solum prædicatur quod representatur, & de eo quod similiter representatur, sed cum dico, hoc animal, est animal, nihil representatur præter animal secundum se ex parte prædicati, & animal singularizatum ex parte subjecti, ergo immediate prædicatur animal de individuo. Confirmatur, id immediate prædicari dicitur de aliquo, inter quod & subjectum nihil mediat, sed inter hoc animal incompletè sumptum & animal in communi nihil mediat, ergo. Minor probatur, animal incompletè sumptum est animal prout afficitur singularitate, unde resultat individuum animalis, quod ut sic & abstractè sumptum, nec est rationale nec irrationale formaliter, sed so-

lùm hoc animal. Confirmatur secundò, cum video aliquod animal à longè, certo scire possum & judicare ex signis quæ video, esse animal, quin sciam sitne rationale an irrationale, ergo possum immediate prædicare de eo animal, patet consequentia, prædicare immediate animal de individuo aliud nihil est, quàm judicare & scire esse individuum animalis, quin judicem vel sciam esse individuum hominis, equi, aut alterius cujusquam speciei animalis.

Secunda conclusio: Genus prædicatur etiam immediate de individuo completo. Est contra Hurt. f. 5. Genus prædicatur im-  
mediate de  
individuis  
completis.

Notandum, dupliciter dici aliquid prædicari immediate de alio, immediate subjecti, & immediate ne subsistendi consequentia. Prædicari immediate immediate subjecti est, cum id quod prædicatur subje-  
ctatur veluti in subjecto in eo de quo prædicatur & quid prædi-  
catur non subje-  
ctatur tantum in aliquo tertio quod illi  
subjecto vel quasi subjecto inest. Prædicari imme-  
diatè ne subsistendi consequentia, est cum  
nulla ad prædicatum de subjecto probandum inter-  
cedit alia consequentia, sed immediate unum proba-  
tur per aliud. Unde non immediate subsistendi con-  
sequentia probatur animal de Petro, quia alius gra-  
dus medius inter utrumque hoc sensu intercedit,  
nempe homo, nec enim solent hoc modo argumen-  
tari Dialectici, est Petrus ergo est animal, sed est Pe-  
trus, ergo est homo, ergo animal.

Probatur ergo conclusio primò: individuum, Petrus, verbi gratia, intrinsecè constituitur ex specie & singularitate, seu ex specie vel naturâ contractâ, ita ut neuter ab eo separari conceptus possit, ergo cum prædicatur animal de Petro, prædicatur immediate immediate subjecti de individuo. Confirmatur, im-  
mediate contrahitur species seu homo ab individua-  
tione, ergo & animal, patet consequentia; ho-  
mo aliud nihil est quàm animal rationale, ergo si ho-  
mo immediate contrahatur à singularitate Petri ad-  
æquatè, contrahitur animal immediate inadæquatè,  
per formalitatem scilicet individualement ei corre-  
spondentem, totum enim idem formaliter est cum  
suis partibus, ergo similiter si homo immediate præ-  
dicatur de Petro adæquatè, prædicabitur de eo ani-  
mal immediate inadæquatè, idque non solum con-  
junctum cum rationali, ut in hac propositione Pe-  
trus est homo, sed separatim, ut cum dicitur, Petrus est  
animal, nec enim ex eo quod Petrus sit hoc animal  
rationale, tollitur quod sit hoc animal.

Ratio denu à priori, & qua innumeris æqui-  
vocationibus aditus præcluditur, est, quia licet vi-  
vens, exempli gratia, (idem est de aliis gradibus tum  
superioribus tum inferioribus) immediate contra-  
hatur, & prædicetur de animali tanquam de subje-  
cto, ita tamen illi inest tanquam subjecto, ut sit ip-  
sum inadæquatè, etiam formaliter, animal enim for-  
malissime est vivens sensibile. Ulteriùs ad hominem,  
ita contrahitur animal, ut sit inadæquatè ipse homo,  
homo enim formaliter est animal rationale. Cum  
ergo animal sit immediate vivens, vivens immediate  
corpus, corpus immediate substantia, substantia  
ens, Petrus qui ex his omnibus est compactus, est  
immediate hoc singulare ens, hæc substantia, hoc  
corpus, hoc vivens, hoc animal, hic homo, has  
quippe omnes rationes singularitas ejus immediate  
limitat, quæ proinde in tot formalitates dividitur,  
quot in Petro sunt gradus diversi, & singulis gradi-  
bus sua correspondet per intellectum formalitas in  
singularitate.

Hinc ergo sequitur has omnes rationes posse de eo immediate, tanquam de subjecto prædicari (quidquid sit de immediate subsistendi consequentia) cum  
immediatè

V.  
Genus præ-  
dicatur im-  
mediate de  
individuis  
completis.

VI.  
Duplè  
dicitur ali-  
quid prædi-  
cari imme-  
diatè.

VII.  
Ostenditur  
Genus præ-  
dicari im-  
mediate de  
individuis.

VIII.  
Ratio à  
priori cur  
Genus præ-  
dicatur de  
individuis  
immediatè.

IX.



immediate Petro tanquam subiecto infine, ut ostensum est.

SECTIO V.

Objectiones circa immediatam Generis predicationem de individuis.

**I.** Obijcies primò: prius est Genus quam species, Species quam individuū, valet enim est homo, ergo animal, est Petrus, ergo homo, non è contrà. & universaliora semper sunt priora, ergo immediatius subijciatur Genus in specie, & de eo predicatur, quam de individuo. Nego consequentiam, universaliora enim sunt priora prioritate subsistendi consequentia, quia inferiora in sui cognitione ab universalioribus pendent, & ex iis constituuntur, non è contrà, qua de causâ priora dicuntur subsistendi consequentia.

**II.** At verò in ratione subiecti æquè immediate predicatur genus de uno ac de altero, quia æquè immediate singularizatur unus gradus atque alter, & omnes æquè immediate constituunt hoc individuum, singuli namq; gradus superiores incipiendo ab ente singularizantur immediate per singulas formalitates singularitatis Petri sibi correspondentes. Nulla enim alia est singularitas à qua singularizentur.

**III.** Quòd si solum ideo velit quis non predicari Genus immediate de individuo completo, quia cognoscitur species ex parte subiecti, licet sit contracta, erit questio de nomine, sed videtur impropria locutio, nam individuum completum est species contracta, unde in hac predicatione, Petrus, vel hic homo est animal, nihil mediat in intellectu inter individuum & genus, ut constat.

**IV.** Obijcies secundò: Genus est gradus supremus, individuum infimus, sed non datur immediatus transitus à supremo ad infimum nisi per medium, species autè hic est gradus medius, ergo prius inest animal speciei, quam individuo, & prius de eo predicatur. Distinguo consequens, prius subsistendi consequentia, seu ut regulariter juxta gradus metaphysicos à dialecticis assignatos unum de altero probetur, concedo consequentiam; in ratione subiecti, vel quasi subiecti, nego. Quare in ratione subiecti non est gradus supremus & infimus, cum omnes gradus, etiam ratione nostra, immediate subijciuntur in individuo, ut dixi, & sint de intrinsecâ illius constitutione. Nec gradus Metaphysici sunt instar graduum materialium, ut imaginari videtur is qui hoc obijcit. Secundò, dici potest Genus supremus gradus, individuum infimus, in ratione extensionis, quod scilicet individuum ad unum solum extendatur, Genus ad plurima, & species inter utrumque hac ratione mediat, cum nec tam late pateat quam Genus, nec ad unum restringatur, ut individuum.

**V.** Obijcies tertio: Genus definitur à Porphyrio in ordine ad speciem, non individuum: ergo immediate predicatur de solâ specie. Resp. negando antecedens: definitio enim Porphyrii non est, Genus esse id quod predicatur de pluribus speciebus, sed differentiibus specie, quod æquè competit individuus præsertim completis, ac speciebus: tam enim specie, seu specificè differunt Petrus & Bucephalus, quam homo & equus: nec enim tantum numero differunt, ut est manifestum.

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

SECTIO VI.

Primum Genus de individuis incompletis predicatur ut Genus, an ut species.

**P.** Artiga citatus num. 29. licet concedat predicari Genus immediate posse de individuis, ait tamen, de individuis incompletis predicari ut speciem, non ut Genus. Afferit proinde hanc predicationem, hoc animal est animal, esse predicationem specificam, & omnia animalia, prout hoc nomen significantur, solo numero differre. Idem docet P. Oviedo Cont. 4. Log. p. 4. n. 3.

Contra primò: ergo aliquid à parte rei est in Petro quod specie differat à Bucephalo, & aliquid quod non differat specie, quæ sunt contradictoria: antecedens: quoad primam partem, est manifestum; quoad secundam probatur, nisi enim esset in Petro aliquid à parte rei quod numero tantum, & differens non specie differret à Bucephalo, non posset talis ratio per intellectum in eo verè representari, magis quam hincibilis in homine, ergo.

Consequenter implicat duo, numero tantum inter se distincta, identificari realiter cum duobus specie distinctis, quod tamen hic evidenter sequitur si hæceitates Petri & Bucephali inter se numero tantum distinguantur, rationes enim homines & equi differunt specie.

Contra secundò: in differentiâ numericâ individui equini, etiam incompletè sumpti, est prædicatum notabiliter diversum à differentiâ numericâ individui humani, aut leonini, & multo magis plantæ, vel lapidis, ergo hæc differentiæ, & consequenter ipsa individua incompleta differunt specie: consequentia est clara, ideo enim unio materiæ cum forma equi specie distinguitur ab unione ejusdem cum formâ leonis, vel ignis, quia uniones istæ notabiliter differunt. Antecedens itaque probatur: differentia numericâ individui equini petit essentialiter identificari cum naturâ equi, quod prædicatum non habet differentia numericâ individui humani, aut lapidis, sicque identificari petit cum naturâ specie distincta: sed hoc est prædicatum notabiliter diversum, multò enim magis hoc nomine in suo conceptu differunt duæ differentiæ numericæ individuum diversæ speciei. Bucephaleitas nimirum & Petreitas, quam Petreitas & Paulitas: sicut unio materiæ cum animâ rationali, & cum formâ equi quam duæ uniones ejusdem materiæ cum eadem, vel diversâ animâ rationali, ergo.

Dices primò differentia numericâ tantum est numerica, ergo solum facit numero differre. Sed contra: nam differentia numericâ Bucephali, cum habeat prædicatum illud notabiliter diversum à differentiâ numericâ ignis, hominis, aut plantæ, specie quadam ab earum differentiis distinguatur necesse est, multò scilicet magis quam differentia numericâ duorum individuum ejusdem speciei, ut ostensum est.

Dices secundò: predicatur completè, ergo non predicatur ut genus: generis enim proprium est ut predicatur incompletè, & ut pars essentia. Resp. dicatur ut primò, negando consequentiam. Ad probationem paræssentia dico, genus predicari ut partem essentia respectu speciei, non individui incompleti. Unde proprietas generis est, quòd sit prædicabile incompletè in quid, non quòd hoc modo necessariò semper prædicetur, sed quòd Genus, & nulli alteri hoc competat: Essentialis autè conceptus Generis est, ut prædicetur, seu sit prædicabile de pluribus differentiibus specie: hæc enim



VII.

est generis definitio à Porphyrio tradita.

Secundò dico : eo ipso quòd Genus prædicatur ut tota essentia individui incompletè sumpti, prædicatur ut quid incompletum & aptum ut constituat essentiam integram specificam. Prædicatur ergo hic completè respectu individui incompleti, & eo ipso ut aptum incompletè prædicari de specie, & ut quid per alteram partem complebile.

VIII.

Particularia genera sunt tantum numero distincta. Respondeo secundò intentionali-ter sumpta sunt tantum numero distincta.

Dices tertio. Genus ut sic est species, ergo particularia genera sunt tantum numero distincta. Respondeo. Summi tunc Genus secundò intentionali-ter : unde hoc probaret Genus prædicari ut speciem de individuo etiam completè, genus enim ut sic, est species respectu generum etiam completorum: Angelus enim, planta, & color numero tantum differunt in ratione Generis.

## SECTIO VII.

*An Genus sit totum potentiale : & quomodo Genus supremum & infimum constituent unum Prædicabile.*

I.

Totum, aliud actuale aliud potentiale.

Notandum primò : totum aliud esse actuale, quod actu in se & formaliter continet suas partes, ut homo animam & corpus: aliud potentiale seu potestativum, quod non est propriè totum, ut supra diximus, sed ratio quædam superior ad multa inferiora se extendens, ut apta de ijs prædicari, sicut Genus de pluribus speciebus, quæ proinde respectu Generis partes vocantur *subjectiva*, quia singulæ species illi subijciuntur, nullaquæ totam ejus prædicabilitatem adæquat.

II.

Quid sit pars actualis.

Notandum secundò: partem actualem esse illam quæ actu aliquid constituit, ac proinde, formaliter saltem loquendo, non debet esse tota illius essentia. Sic anima est pars essentia hominis physica, Genus & differentia Metaphysica, neutrum enim Metaphysicè loquendo est tota hominis essentia, sicut nec anima, nec corpus physicè.

III.

Idem respectu ejusdem potest esse & totum, & pars.

Hinc inferitur, idem respectu ejusdem posse sub diverso respectu & totum esse & partem. Genus enim ut quid superius & latius patens specie, ut pote de pluribus speciebus prædicabilis, est totum potentiale respectu illius, ut verò illam inadæquatè constituit, est pars illius actualis, tantum enim partem continet essentia, & differentia aliam superaddit. Unde Genus, licet prædicetur ut totum potentiale, necessariò tamen prædicatur semper ut pars actualis, prædicatur enim de speciebus non ut tota earum essentia, sed ut pars tantum illius, seu ut inadæquatam speciei constitutivum. Sic supra sect. 3. dixi de universali ut sic, simul sub diversâ ratione, esse illud & inferius Generi in comuni, & superius.

IV.

Qualis sit prædicatio Generis de specie.

Prædicatio ergo Generis de specie est quoad modum prædicandi universalis, & totius de parte subjectivâ, ac partis de toto actuali. Debet verò esse totum in eâ prædicatione quoad modum representandi, ut latius supra d. 32. sect. 3. dixi, quia est prædicatio superioris de inferiore, non æqualis de æquali, ut in hac propositione, *homo est animal rationale*. Ideo itaque vocatur Genus totum potentiale seu potestativum respectu speciei, quia licet quando de unâ specie prædicatur, non prædicetur de aliâ, ita tamen Genus tunc representatur ut possit de pluribus prædicari, seu potestatem quasi ad hoc habeat, utque ijs assertive applicetur.

V.

Videntur Genus supremum & infimum differre specie.

Quoad secundum, ratio dubitandi est, quia Genus supremum & infimum plus differre videntur quàm Genus infimum & species, Genus enim supremum de differentibus Genere prædicatur, ut sub-

stantia de Angelo & planta, infimum verò de solis prædicatur differentibus numero: Magis autè differtur videtur esse prædicabile de differentibus Genere, & differentibus specie, quàm de differentibus specie, quod munus est Generis infimi, & de differentibus numero, qui est essentialis conceptus speciei.

Respondetur tamen differentiam illam esse merè materialem, tum quia Genera inferiora ita sunt Genera, ut sint etiam species subalternæ, tum quia modus prædicandi supremi Generis idem est respectu omnium inferiorum, quantumvis hæc inter se entitative differant, prædicatur enim de speciebus omnibus incompletè & ut pars essentia. Cum ergo Genera omnia duo hæc in se prædicata contineant nempe habere sub se plures species, licet ex his aliquæ latius extendantur quàm alia, & prædicari incompletè, seu ut partem essentia, quorum neutrum competit speciei, manifestum videtur plus speciem differre à Genere infimo, quàm infimum Genus à supremo.

Dices, etiam species prædicatur incompletè, in hac enim propositione *Petrus est homo*, prædicatur de Petro natura tantum humana, non singularitas, sicut in hac, *Homo est animal*, non prædicatur de homine rationale. Respondetur, verum quidem esse in illâ propositione non prædicari de Petro singularitatem, prædicatur tamen de eo tota essentia metaphysicè sumpta, quod non contingit in prædicatione Generis vel infimi, vel supremi respectu speciei sive infima, sive subalternæ. Prædicatio itaque speciei de individuo est incompleta physicè, seu materialiter, non metaphysicè aut logicè, seu in ordine ad scientias quæ de solis sunt essentia, singularitates enim non cognoscuntur. Prædicatio verò Generis de specie sive infima, sive subalternâ, nec physicè completa est, nec metaphysicè.

VI.

Dicendum tamen differentiam illam esse merè materialem.

VII.

Prædicatio speciei ab individuo est incompleta physice, non logicè.

## SECTIO VIII.

*Reliqua ad primum Prædicabile spectantia.*

Ex dictis infero primò, si animal vel alia natura generica aut specificica abstrahatur ab inferioribus existentibus tantum, ita ut existentia ingrediantur conceptum objectivum, animal vel illam naturam tantum esse Genus, vel speciem respectu animalium vel individuum existentium: si à solis abstrahatur non existentibus, Genus erit vel species respectu illorum tantum, si demum abstrahatur absolute, ita ut nec actualem existentiam connotet, nec non existentiam, erit Genus vel species respectu omnium tum existentium, tum non existentium.

Infero secundò, debere ad Genus constituendum esse plura inferiora possibilia specie diversa, nisi abstrahatur ab entibus rationis, & tunc de ijs solis requiritur Genus illud prædicabile. Ratio est, quia alioquin non erit prædicabile de pluribus differentibus specie, quæ est essentia Generis.

Infero tertio, ad universale constituendum non requiri ut inferiora sint à causâ aliquâ naturali produciibilia, sed sufficere quòd sint possibilia per potentiam Dei. Intellectivum itaque ut sic, est Genus respectu Angelorum omnium possibilem, & stellæ similiter respectu stellarum licet nullum detur agens naturale quod possit vel has, vel illos producere. Nulla tamen inferiora requiruntur actu existentia, nisi ab existentibus quæ existentibus abstrahatur.

Infero quarto, si tantum homo esset possibilis, & nulla alia species animalis, animal non futurum Genus, sed potius differentiam respectu hominis, modo sumatur à djectivè, tunc enim potius contrahetur

I.

Quomodo se habeat animal abstractum à solis existentibus.

II.

Ad Genus requiritur plura possibilia.

III.

Non requiritur ut sint producibilia à causâ creatâ.

IV.

Si tantum homo esset possibilis, animal potius esset differentia, quàm genus.



tur rationale per animal, quàm è contra, vel vivens effec hominis Genus, & differentia effec sensibiliter rationale.

V. Quo sensu Genus sumatur à materia, à differentia à forma.

Infero quindò, Disti illius explicationem, Genus sumatur à materia, differentia à forma, quod ob quandam analogiam Generis cum materia, & Differentie cum forma statuitur: sicut enim materia indifferens est ad varias formas, sic Genus ad varias differentias. Secundò, sicut materia est subiectum formarum in genere physico, ita Genus differentiarum in genere metaphysico. Atque ita sicut materia est ex se imperfectum quid & informe, & per formas actuatur ac perficitur physicè, sic Genus metaphysicè per differentias. Tertiò, sicut forma determinat materiam ad hoc compositum physicum, sic differentia Genus ad hoc compositum metaphysicum. Atque ita sicut totum metaphysicum imitatur totum physicum, sic partes metaphysicæ partes imitantur physicas.

VI. Rationale sumitur etiam à

Non ergo propterea dici potest Genus sumi à materia, & differentia à forma, quasi Genus solum includat illam partem physicam quæ est materia, tum quia sic substantia in communi, & immate-

rialia esse Genera non possent, cum materiam non includant. Deinde in rebus corporeis animal includit totale principium viventis sensibilis, ergo non materiam solum, materia enim sola non sentit. Rationale etiam seu differentia hominis similiter partim sumitur à materia, dicit namque ordinem ad operationes quæ dependentur eliciuntur à sensibus & per conjunctionem cum materia.

Infero sextò, quoad maiorem vel minorem perfectionem Genus & Differentiam se habere ut excedens & excessum in ratione prædicari vel prædicabilis nam in hoc superat Genus Differentiam, quod prædicatur in quid, & per modum per se stantis, quod dignitatem præfert; Differentia verò in quale quid tantum prædicatur, & per modum alteri adjacentis. Genus tamen est quasi subiectum, & ut quid actuabile & perfectibile, Differentia quasi forma actuans illud & perficiens, quod videtur perfectionem quandam maiorem impotere. Nili fortasse malit quis differentias actuare ac determinare instar modorum, imò communiter vocantur modi, quod si dicatur, simpliciter perfectius in ratione & modo prædicandi, erit Genus.

VII.

Genus & differentia habent se sicut excedens & excessum.

## DISPUTATIO XXXIV.

### De Specie, seu secundo Prædicabili.

I. Species duplex, simplex, & composita, & subalterna.

Species duplex est infima & subalterna. Subalterna dicitur quæ sub uno Genere contenta plures sub se species complectitur, ut animal, ac proinde est reipia Genus, omnia enim Genera præter supremum seu generalissimum sunt species subalternae. Species infima seu atomata vel specialissima est ultimus formalis conceptus rei quæ definitione explicatur. Unde differre specie est habere ultimos essentielles conceptus dissimiles. Hæc verò species dividi in plures species non potest, sicut subalterna, qua de causâ vocatur atomata. Genus verò generalissimum juxta Porphyrium hic, est id, quod Genus est & non species, ut substantia. Species specialissima est ea quæ species est & non Genus, ut homo: omnia autem Genera intermedia sunt subalterna, simul nimirum Genera & species.

II. Species prædicabilis, & subiectibilis.

Alio etiam modo dividitur species in Prædicabilem & Subiectibilem. Prædicabilis definitur hic à Porphyrio esse id quod prædicatur de pluribus differentibus numero in quid. Ex eo quod prædicatur de solo numero differentibus, prædicatur necessariò ut tota essentia, per quod & à Genere differt, quod ferè semper ut pars essentiae prædicatur, & à Differentia. Ab hac verò differt quod prædicatur in quid, illa autem in quale quid. Species Subiectibilis ab eodem definitur, quæ ponitur sub Genere, vel subiectioni Generi, intellige solum, alioqui conveniet individuo: quam tamen particulam non erat opus adicere, cum manifestum sit quidquid de specie prædicatur, prædicari etiam de individuo. Particulam ergo solum tanquam omnibus notam contulit in definitione omisit Porphyrius.

III. In generis & species definitionibus non committitur circulus.

Nec urget quod contra hanc definitionem opponit P. Arriaga d. 7. l. 2. num. 33. committi scilicet circulum, dum Generis definitio per speciem, speciei per Genus traditur. Dico enim sicut correlativa in essendo à se invicem pendent, ita hic mutus respectus rectè in eorum definitionibus explicatur, præsertim si aliunde termini in definitione positi aliqua habeatur notitia, ut hic supponit

Porphyrius habitam esse Generis, quod capite precedenti explicuit.

### SECTIO I.

#### De proprietatibus Speciei Subiectibilis.

Prima conclusio: Dantur in rebus species subiectibiles fundamentaliter tantum non formaliter. Probatur, à parte rei non est formaliter species, sicut species, sicut species, sicut species, ergo non est formaliter species subiectibilis.

Secunda conclusio: species subiectibilis per eandem abstractionem fit formaliter subiectibilis per quam fit formaliter prædicabilis, Probatur, nihil enim aliud ex parte sui requirit species ut sit simpliciter subiectibilis, prædicatio generica, comparatio enim ad hoc simpliciter non est necessaria, nec fit à se, quæ relatio, sed sufficit convenientia objectiva cognita inter prædicatum & subiectum, non tamen ut reflexivè consideretur esse Genus vel speciem.

Tertia conclusio: species subiectibilis, quæ subiectibilis formaliter, non est universalis vel prædicabilis. Probatur, universale & prædicabile formaliter est superius formaliter, & dicit ordinem ad sua inferiora, sed subiectibile formaliter est inferius formaliter, & dicit ordinem ad suum superius, ergo species quæ subiectibilis non est universalis. Confirmatur primò, ratio subiectibilitatis invenitur in individuo quod non solum est subiectibile in ordine ad speciem, sed etiam in ordine ad Genus, saltem individuum incompletum, & tamen individuum non est prædicabile, ergo ratio subiectibilitatis formaliter non est ratio prædicabilitatis. Et, sicut subiectum formaliter non est prædicatum, ita nec subiectibile formaliter prædicabile formaliter.

Dices, in primâ conclusione asseruisse nos, non dari à parte rei speciem subiectibilem formaliter defectu abstractionis, sed abstractio non requiritur nisi ut faciat universale, ergo species subiectibilis quæ

I.

Species subiectibilis, sicut species, sicut species, sicut species, ergo non est formaliter species subiectibilis.

II.

Species eodem modo fit subiectibilis, prædicatio enim ad hoc simpliciter non est necessaria, nec fit à se, quæ relatio, sed sufficit convenientia objectiva cognita inter prædicatum & subiectum, non tamen ut reflexivè consideretur esse Genus vel speciem.

III.

Species quæ subiectibilis non est universalis vel prædicabilis.

IV.

Species quæ subiectibilis non est universalis vel prædicabilis.



in  
specie consi-  
deranda,  
ratio speciei  
est subjec-  
tibilis.

subijcibilis est universale. Distinguo Majorem, alle-  
ruimus non esse speciem formaliter defectu ab-  
stractionis, concedo majorem; non esse subijcibi-  
lem defectu abstractionis, nego: duo enim sunt in  
specie subijcibilis, species & subijcibilitas, & ad illam  
requiritur abstractio, non ad hanc, cum hac repe-  
riatur etiam, ut dixi, in individuo. Sicut si quis dicat,  
ut materia prima sit subiectum accidentis, vel sit su-  
stentans accidentem, requiritur creatio, sensus est re-  
quiri creationem ut materia sit, non tamen est  
subiectum formaliter, nec sustentat per creationem,  
hoc enim implicat, sed per actionem educativam  
seu generationem.

Species alio  
modo est  
prædicabi-  
lis, alio  
subijcibilis.

Dices secundo; ratio abstracta ab omnibus sp-  
ciebus prædicabilibus est de ipsiis prædicabilibus in  
quantum prædicabiles sunt, sicut ratio abstracta ho-  
minis de homine in quantum homo est, ergo in quan-  
tum species prædicabiles sunt formaliter subijcibi-  
les. Concesso antecedente distinguo consequens,  
in quantum prædicabiles in actu exercito sunt sub-  
ijcibiles in actu exercito, id est, in quantum exercent  
rationem prædicabilitatis exercent rationem subij-  
cibilitatis, nego consequentiam; nam in quantum  
subijcibiles in actu exercito, seu in quantum exercent  
subijcibilitatem, respiciunt unum & superius, in  
quantum verò in actu exercito prædicabiles respici-  
unt inferiora & plura, sicut cum tres ordine suc-  
cessivo incedunt, secundus licet sit prior tertio, &  
posterior primo, non tamen in quantum prior illo  
est posterior hoc, ut in diebus cernitur, & orbibus  
cælestibus. Si verò consequens, solum vel in quan-  
tum species prædicabiles sunt in actu signato, seu in  
quantum significantur cum ratione formali prædi-  
cabilitatis, sunt subijcibiles in actu exercito, hoc  
est, ipsa ratio formalis prædicabilitatis in singulis  
subijcitur illi rationi abstractæ, concedendum est: ra-  
tio autem hæc prædicabilitatis in singulis concepta,  
seu in ordine ad suum superius non est in actu exer-  
cito prædicabilis, nec universalis, cum sit individuū,  
seu hæc numero species, nam ratio speciei prædi-  
cabilis abstracta est species, omnes proinde species  
particulares sunt sub hac ratione individua.

Species  
subijcibilis  
quæ sub-  
ijcibilis  
est indivi-  
duum.

## VI.

Urgebis, sunt quidem individua, sed individua  
universalia, nam sunt essentialiter species & prædi-  
cabilis de pluribus differentiis numero; nam si  
species non essent, non magis posset ratio speciei in  
communi ab illis abstrahi, quam ratio hominis a  
lapide, ergo sunt essentialiter prædicabiles in actu  
exercito. Distinguo ultimam consequens, sunt  
essentialiter prædicabiles in actu exercito præsup-  
positivè, concedo consequentiam; ut subijcitur illi  
rationi, nego: ut sic enim non exercent rationem  
superioris seu universalis, sed inferioris, sicut nec  
Petrus est formaliter homo, quia ratio hominis ab  
illo abstrahi potest, sed est homo præsuppositivè, &  
abstrahibilitas illa est quid consequens.

Species  
subijcibilis  
sunt uni-  
versalia  
præsupposi-  
tivè, non  
formaliter.

## VII.

Variis ex-  
emplis res  
hæc de specie  
subijcibili  
illustratur.

Declarari potest hæc tota solutio appositissime  
quibusdam exemplis, verbi gratia, cum dicitur bo-  
num ut bonum intelligitur vel percipitur ab intellectu,  
non est sensus, in actu exercito exercere rationem  
boni respectu intellectus, hanc enim rationem so-  
lam exercet respectu voluntatis, respectu autem  
intellectus in actu exercito est verum seu exercet  
rationem veri & intelligibilis, cum ratio formalis  
sub quare omnes respiciunt intellectum, sit ratio  
veri. Percipi tamen potest, in quantum bonum est  
formaliter in actu signato, id est, ipsa ratio ultima  
boni intelligitur, seu enim & percipit intellectus  
ultimam etiam rationem quæ bonum differt a  
malo. Sic si ratio superioris ab omnibus abstraha-  
tur, quæ in situ locali sunt aliis superiores, ut a la-  
pidibus, sphaeris cælestibus & huiusmodi, res illæ in

actu exercito non habent rationem superioris re-  
spectu illius rationis abstractæ, imò illi sunt infe-  
riores, non enim exercent superioritatem respectu  
illius, sed inferioritatem, & tamen abstrahitur ab  
ijs omnibus hoc sensu in quantum superiores sunt,  
non illi rationi, sed suis inferioribus.

## SECTIO II.

## Natura speciei prædicabilis.

**D**efinitio speciei prædicabilis supra assignata  
est quod a se prædicabile de pluribus tantum non  
mero differentiis in quid, ac proinde est ultimus  
conceptus quidditativus rei, individuatio enim jux-  
ta Dialecticos est extra essentialem rei conceptum.

Hinc constat primo, Deum non esse speciem re-  
spectu Patris & Filij & Spiritus Sancti, quamvis de  
ijs prædicetur in quid, nam in ratione Dei non dif-  
ferunt numero, sicut Petrus & Paulus in ratione  
hominis, sed sunt idem numero Deus, Rationem  
verò Personæ Divinæ respectu trium Divinarum  
Personarum aliqui putant esse specificam.

Mihi tamen probabilius videtur esse Genericam, III.  
licet enim tres Personæ Divinæ non sint species  
differtunt tamen notabiliter, & consequenter spe-  
cie, definitio autem Generis est, non quod prædi-  
cetur de pluribus speciebus, sed de pluribus differentiis  
specie. Quod si quis ad prædicationem Genericam  
requirat sub genere plures species, quæstionem fe-  
cerit de nomine. Quid autem sit aliqua convenire, vel  
differre specie dicitur in lib. de anima, disp. quarta.

Quæres primo, utrum tota perfectio generis re-  
periatur in una specie, & tota speciei perfectio in u-  
no individuo. Respondeo, extensivè certum est  
non reperiri: Intensivè tamen & intentionaliter  
dici potest tota speciei perfectio in unico indivi-  
duo reperiri, qui enim unum individuum huma-  
num, verbi gratia, perfectè novit, tam prædicata  
essentialia hominis novit, quam si novit centum.

Quæres secundo, utrum quando rationale ut sic  
prædicatur de hoc & illo rationali, sit prædicatio  
speciei: Respondeo affirmativè, licet enim respectu  
speciei sit differentia, & prædicetur in quale quid, de  
suis tamen inferioribus prædicatur specificè, & in  
quid, ac veluti tota eorum essentia.

Quæres tertio, In hac propositione Petrus est ani-  
mal rationale, quamnam sit prædicatio. Respondeo, Petrus est  
si animal & rationale sigillatim ac disparatè prædi-  
centur, & non ut in unam coalescunt definitio-  
nem, duplicem esse prædicationem duorum præ-  
dicabilium, generis alteram, alteram Differentiæ.  
Si verò ut unita prædicentur, & ut unam constane  
definitionem, est unita prædicatio specifica, ac  
perinde se habet hæc prædicatio ac si quis dice-  
ret, Petrus est homo.

## SECTIO III.

An ad speciem prædicabilem requirantur plu-  
ra individua possibilia.

**D**icendum, speciem prædicabilem requirere es-  
sentialiter plura individua possibilia; unde si  
in ratione Michaelis multiplicari nequeant plura prædicabilia  
individua ejusdem rationis, Michaelis natura non  
erit species, sed individuū essentialiter, sicut Petrus.  
Probatur a priori, species est prædicabile de pluribus  
numero differentiis, ergo ubi implicat plura de  
quibus prædicetur implicabit & specie esse respectu  
illorum prædicabilem. Unde ad omne universale  
formaliter requiritur universale fundamentaliter,  
seu



seu plura individua in illa ratione similia, ut supra probatum est.

II. Dices, sufficit fingi posse plura similia. Contrà, natura Michaëlis non est de iis prædicabilis nisi falsò, & hoc modo quodlibet est prædicabile de quolibet, & eadem ratione dicere possent Deum esse speciem respectu Dei veri & falsorum Deorum, seu fictorum: quod licet aliqui eorum non ducant sibi religioni concedere, videtur tamen per se falsum, nam ipso facto quod concipiat quis rationem Dei communicabilem aliis non format conceptum Dei, cum Deus ex conceptu suo intrinseco sit unus & essentialiter negans consortium aliorum, eo ipso autem quod concipiat ut alium secum Deum admittens, non concipitur Deus sed Chimæra.

III. Secundo, ponamus naturam Gabriëlis esse intellectivum ut quatuor, quando concipimus naturam illam, vel concipimus intellectivum ut quatuor, vel non, sed solum intellectivum: si primum, ergo concipimus singularitatem ejus nempe ut quatuor, ac proinde aliquid essentialiter incommunicabile, sique tam Petrus esse potest Species quam Gabriël; si verò illud non concipimus, non cognoscimus naturam Gabriëlis, sed solum intellectivum, seu rationem aliquam in qua congruit cum aliis Angelis, atque adeo non est mirum si sub hac ratione sit communicabilis.

IV. Quod verò dicunt aliqui Deum differre plus quam numero à creaturis, ergo Specie. Negatur consequentia, sed etiam plus quam Genere, & hæc distinctio est alia, & alterius Generis, seu anomala,

quæcumque demum ea fuerit.

Objicies primò; natura Michaëlis casu quo alia numero diversa non foret possibilis, posset abstrahi à singularitate, ergo esset universalis. Respondeo, quicquid sit de antecedente, negando consequentiam, de essentia enim universalis est, ut sit commune pluribus, seu ipsis communicabilis, ut ipsum nomen sonat, quod tamen hic non reperitur. Dices, verò. Natura sic præcisa non est singularis cum à singularitate abstrahatur, ergo est universalis. Distinguo consequens, est universalis negativè, id est, non exprimitur illius singularitas, concedo consequentiam; positivè, seu est apta communicari pluribus, nego.

Objicies secundò, natura illa Michaëlis sic abstracta potest per intellectum applicari Gabriëli, cum in intellectu sit indifferens ut cuius applicetur. Contrà, ergo & posset applicari Petro. Distinguo itaque antecedens, potest per intellectum falsò applicari Gabriëli, concedo antecedens; verè, nego. Sicut natura leonis abstracta applicari verè non potest equo, potest falsò. Nisi quis velit naturam illam Michaëlis abstractam esse Genericam, & tunc concedam prædicari Genericè posse de Gabriële, ut sec. præcedenti, n. 3. dixi de ratione Personæ Divinæ respectu trium Personarum Divinarum.

Objicies tertio; hæc prædicatio hic Angelus est Michaël, in eo casu non foret identica, ergo specifica. Nego consequentiam, ut enim propositio non sit identica, sufficit rem diverso modo ex parte prædicati explicari, quam concipiebatur ex parte subiecti.

## DISPUTATIO XXXV.

### De Individuo.

#### SECTIO PRIMA.

Definitio Individui: ubi an abstrahi possit ratio communis Individui.

I. Individuum hic idem est ac indivisum, seu entitas aliqua singularis à parte rei, quæ in rationes inferiores dividi seu distrahi non potest, ut Petrus, Bucephalus, & hujusmodi: animal enim, & Genera omnia divisibilia sunt in suas species, hæc in individua, individua verò in rationes sibi subjectas (utpote quæ nullæ sunt) dividi ulterius non possunt, eaque de causâ dicuntur individua.

II. Definitio Individui tradita à Porphyrio est hæc: Individuum est cujus collectio proprietatum eadem in nullo alio est; & bene additur collectio, nam licet unam vel alteram unius Individui proprietatem in alio reperiri nil veteri, omnes tamen, seu totam proprietatem collectionem in eo reperiri implicat. Proprietates verò hæc communiter numerantur septem, ad quas memoria melius retinendas, sic canunt Musæ Dialecticæ:

Forma, Figura, Locus, Stirps, Nomen, Patria, Tempus.

Forma qualitatum temperamentum, seu complexionem denotat. Figura aptam membrorum conjunctionem. Stirps parentes. Cætera explicatione non indigent.

III. Hæc definitio non est essentialis seu quidditativa, sed descriptiva tantum & accidentalis, quippe quæ per proprietates datur & accidentia, cum enim ipsam rei essentialiam non explicet, essentialis esse non potest, sicut nec essentialis foret definitio solis si quis diceret, sol est corpus lucidum, noctem dividens à die, &

annum in variis temporum vicissitudines distribuens. Essentialis autem esset definitio Individui si quis diceret. Individuum est entitas differentiam habens intrinsecam numericam, nulli alteri communicabilem.

Dices primò; Individuum videtur omnino definiri essentialiter non posse, quicquid enim definitur, Genere constare debet & Differentiâ, Individua autem quæ talia Genus habere nequeunt, sunt namque primò diversa, & formalissima ratio differendi, quæ verò hujusmodi sunt, rationem ullam univocam habere nequeunt in quâ convenient. Respondeo posse ab Individuis omnibus unam rationem abstrahi, sed analogam, quæ tamen sufficiens est ut definiatur Individuum, decem enim prædicamenta non habent propriè Genus, & tamen definiuntur.

Ad probationem dico, necessarium non esse ut primò diversa in nullo convenient, sed ut in nullo convenient univocè, seu in quo etiam non differant, quod est se totis differre.

Quod ergo hujusmodi ratio una & superior abstrahi ab Individuis possit constat, nam Petrus & Paulus omniaque in hoc Individua conveniunt, quod unumquodque à parte rei sit unum numero & Individuum, naturam unam habens incommunicabiliter. Hæc ergo ratio considerari poterit absque eo quod considerentur particulares modi quibus taliter vel taliter illam habent incommunicabiliter, ergo & una ab iis poterit ratio abstrahi. Quod verò hæc ratio sit tantum analogâ patet; nam ratio Individui ut sic, est ratio indivisi ut sic, seu unius quæ ultimas etiam Differentias & singularitates transcendit, sicut ens, & consequenter instar entis erit conceptus analogus.

Dices

V. Natura incommunicabilis abstracta non esset universalis, nisi negati-

VI. Natura incommunicabilis non posset verè prædicari de alio.

VII. Implicante alia Michaële quæ sit hæc prædicatio. Hic Angelus est Michaël.

IV. Ratio communis Individui est analogâ.

V.

VI. Omnia tria sunt unum à parte rei, ergo hæc ratio abstrahi ab iis poterit.



VII.  
Ex ratione  
communis  
Individui  
non sequi-  
tur proces-  
sus in infi-  
nitum.

Dices secundò; hinc sequi processum in infinitum, cum id à quo ratio Individui abstrahitur, sit adhuc Individuum. Nego antecedens, nam eadem ratio Individui quæ ab illis individuationibus abstrahitur, adhuc in illis remanet, licet enim hæc ratio sine illis considerari possit, non tamen illæ sine hac, sicque est præcisio non mutua. Dum ergo ab illis individuationibus iterum & sæpius abstrahitur ratio Individui, eadem semper abstrahitur, non alia, sicut de ratione entis inclusi in differentiis dicemus postea latius d. 40. l. 5. & sexta.

VIII.  
Quomodo  
ratio indi-  
visibilitatis  
sit indivisi-  
bilis, & com-  
municabilis.

Dices tertio; illa ratio abstracta ab omnibus Individuis esset communicabilis & in illa divisibilis, ergo non esset ratio Individui, hæc enim est ratio indivisibilitatis & essentialiter indivisibilis. Contrà, quidni ratio indivisibilitatis abstracta æquè communicari pluribus poterit quæ in hac ratione conveniunt, sicque sit illis divisibilis, atque ratio inferioris abstracta ab omnibus rebus quæ aliis inferiores sunt, esse illis potest superior? Respondeo ergo rationem illam esse individuum in actu signato, id est, ex parte objecti representatur ratio Individui, at in actu exercito communicabilis est suis inferioribus, quia respectu eorum est communis. Eodem ferè modo quo terminus æquivocus est in actu signato æquivocus, id est, significat terminos æquivocos, at in actu exercito est univocus, quia termini omnes æquivoci in hoc planè similes sunt, quod sint æquivoci.

IX.  
Quod in-  
dividuum  
non possit  
individeri  
non obstat  
quo minus  
abstrahatur  
ratio indi-  
vidui.

Dices quarto; Hæcitas non potest, per aliam hæcitatē determinari, nec Individuum individuari, ergo abstrahi nequit ratio communis Individui. Contrà, nec ubicatio potest ubicari, quo tamen non obstante, abstrahi secundum omnes potest una ratio ubicationis. Sicut ergo conceptus ubicationis ut sic est tantum esse in loco, & ad hunc locum per ultimam differentiam, quæ hoc peculiariter spatium respicit, determinatur, sic Individuum ut sic, est conceptus essentialis Individui, ad hoc verò Individuum per hanc Individuationis rationem contrahitur. Et eodem modo respondetur ad id quod obijciunt aliqui, nempe ultimam differentiam non posse ulterius limitari, sic enim non esset ultima, de quo plura in objectione sequenti.

X.  
An ratio  
differendi  
possit esse  
ratio conve-  
nienti.

Dices quinto, ratio differendi esse nequit ratio conveniendi, ergo nec ab Individuis una ratio abstrahi in qua conveniant. Distinguo antecedens, ratio differendi non potest esse ratio conveniendi secundum totum quod dicit, seu adæquatè, concedo antecedens, inadæquatè seu secundum rationem abstractam, nego. Et hoc etiam modo differentia ulterius potest limitari.

XI.  
Ad quod  
Prædicabile  
spectat ratio  
Individui.

Dices sexto, sequeretur hominem non immediatè prædicari de Petro, medieret namque Individuum humanum. Nego sequelam, æquè enim latè patent homo & individuum humanum, nec sibi invicem subordinantur, sed habent se disparatè. Nec ratio hæc communis Individui est Species aut Genus, cum sit analoga, & ultimas transcendens differentias, ut dictum est. Nullius ergo determinatè Prædicabilis est Individuum, sed ad Genus partim, partim ad Speciem, vel Proprium reduci potest, cum sit proprietatis, seu passio Entis.

## SECTIO II.

### De Individuo secundo intentionaliter sumpto, & vago.

I. Porphyrius de hoc Individuo duo asserit, primo, Individuum est de quo species affirmatur, & Indi-

viduum est quod de uno prædicatur. Unde secundum ipsum duo competunt Individuo, esse subijcibile speciei, & prædicabile de se, quorum utrumque licet competant Individuo primò intentionaliter sumpto radicaliter, ut tamen formaliter tale sit requirit actum intellectus, seu secundam intentionem, quæ de causâ Individuum vocatur secundæ intentionis.

Ut autem hoc secundum illi competat, sitque prædicabile de se, debet aliqua ratione, saltem quoad modum concipiendi, distinguere à se, cum ad prædicationem omnem affirmativam veram requiratur & identitas inter prædicatum & subiectum, & aliqua saltem inter ea distinctio, ad minimum quoad modum concipiendi, alioqui erit prædicatio identica non formalis, ut *Petrus est Petrus, homo est homo*. Et hoc sensu dixit Aristoteles primas substantias, id est, Individua de nullo prædicari, nempe prædicatione formali. Si tamen sit aliqua diversitas in modo concipiendi, poterit esse prædicatio formalis, ut *Petrus est hoc animal, Petrus est hoc rationale, Petrus non est quid distinctum à se*, & similia.

Individuum vagum est illud, quod his vocibus significatur, *aliquis homo, quoddam animal*, & similibus, opponiturque individuo determinato, quod termino ostensivo, vel demonstrativo ostendi solet, ut *hic homo, hic equus*, vel est per se terminus singularis, ut *Petrus, Bucephalus*.

Hoc porro Individuum vagum à parte rei existere non potest, cum quidquid existit vel actionem aliquam exercet, certum ac determinatum sit oporteat. Ideo ergo vagum dicitur, quod intellectus vago quodam & indeterminato illud modo concipiat, seu actu unum Individuum (licet Individuum esse sciat) non distinguente, seu secernente ab alio, per quod differt ab actu certo & determinato ex parte objecti, seu quod fertur in objectum certum, ut cum dicimus, *hic est Petrus, hic homo, hoc animal*. Quod autem determinatum objectum quoad rem indeterminato possit modo concipi, videtur manifestum: nam dum hominem videt quis à longe currentem, quid vetat dicere, determinatus aliquis illic homo currit? illum tamen determinatum indeterminato modo concipit, quia, quis in particulari sit, eum latet. Novit itaque esse determinatum qui currit vel clamat, cum alioqui nec currere nec clamare posset, sed non novit determinatè, ac proinde indeterminato ex parte intellectus se tenet, non objecti.

Dicendum ergo hanc rationem seu Individuum vagum non esse rationem communem, quia in conceptu objectivo essentialiter involvitur particularitas, licet confusè & indeterminatè cognita. Unde *homo & aliquis homo* sic nudè sumpta non idem sonant (quidquid dicant auctores negantes præcisiones) licet in propositione aliqua idem sonare possint, ut *homo currit* idem est ac *aliquis homo currit*, quia propositio indefinita in materiâ contingenti, ut loquuntur Dialectici, æquivalere particulari. Determinatur itaque hic terminus homo ad Individuum vagum per prædicatum, cursus enim non exercetur nisi à particulari homine, nec tamen est Individuum determinatè cognitum, sed indeterminatè & vagè.

Abstrahi ergo nequit ratio communis Individui vagi. Præter dicta ratio est, quia quod non est fundamentaliter tale, non potest esse tale formaliter, sed hi nequeat datur à parte rei hoc & illud Individuum vagum, una ratio quidquid enim à parte rei existit, determinatè existit, non vagè, ergo dari nequit una ratio Individui vagi ab omnibus præcisâ: sicut si à parte rei non posset esse hic & ille homo vel animal, ratio hominis ut sic, vel animalis ab iis abstrahi non posset.

Dices;



VII.

Vagū ali-  
quādo requi-  
ritur indi-  
viduum, non  
vagum.

Dices, ad aliquid subinde requiritur Individuum vagum, ut aliquis equus ad equitandum, ergo huiusmodi individuum non implicat. Respondet, distinguendo antecedens, requiritur Individuum vagum ad aliquid exercendum in Individuo vago, nego antecedens; ad aliquid exercendum in determinato, concedo: cum enim effectus sit determinatus,

ut determinata equitatio, a determinata causa proveniat necesse est. Sensus ergo illius propositionis est, ad hunc effectum non magis unum requiri Individuum quam aliud, cum quodlibet sufficiat, sicque congruentius diceretur requiri vagū Individuum, quam vagum.

# DISPUTATIO XXXVI.

## De Differentia.

### SECTIO PRIMA.

#### Quid & quotuplex sit Differentia.

I.

Porphyrius  
definit Differentiam.

Porphyrius Differentiam sic definit. *Est prædicabile de pluribus differentiis in specie in quale quid, quæ definitio, ut constat, Differentiæ tantum subalternæ competit, non infimæ.*

II.

Definitio  
differentiæ  
prædicabilis  
in communi.

Differentia ergo prædicabilis in communi hoc modo definitur potest, *Est prædicabile de pluribus in quale quid: prædicabile de pluribus ponitur loco Generis, in quale quid, loco differentiæ.* Genus enim solum & species prædicantur in quid, Proprium & Accidens in quale. Dicitur ergo Differentia prædicari in quale quid, hoc est, in quid, quoad rem prædicatam, quæ nimirum est pars essentiae, in quale, quoad modum prædicandi, nempe per modum quasi alteri adjacentis, & Genus limitantis. Magnam hac in re affinitatem habet Differentia cum forma physica, quæ licet pars substantiæ compositæ sit, est tamen in materia per modum quasi adjacentis, cum ei insit tamquam subiecto, quam etiam limitat, datque aliquam ei denominationem: qua de causa Differentia vocari solet forma, Genus materia, utpote ad varias Differentias indifferens, sicut materia ad formas.

III.

Tripliciter  
sumitur differenti-  
a.

Differentia tripliciter sumitur, primò, ut communis, in quo coïncidit cum accidente communi, quod semper aliquam facit diversitatem. Sic homo senex diversus est à se juvene. Secundo, ut propria, & coïncidit cum accidente proprio. Tertio, propriissime, & constituit hoc Prædicabile. Differentia itaque propriissime sumptæ tria sunt munera, est *divisiva Generis*, ut rationale & irrationale dividunt animal: *constitutiva speciei*, ut rationale cum animali constituit hominem: tandem *prædicabilis est de Individuis* Petro, Paulo, & ceteris: licet hæc tria munera seu respectus in re non distinguantur.

IV.

Differentia  
limitans, &  
extrahens.

Differentia tum infima, tum subalterna dividitur in *limitantem*, quæ determinat Genus intra eundem gradum Entis, sicut differentiæ Angelorum limitant intellectivum in genere intellectivi, Gabriel v.g. intellectivus dicitur ut sex: & in *extrahentem*, quæ non determinat Genus intra eundem gradum animalis seu sentiendi, sed illud extrahit ad aliū, nempe rationalitatis, & ad aliam seriem operationum.

### SECTIO II.

#### In ordine ad quem terminum constituatur Differentia.

I.

Differentia  
respectu ge-  
neris non est  
universalis.

Dico I. respectu Generis quod dividit, non habet rationem universalis; nec de eo prædicatur essentialiter, sed accidentaliter. Prima pars probatur, ratio universalis formaliter est ratio su-

perioris, sed respectu Generis quod dividit, Differentia non est superior, nam Genus latius patet quam Differentia, ut animal quam rationale vel irrationale, ergo Differentia respectu animalis non est universalis. Hic verò ad tollendam equivocationem, notandum, aliud esse ordinem quem ad Genus dicit Differentia, esse universalem, aliud, esse universalem respectu Generis: primum enim admittimus in Differentia, cum ordo ille sit ipsa Differentia: secundum negamus, quia respectu Generis Differentia non est quid superius, ut diximus, sed minus latè patens quam illud, ergo.

Secunda pars conclusionis probatur, quia hæc propositio, *animal est rationale*, est in materia contingenti, ut in Introductione ostensum est, animali enim secundum se considerato, accidentale est esse rationale vel irrationale, prædicatio autem huius Prædicabilis est essentialis, prædicatur enim ut pars essentiae. Nec obstat quo minus sit prædicatum accidentale, quod sit quid substantiale, duplex enim est accidens, alterum *Prædicamentale*, seu secundum entitatem, alterum *prædicabile*, quod scilicet accidentaliter convenit subiecto, licet secundum entitatem sit substantia: & aliis nominibus vocatur accidens *physicum* & *metaphysicum*. Nec tamen ex eo quod prædicetur accidentaliter, sequitur facere unum per accidens, sicut nec anima rationalis facit unum per accidens cum materia, licet accidentaliter hoc sensu, id est, non necessario illi uniatur. Solum ergo accidens *prædicamentale* & *physicum*, facit unum per accidens cum substantia, non autem accidens *prædicabile*.

Dico secundò; nec etiam respectu speciei quam constituit est universale. Ratio à priori, conceptus universalis formaliter, est conceptus superioris formaliter, sed respectu speciei non est superior, sed tantum æquale, ergo respectu speciei non est universale.

Dices, prædicatur de specie non ut singulare, ergo ut universale. Distinguo consequens, ergo ut universale materialiter, concedo consequentiam; formaliter, nego: non ergo nego esse universale, sed solum non esse universale respectu speciei formaliter, licet arguitur sit universale, deductione enim quædam arguere possumus esse universale, sicut eo ipso quod aliquid in magnitudine æquale dicatur leoni, dicitur etiam implicite & consequenter esse majus lepore, non tamen hanc majoritatem formaliter respectu leonis habet, sed leporis.

Instabis, lignum aliquod ut æquale palmo est palmus; ergo differentia ut æqualis universali est universalis, sed ut æqualis speciei, est æqualis universali, ergo ut æqualis speciei, est universalis. Distinguo consequens, est universale respectu illius, nego consequentiam; respectu inferiorum, concedo: quia respectu illorum est superius, & consequenter universale. Conceptus autem palmi non est conceptus superioris, in quo est clara disparitas.

Con-

IV

Diffinitio  
differentiæ  
prædicabilis  
in communi.

II.

Differentia  
prædicatur  
de genere ac-  
cidentaliter.

Duplex acci-  
dens, prædi-  
camentale  
& prædi-  
cabile, seu phy-  
sicum & me-  
taphysicum.

III.

Necne re-  
spectu speciei  
differentia  
est formaliter  
universalis.

IV.

Differentia  
tamen res-  
pectu speciei  
est arguitur  
universalis.

V.

Differentia  
specifica  
universalis  
sed non res-  
pectu speciei.



**VI.** Constituitur ergo hoc Prædicabile per ordinem Differentia ad inferiora, de quibus Differentia est prædicabilis universalis in quale quid, tanquam aliquid ipsi superius, quod vel solum, vel præcipue in universalis constitutione est spectandum.

## SECTIO III.

*Utrum Genus & Differentia subalterna sit de conceptu formali Differentia ultima.*

**I.**  
Status qua-  
stionis.

**Q**uestio est, utrum, sicut Genus inferius includit temp. & superius, animal v.g. corpus & alia corpori superiora, ita idem præstet Differentia inferior, respectu tum Generum, tum Differentiarum sibi superiorum: utrum scilicet *rugibile*, vel *hominabile* contineat in se formaliter *sensibile*, *vivens*, & alia prædicata superiora. Ubi non est sermo de continencia reali seu à parte rei, nam à parte rei omnia sunt idem, estque realiter omnium inclusio.

**II.**  
Differentia  
infima non  
includit Ge-  
nus & Differ-  
entiam sub-  
alternam.

Conclusio: Differentia ultima non includit Genus & Differentiam subalternam. Ita Fons. 5. Met. c. 28. q. 18. Rub. hic q. 5. Hurt. d. 6. Log. 1. 3. Arriag. d. 8. log. 1. 1. sub. 1. estque communis sententia. Probatur 1. ex Arist. qui, 3. Met. text. 10. ob id solum excludit ens à ratione Generis, quia est de essentia Differentiarum inferiorum. Secundò ratione, nam est in confessio apud omnes, ex Genere & Differentia fieri compositionem metaphysicam, sed non posset fieri huiusmodi compositio si Genus includeretur in Differentia, nam ut sit compositio, una pars esse debet extra aliam, & eo modo extra quo est compositio, si compositio realis, realiter extra seu distincta, si compositio rationis, debet esse extra mentaliter, compositio enim est *duarum partium simul positio*, duæ autem non sunt, ubi una includitur formaliter in alia, seu est alia formaliter. Unde si materia realiter includeretur in forma, seu esset illa, non posset dari secundum omnes physica inter illa compositio, sicut nec datur inter Ens, & ejus Differentias, quia in illis includitur.

Compositio  
est duarum  
partium simul  
positio.

**III.**  
si *rugibile*  
includat ani-  
mal, idem est  
compositum,  
& compositum.

Confirmatur, idem omnino esset componens hic & compositum formaliter, nempe species, nam species, leo v.g. aliud nihil est quam animal *rugibile*, sed *rugibile* secundum hanc sententiam includit formaliter in se animal, ergo *rugibile* formaliter est animal *rugibile*, ergo leo, & tota species, ac proinde species non constituit diversum Prædicabile à Differentia, cum idem formalissimè sit conceptus utriusque.

**IV.**  
Vitiata esset  
Leonis Defini-  
tio, si *ru-  
gibile*, inclu-  
deret *sensi-  
bile*.

Tertiò probatur, si *rugibile* includat formaliter *sensibile*, vitiosa erit hæc definitio leonis, *leo est animal rugibile*, idem enim prædicatum bis in eadem definitione statui non debet, quod tamen hic contingeret, cum *sensibile* & in animali includatur & *rugibile*, sicut vitiosa esset hæc hominis definitio, *homo est animal sensibile rationale*, vel *animal rationale intellectuum*.

**V.**

Confirmatur, Aristoteles 7. Met. & cum eo Diactici communiter admittunt hanc definitionem hominis ut bonam & non nugatoriam: *Homo est substantia corporea, animata, sensibilis, rationalis*, cum tamen, si hæc se invicem includerent, non minus esset nugatoria quam ista, *homo est substantia, corpus, vivens, animal rationale*, hæc enim ideo solum censetur nugatoria, quia rationes superiores includuntur in inferioribus.

**VI.**  
Licet diffi-  
rentia ulti-  
ma non in-  
cludat sub-  
alternam, non  
sunt tamen  
suprema.

Obijcies 1. si Differentia infima non includat subalternas, erunt suprema, non infima. Distinguo antecedens, erunt suprema negativè, concedo antecedens positivè, nego: erunt enim solum hoc sensu suprema, quod nullam habeant sibi directè superiorem,

non positivè, ita nimirum ut sub se alia omnia prædicata contineant, ut faciunt Genera generalissima.

Obijcies 2. hæc est bona consequentia in DARRAPTI, omnis homo essentialiter est animal, omnis homo est essentialiter rationalis, ergo rationale essentialiter est animal. Respondeo, non consequentiam esse bonam, & sensum esse, ergo aliquid rationale essentialiter est animal, aliquid autem rationale capitur pro homine, qui essentialiter est rationalis. Vel secundò, dici posset nullam esse consequentiam, nec syllogismum in ullo esse modo aut figura, nam propositio indefinita in materia necessaria est universalis, sicque syllogismus ille tribus constabit propositionibus universalibus affirmativis, qualis nullus est in tertia figura. Si autem dicat quis esse in materia contingenti, contradicit sibi, cum ille terminus: *essentialiter* arguat materiam necessariam, seu connexionem essentialem prædicati cum subiecto.

**VII.**  
Nec sequitur  
rationale esse  
essentialiter  
animal.

Tertiò dici posset, non tenere consequentiam in reduplicativis, quarum extrema non necessario semper tantam habent connexionem inter se, quantum cum medio, ut constet in hoc syllogismo expositorio, *Christus essentialiter est Deus, Christus essentialiter est homo, ergo Deus essentialiter est homo*, vel è contrà, nulla consequentia.

**VIII.**  
In reduplica-  
tivis non  
tenet conse-  
quentia.

## SECTIO IV.

*Præcipua difficultas circa inclusionem Differentia subalterna in infima.*

Obijcit 3. & præcipue, *rugibile* est Differentia ultima leonis, & tamen *rugibile* includit formaliter *sensibile*, ergo Differentia ultima includit subalternam: minor probatur, *rugibile* formaliter est principium actionis leoninæ, sed actio leonina formaliter ut leonina est sensatio, ergo *rugibile* ut *rugibile*, est principium sensationis, ergo includit in se formaliter *sensibile*.

**I.**  
Obij, *rugibile*  
includit  
formaliter  
*sensibile*.

Respondeo 1. certum esse *rugibile* includere *sensibile*, & omnem Differentiam ultimam includere subalternam & Genera in obliquo, id est, non posse concipi Differentias determinantes Genera quin cognoscantur ipsa Genera, quia essentialiter illa respiciunt, non tanquam partes, illas constituentes, sed tanquam quid extrinsecè connotatum. Sicut concipi nequit forma determinans materiam quin intelligatur materia in obliquo, non tanquam pars constituens formam, sed tanquam quid ab illa connotatum.

**II.**  
Resp. diffi-  
rentias ter-  
minas conno-  
tare subal-  
ternas, &  
Genera in  
obliquo.

Respondeo 2. negando minorem, ad probationem distinguo majorem, *rugibile* est principium actionis leoninæ secundum totam & adæquatam ejus rationem, nego majorem; secundum partialem & ultimam contractionem, seu differentiam per quam constituitur in esse talis, concedo. Cum enim leo per aliud principium ratione nostra, nempe sensitivum in ordine ad rationem communem sensationis constituitur, frustra per aliud principium constitueretur in ordine ad eandem.

**III.**  
Resp. 2. *ru-  
gibile* solum  
est  
principium  
ultimæ diffi-  
rentiæ actio-  
nis leoninæ.

Dices, *rugitus*, seu actio rugiendi est sensatio, ergo ad sui productionem requirit principium sentiendi, sed principium ipsius est *rugibile* formaliter, ergo *rugibile* includit formaliter principium sentiendi, seu *sensibile*. Respondeo, Transeat antecedens, includit principium dat *rugitus* sensationem, sicut species includit Genus, non tamen includit solam sensationem, sed in super Differentiam ultimam eam contrahentem, ac determinantem ad hanc speciem sensationis. Sicut enim hæc actio rugiendi habet in se diversas formalitates, unam communem sensationis, aliam particularem,

**IV.**  
Dices, *ru-  
gitus* est *ma-  
tio*, ergo *ru-  
gibile* est  
*sensatio*.



*Responsum* sicut rugitus in se includit varias formalitates, ita & varia habet principia formalia. cularum, seu rugitus, ita duplex habet principium commune aliud, nempe *sensibile*, & particulare nempe *rugibile*, quibus suae respondent formalitates. Ne-  
go, itaque *rugitus* secundum ultimam Differentiam includere sensationem, ac proinde nec *rugibile* includit *sensibile*, *rugibile* siquidem non respicit *rugitus* ut *sensatio* est, sed solum secundum ultimam Differentiam. Sicut species impressa albedinis est causa visionis in quantum est representatio talis objecti, non in quantum est vitalis.

V. Actio ergo rugiendi secundum ultimam Differentiam nec est vitalis proprie, nec *sensatio*, sed solum modificatio quaedam sensationis & vitalitatis, ac proinde nec *rugibile* formaliter, erit proprie vel principium *sensibile* vel *vitalis*, sed modificatio quaedam *sensibilis*. Hoc modo existimo huic difficultati, quam nonnullis video facessere negotium, abunde satisfieri. Imò, quidquid dicat P. Arriaga citatus, multò clariùs arbitror eos qui præcisiones admittunt objectivas ab eâ se expedire quàm contrarios.

VI. Aliqui nihilominus concedunt Differentiam *rugibilis* & cæteras Differentias ultimas esse formaliter vitales, & dicunt nec *substantiam* ut sic nec *corpus* nec *vivens* esse proprie Genera, sed prædicata transcendencia; quod insinuat P. Hurt. hic §. 3. fine.

VII. Sed distinguendum arbitror, *substantia* enim *corpus*, & *vivens* dupliciter sumi possunt, *prædicamentali-ter* & complete, quâ ratione directè ponuntur in prædicamento, quod aliud nihil est quàm series prædicatorum, suntque Genera: & *transcendentaliter*, quâ ratione non ponuntur in lineâ rectâ prædicamentali, sed ad latus, & omnia transcendunt, nihilque in tali prædicamento directè est vel indirectè quod prædicata illa non participet, nec faciunt compositionem metaphysicam, magis quàm *ens*.

VIII. *Substantia* ergo *prædicamentali-ter* sumpta capitur pro completa, quæ ut affirmant aliqui, est radix *sub-stantiæ*: *transcendentaliter* autem idem est ac non acci-dens, seu quidquid ad substantiam pertinet, sive ut modus, pars, vel Differentia, speciem substantialem constituens. *Corpus* *prædicamentali-ter* sumptum dici solet substantia completa, composita ex materiâ & formâ, & radix quantitatis: *transcendentaliter* autem quidquid ad corpus quovis modo pertinet, unde dicitur Philosophus naturalis agere de corpore *substantiali*, dum agit de materiâ primâ. Accidentia verò dicuntur non *corpus* (scilicet prædicamentali-ter sumptum) sed *corporea*, id est, ad corpus spectantia tanquam apta illud informare, ornare, & perficere. *Vivens* *prædicamentali-ter* est principium augmentationis & nutritionis, seu idem quod vegetans: *transcendentaliter* autem pro quocunque modo operandi vitaliter ab intrinseco. *Animal* etiam *prædicamentali-ter* sumptum principium significat sentiendi: *tran-*

scendentaliter verò quidquid ad ejusmodi principium pertinet. Hac etiam viâ facile solvitur argumentum suprà positum, sed prior solutio est clarior.

## SECTIO V.

*Reliqua ad Differentia notitiam spectantia.*

Primum est, utrum Differentia infima specie differat à subalternâ. Qua in re existimo probabilius non differre specie. Ita Albert. c. de Differentia, Cajet. ibid. dub. primo. P. Hurt. d. 7. log. f. 4. §. 19. & alij. Ratio à priori, quia Prædicabilia quæ talia distinguuntur penes diversos modos prædicandi, sed eodem modo Differentia infima prædicatur quo subalternâ, nempe ut pars essentiae, & in quale quid incompletè, ergo. Quod verò Differentia infima addat ultimum complementum rei, non arguit esse illam in se conceptum completum, sed solum esse ultimum incompletum. Quo sensu capiendus est Aristoteles 7. Met. tex. 43. dum insinuat Differentiam esse totam rei essentiam: solum enim vult esse totam essentiam completivè, posito Genere, licet Differentia suam tantum addat formalitatem, reliqua enim prædicata continentur in Genere.

Parum ergo refert ad diversitatem alicujus Prædicabilis formaliter quod de pluribus vel paucioribus, de differentibus specie vel non differentibus prædicetur præcisè, nisi inde diversus oriatur modus prædicandi formaliter, ut contingit in Genere & specie, species enim ex eo quod prædicetur de pluribus solo numero, differentibus in quid, prædicatur necessariò ut tota essentia, ut suprà ostensum est.

Secundum est, cur definitio objectiva non constituat Prædicabile distinctum æquè ac Differentia; Ratio dubitandi est, quia prædicatur in quali quid in quantum includit Differentiam, & in quid in quantum includit Genus, ergo æquè constituet diversum Prædicabile ac Differentia. Huic difficultati satisfactum est suprà, dum de specie f. 2. n. 6.

Tertium est, possintne Differentia infima ex duabus aut pluribus componi Differentiis inadæquatis? Respondeo, licet plerumque hoc non fiat, ut in *rugibili*, *hinnibili*, & reliquis, nil tamen esse cur subinde id non contingat, idque tum in intellectu, tum in voluntate. In intellectu idem numero actus ex motivo *scientiæ* procedere potest & *fidei*, sicque sub duplici genere disparato *fidei* scilicet & *scientiæ* immediate collocatur, & duplici similiter disparatâ Differentiâ in unam coalescente contrahitur. Idem est dum quis ex motivo amoris Dei & obedientiæ aut aliis motivis disparatis jejunat, dat eleemosynam, aut aliud quodcunque præstat.

I. Differentia infima non differt specie à subalternâ.

II. Solus directus seu modus prædicandi facit diversitatem speciem in Differentia.

III. Cur definitio objectiva non constituat distinctum Prædicabile.

IV. Potest subinde Differentia infima componi ex pluribus Differentiis inadæquatis.

# DISPUTATIO XXXVII.

*De Proprio seu quarto Prædicabili.*

## SECTIO PRIMA.

*Proponuntur quædam circa naturam hujus Prædicabilis.*

I. **D**uo sequentia Prædicabilia vocantur prædicata accidentalia, quia rem in suo conceptu essentiali per Genus & Differentiam constitutam sequuntur, sicque sunt extra rei quidditatem, seu essentiam, ac proinde accidentia, illud communiter R. P. Th. Comptoni Philosopho.

ne, & non ad rem ullam particularem determinatum, sed ad plures indifferens, hoc peculiarem cum re aliqua habens connexionem, sicque Accidentis Proprium dicitur. Nil tamen impedit quod minus id quod uni est proprium, alteri uniatur accidentaliter, sicque Accidentis commune, ut nigredo in corvo & ligno, albedo in nive, & pariete, & alia hujusmodi.

Proprium duplex est, Logicum seu Metaphysicum & Physicum: Physicum illud est quod sequitur rem constitutam tanquam quid realiter & physicè ab illâ distinctum, ut calor ignem, lux solem, Proprium Logicum cum Physicum.



Propria se-  
cunda in-  
tentionis.

## III.

Quatuor  
Proprij ac-  
ceptiones.  
Primo modo.

Secundo.  
Tercio.

Quarto.

## IV.

Omnes ha-  
quatuor  
Proprij ac-  
ceptiones spe-  
ctant ad hoc  
Pradicabile.

## V.

Non requi-  
ritur proprium  
ut essentia  
illud exigat.

## VI.

Definitio  
Proprij.

gicum seu Metaphysicum illud est, quod licet à re rea-  
liter non distinguatur, ratione tamen nostrâ non est  
de primo rei conceptu, seu de essentia, cum concipi  
essentia possit hoc non conceptu, saltem explicitè,  
sicque licet physice non dimanet ab essentia, dimanet  
tamen logice, id est, sequitur essentiam logice, seu ra-  
tione nostrâ constitutam; & hoc sensu est extra  
essentiam. Hujusmodi sunt risibile respectu hominis,  
verum bonum, & reliqua prædicata transcendentalia  
respectu entis, quæ cum realiter ab essentia ad quam  
spectant, non distinguantur, non incongruè vocantur  
Propria secunda intentionis.

Quatuor Proprij, acceptiones hic assignantur à  
Porphyrio. Primo modo id Proprium dicitur quod  
soli convenit, non tamen omni, id est, speciei, non  
omnibus ejus individuis, ut esse muscum aut mathe-  
maticum soli convenit homini, non tamen omni. Se-  
cundo è contrâ quod naturaliter omni convenit, non  
tamen soli, ut homini esse bipedem. Tercio, quod omni  
convenit, & soli, non tamen semper, ut canescere, quod  
homini in senectute convenit, & soli homini, saltem  
simpliciter, licet, teste Aristotele, equi etiam aliquan-  
tulum canescant, & juxta Plinium lupi, licet non toto  
capite ut homo: item ridere, & alia hujusmodi.

Quarto, quod ab Aristotele primo Top. c. 3. vocatur  
Proprium simpliciter, quod convenit omni, soli, &  
semper, ut esse risibile, quod omni homini, soli, &  
semper convenit; & hujusmodi videtur famus res-  
pectu ignis.

Quæres primò, utrum omnes hæc quatuor accep-  
tiones Proprij spectent ad hoc Pradicabile? De pri-  
mo, tertio & quarto videtur satis probabile, quia ne-  
cessarium aliquo modo habent, connexionem cum  
specie vel essentia, quod requiritur & sufficit ad ra-  
tionem Proprij. De secundo major videtur difficul-  
tas, ob auctoritatem prædictam Aristotelis, qui 1.  
Top. ca. 4. sic habet, nemo proprium alienius rei dixerit  
quod alijs convenire potest; ex quibus verbis confici vi-  
detur esse bipedem respectu hominis, vel album res-  
pectu nivi non esse Proprium, cum alijs conve-  
niant, illud avibus, hoc lacti. Existimo tamen Prop-  
rium secundò modo spectare ad hoc Pradicabile, nam  
magis peculiari modo nigredo, verbigtatiâ, conve-  
nit corvo, & albedo lacti, quamequo vel parietis, ergo  
peculiarem habet cum naturâ corvi connexionem,  
quam non habet cum omni aliâ re, ac proinde  
aliquo modo est illi proprium. Ad Aristotelem  
dico, cum solum negare id esse proprium perfectis-  
simo seu quarto modo, non quomodocunque, quod  
nihil facit contra nos.

Id hæc notandum, ad rationem Proprij non re-  
quiri necessariò ut essentia illud exigat, sed sufficit  
quod illud talem exigat essentiam: sic Grammatica  
est proprietas hominis, & albedo quantitas, non  
equi vel parietis.

Quæres secundò, quænam sit definitio Proprij?  
Respondeo, Proprium definitur posse quod sit prædi-  
cabile de pluribus in quale, ut habens connexionem cum es-  
sentia, qua de causâ à Dialecticis optimum censetur  
medium ad indaganda prædicata, cujusque rei essen-  
tialia. Per esse prædicabile de pluribus, convenit cum  
cæteris Prædicabilibus, per in quale, à Genere differt  
& specie, quæ prædicantur in quid, & à Differentiâ,  
dum prædicatur in quale quid, per reliqua differt ab  
Accidente, quod licet prædicetur in quale, nullam ta-  
men habet connexionem cum essentia illius rei res-  
pectu cujus est Accidens, sed quasi casu illi accidit, quâ  
de causâ Accidens commune vocatur & extraneum,  
illud verò Proprium. Requiritur nihilominus ut  
connexio hæc sit naturalis, defectu cujus, gratia &  
habitus supernaturales non sunt proprietates homi-  
nis vel Angeli, quantumvis ipsis à Deo infundantur.

Quæres tertio, respectu cujus termini constitua-  
tur hoc Pradicabile? Respondeo, secundum rationem  
universalis constituitur in ordine ad individua, nam re-  
spectu speciei non est superius, ac proinde nec uni-  
versale formaliter. At sub conceptu Proprij, seu ut  
rationem dicit proprietatis, constituitur in ordine  
ad speciem seu essentiam formaliter, quia prædica-  
tur ut Accidens proprium essentia, & cum illa pe-  
culiarem habens connexionem, Petrus enim & Pau-  
lus non sunt risibiles formaliter, quia Petrus & Pau-  
lus sunt, sed quia homines, risibilitas enim formaliter  
sequitur rationalitatem seu differentiam specifi-  
cam, unde ratio universalis & ratio Proprij non fun-  
dantur in eodem respectu, nec conveniunt eidem res-  
pectu ejusdem formaliter, speciei scilicet & indivi-  
duorum, licet à parte rei identificentur.

Hinc intelligitur commune illud dictum, nempe  
Proprium singularibus convenire ratione speciei, Accidens  
vero commune prius convenire individuis, & ratione illor-  
um speciei: cum enim Accidens commune non ha-  
beat peculiarem connexionem cum naturâ vel es-  
sentia, ex actuali diversarum circumstantiarum con-  
cursu casu, & quasi per accidens hic & nunc in hoc  
vel illo individuo invenitur, & ratione illius conve-  
nit speciei. Unde idem homo currit vel est albus, quia  
Petrus currit, & est albus. Ideo autem è contrâ Petrus  
est risibilis quia homo est risibilis, hoc enim est prædica-  
tum essentiale, nec alio modo hoc prædicatum de  
Petro probatur nisi quia est homo.

Notandum verò, Proprium (idem est de Acci-  
dente) secundum respectum ad diversa constituere  
diversa Prædicabilia, risibile enim respectu hujus &  
illius risibilis formaliter & in concreto est species:  
Respectu verò subiecti specificativè sumpti, seu hujus  
& illius hominis, vel risibilis denominativè accepti  
est prædicatum Accidentale, quia sequitur essen-  
tiam hominis constitutam, nec ipsam constituit in  
ratione hominis, sicut constituit in ratione risibilis  
concretè sumpti.

Hæc ergo prædicatio, hoc risibile est risibile, vel, hoc  
album est album, est prædicatio essentialis, si hoc risibi-  
le & hoc album sumantur concretè, & utraque pars  
importetur in recto, tacita enim semper involvitur  
reduplicatio: si verò sumantur solum specificativè,  
& pro subiecto, seu pro risibili vel albo denomina-  
tum est, est prædicatio Proprij vel Accidentis, perinde  
enim sonat ac si quis diceret, Petrus est risibilis, equus  
est albus, quas nemo negat prædicationes esse acci-  
dentales.

## S E C T I O II.

De reliquis ad Proprij naturam spe-  
ctantibus.

Notandum primò, proprietates istas licet ordine  
quodam ab essentia dimanent, ut voluntas post  
intellectum, risibilitas post admirativum, non tamen sui  
invicem esse passiones, sed omnes proprietates esse,  
& passiones essentia, à qua dimanant, & in qua  
recipiuntur.

Notandum secundò, licet Accidens proprium,  
seu proprietates & passiones Metaphysica à subiectis  
nec divinitus separari possint, cum ab iis non distin-  
guantur realiter, posse tamen separari physicas, imò  
& subinde naturaliter. Hoc satis probant tot homi-  
nes surdi & cæci, qui visus, & auditus proprietati-  
bus carent, quod etiam contingit dum aqua pere-  
grino in eâ calore producta, naturali frigore orba-  
tur.

Tertio Notandum, dictum illud Porphyrij c. de  
Acci-

VII.  
Proprium ut  
constituitur  
in ordine ad  
essentiam, ut  
universale  
in ordine ad  
individua.

VIII.  
Quo sensu  
Proprium  
conveniat  
singularibus  
ratione spe-  
ciei, & Ac-  
cidens è con-  
trâ.

IX.  
Proprium  
respectu di-  
versorum,  
diversa con-  
stituit Præ-  
dicabilia.

X.  
Ad quod  
Prædicabile  
spectat hæc  
prædicatio,  
Hoc al-  
& pro subiecto,  
seu pro risibili  
vel albo denomina-  
tum est album.

I.  
Quædam  
licet se se  
quantur,  
non sunt  
passiones sui,  
sed Essentia.

II.  
Passiones  
physica pos-  
sunt subinde  
naturaliter  
separari.

III.



Quosensu  
non separa-  
tur Pro-  
prium sine  
corruptione  
subje-  
cti.

Accidente, *Accidens est quod adesse & abesse potest sine subje-  
cti corruptione, non vero Proprium, ita esse intelli-  
gendum ut Accidens Proprium separari plerumque  
nec re, nec ratione possit sine læsione aliqua subje-  
cti, vel in re, vel in ordine ad conceptum nostrum,  
id est, sine eo quod subiectum vel sit vel intelligatur  
sine perfectione sibi debita, & quasi mancum aliquo  
modo ac mutilum, quod tamen non contingit cum  
vel re vel ratione tollitur ab eo Accidens aliquod  
commune & indebitum; sic enim nihil deest connat-  
urale parietis si separetur ab eo albedo, vel alius qui-  
vis color, imò licet sit vel concipiatur sine omni co-  
lore. E converso cum concipitur adesse in subje-  
cto Accidens, nihil in illo est connaturaliter ab eo peti-  
tum. Sensus proinde illius dicti est, perinde est sub-  
jecto quod completum ejus existendi modum, sive  
adsit sive absit Accidens, cum non magis illud petat  
habere quam non habere, non tamen perinde est  
quoad Proprium, saltem secundo & quarto modo.*

Quomodo  
Accidens  
adsit & absit  
sine corrup-  
tione subje-  
cti.

IV.

Per quam explicationem cessant innumera quæ à

P. Hurt. d. 6. Log. l. 6. & aliis contra hoc dictum con-  
geruntur, ut quod aliquando Accidens commune  
corrumpat aliquod subiectum, ut calor ut octo  
aquam, & frigus hominem, unde inferunt non pos-  
se Accidens adesse sine subje-cti corruptione, de hoc  
enim non est dubium, hic tamen non est sensus Por-  
phyrij, sed quem supra posuimus.

Hinc varie  
difficultates  
solvantur.

Ultimo Notandum, cum dicit Porphyrius Pro-  
pria non suscipere magis & minus, sed tamen Acci-  
dentia communia, non esse id intelligendum entita-  
tivè, sed formaliter ut Propria sunt, entitativè enim  
incendi possunt & remitti, ut calor, ut passiones ta-  
men seu proprietates, in certo & determinato gra-  
du indivisibiliter dicunt ordinem ad sua subiecta,  
calor enim, exempli gratià, non in quocunque gra-  
du, sed octavo tantum connaturalem dicit connex-  
ionem cum igne, cum aëre in sexto, sicque licet  
subinde non sit in eo gradu, ignem tamen & aërem  
connaturaliter in illo gradu respicit, non alio.

V.  
Propria en-  
titativè sus-  
cipiunt ma-  
gis & mi-  
nus, non for-  
maliter.

# DISPUTATIO XXXVIII.

De Accidente, & reliquis ad Prædicabilia spectantibus.

## SECTIO PRIM A.

De iis quæ ad Accidentis Prædicabile  
pertinent.

I.  
Declaratur  
alterius quo-  
modo Acci-  
dens adesse  
& abesse pos-  
se sine subje-  
cti corruptio-  
ne.

AD hujus explicationem Prædicabilis Porphy-  
rius ponit id quod supra notavimus, Accidens  
adesse & abesse posse, saltem cogitatione, ita ut licet  
mente præscindamus, & concipiamus subiectum non  
concepto Accidente, non conciperetur corrumpi  
seu lædi subiectum, id est, non aliquo sibi debito pri-  
vari, licet aliqua Accidentia sint naturaliter insepa-  
rabilia, ut cicatrix & alia quædam quæ proveniunt à  
causis extrinsecis, quæ tamen à subiectis non petun-  
tur. Unde si illis per intellectum negentur, non ne-  
gabitur perfectio aliqua iis debita, quod tamen con-  
tingeret homini, si illi negaretur per intellectum ri-  
sibilitas.

II.  
Prædicabilia  
Proprij &  
Accidentis  
quandoque  
sunt sub-  
stantia.

Licet verò Proprium frequenter sit *Accidens præ-  
dicamentale*, id est, non substantia, nec subsistens per  
se completè, sed spectans ad unum ex novem ulti-  
mis prædicamentis, non tamen est *Accidens prædica-  
bile*, id est, merè contingenter alicui conveniens, &  
sine connexionè naturali. Dixi frequenter, proprie-  
tates enim Metaphysicæ sunt substantia quando es-  
sentia, ad quas sequuntur, sunt substantia, utpote ab  
iis non distinctæ, ut risibilitas in homine, & hujus-  
modi. Imò *Accidens* quantum Prædicabile subinde  
est entitativè substantia, ut in hac & similibus propo-  
sitionibus, *Animal est rationale*. De quo plura sec. se-  
quente, n. 4.

III.  
Definitio  
Accidentis.

Definiri potest Accidens, quod sit prædicabile de  
pluribus sine peculiari connexionè cum essentia, per quam  
ultimam particulam distinguitur Accidens à Proprio.  
Probabile autem est hæc duo ultima Prædicabilia  
non differre specie ut cadunt sub considerationem  
logicam, nam quoddam Accidens connaturaliter de-  
beat subiecto vel non, non tractatur à Logica, si-  
cut nec quod Proprium realiter distinctum vel non  
distinctum sit ab essentia, quæ tamen in re magna  
est diversitas.

Proprium &  
Accidens in  
consideratio-  
ne logicæ  
non differunt  
specie.

IV.

Constituitur ergo hoc Prædicabile in ordine ad  
individua sine respectu ad speciem. Si eadem nume-  
R. P. Tb. Comptoni Philosophia.

ro albedo in diversis esset subiectis, probabile est ra-  
tionem albi ab illis abstractam communem fore &  
quintum Prædicabile, verè enim sunt plura habenti-  
a albedinem, ad varietatem quippe denominativi  
Accidentalis, præcipuè spectatur subiectum: sicut si  
plures homines eandem simul viderent arborem,  
non essent plura visa, sed unum. Reliqua quæ ad Ac-  
cidentis considerationem spectant, discussa sunt  
Disp. præcedente.

Constitu-  
tur hoc Præ-  
dicabile in  
ordine ad in-  
dividua.

## SECTIO II.

Sintne plura Prædicabilia quam  
quinque.

Conclusio: Non sunt plura Prædicabilia quam  
quinque. Ratio à priori, modus prædicandi  
sequitur modum existendi in multis, quidquid autem  
est in multis, vel essentialiter in illis est, vel *acciden-  
tali-ter*: si essentialiter, vel inest ut pars materialis essen-  
tiæ, & est *Genus*, vel ut formalis, & est *Differentia*, vel  
demum ut tota essentia, & est *species*: si accidentaliter,  
vel inest tanquam Accidens quod naturalem seu  
necessariam habet connexionem cum essentia, & est  
*Proprium*, vel inest merè contingenter, & est *Accidens*  
simpliciter.

I.  
Non sunt  
plura Prædi-  
cabilia  
quam quin-  
que.

Dices Prædicamenta sunt decem, ergo & Prædi-  
cabilia, Prædicamenta enim aliud nihil sunt quam  
series & coordinatio prædicatorum, sed Ultima no-  
vem Prædicamenta diversum habent existendi  
modum, ergo erunt etiam novem Prædicabilia, cum  
modus prædicandi sequatur modum essendi. Respon-  
deo, diversum modum existendi in subiecto in no-  
vem ultimis Prædicamentis esse merè materiale  
respectu Prædicabilium, & considerationem logi-  
cam, nec enim in his spectatur quomodo insint phy-  
sicè subiectis, sed quomodo prædicentur metaphysi-  
cè, seu logicè de inferioribus, de quibus cum prædi-  
centur merè in quale, spectant omnia novem à duo  
ultima Prædicabilia; cum in hac ratione omnia  
æqualiter conveniant.

II.  
Licet sint de-  
cem Prædi-  
camenta,  
non tamen  
sunt decem  
Prædicabi-  
lia.

Nec etiam diversitas physica Generum facit di-  
versitatem Prædicabilium, tam enim color prædica-  
tur in quid de hoc & illo colore, & consequenter est  
N 2 Genus

III.



*Diversitas  
Physica non  
constituit di-  
versas Prædi-  
cabilia.*

Genus respectu illorum, licet in entitate sit Accidens, quam animal respectu huius & illius animalis. Calor ergo & animal in ratione Prædicabilis solo differunt numero, licet materialiter distinguantur plusquam specie, diversitas enim Prædicabilium formaliter desumitur tantum ex diverso modo prædicandi. Imò Genus entis realis & entis rationis sunt univoca, & in ratione Generis numero tantum distincta, quia in eâ ratione sunt planè similia, & in quid incompletè de suis inferioribus æqualiter prædicantur. Quod idem dici de negationibus potest, omnis autem alia diversitas est Dialecticæ materialis, nec

ad logicam spectat.

Hæ propositiones *animal est rationale, sensibile est admirativum, animal est risibile*, & huiusmodi alæ spectant ad quintum Prædicabile, nam licet risibilitas necessariam habeat connexionem cum rationali, cum animali tamen secundum se considerato habet solum contingentem. Hæ autem, *Petrus est persona humana*, reducit ad quartum Prædicabile, quia personalitas est passio essentiae; si verò sumatur Petrus reduplicativè, seu ut suppositum est, est prædicatio essentialis, sicut homini albo ut albo essentialis est albedo.

IV.  
*Varia prædi-  
cationes sta-  
tantes ad  
quintum  
Prædicabile.*

## DISPUTATIO XXXIX.

### De Antepredicamentis.

**I**nter alios Aristotelis libros unus est quem de categoriis inscripsit, seu Prædicamentis, ubi res omnes, in suas quisque classes ac series distribuit, claræque ac facili methodo, & ordine digessit, substantiam ab accidentibus, & hæc à se invicem separando, quò facilius intellectus & ad illius, & horum notitiam possit pertingere. Librum hunc in tres divisit partes, *Antepredicamenta, Prædicamenta, & Postpredicamenta*. At, ne Logica in nimis magnam molem excrescat, Tractatum de Prædicamentis in Metaphysicam, qui proprius eorum locus est, differemus.

#### SECTIO PRIMA.

##### De Univocis, & Æquivocis.

I.  
*Definitur  
univoca, &  
Æquivoca.*

**U**nivoca secundum Aristotelem sunt, quorum nomen est commune, ratio verò substantia secundum nomen eadem, ut homo, animal, equus. Æquivoca sunt, quorum nomen est commune, ratio verò substantia secundum nomen diversa. Per rationem substantiæ non intelligitur quod res per terminum univocum vel æquivocum significata, necessariò esse debeat substantia, sed illius objectum denotatur, si substantia sit siue accidens. Unde *albus* univocè de homine dicitur, equo, & pariete albis, quanta enim cunque in essentia sit discrepantia, in ratione *albi* conveniunt; imò in his & huiusmodi trita semper involvi videtur reduplicatio. Ly nomen vocem per quam res importatur, significat, & in hoc Æquivoca differunt ab univocis, quòd illa prout eo nomine significantur, solam habeant vocem communem, res autem est planè diversa, ut *homo* respectu veri hominis, & *piæti*. In univocis verò non vox tantum, sed res etiam per vocem significata, ejusdem rationis est & conceptus.

*Quomodo  
distinguitur  
univoca &  
Æquivoca.*

II.  
*Æquivoca  
sub una ra-  
tione sunt  
univoca, sub  
aliâ.*

III.  
*Æquivoca  
nunc dicta.*

Hic tamen adverte, res quæ per terminum æquivocum significantur, in aliâ ratione convenire posse univocè, ut Gallus Gallie incolam significat & gallum gallinaceum, ac nomen præterea proprium est viri; sub qua ratione tria hæc solo conveniunt nomine, cum res hoc nomine significatæ importentur ut diversæ, ac in ratione animalis, viventis, substantiæ convenientia est inter eos univoca.

Æquivoca ergo sic dicuntur quasi *æquè vocata*, seu quasi æquè eandem vocem & aliud nihil participantia, nam ratio substantiæ prout eadem voce significatur, debet esse diversa, id est, res illæ ut nomine æquivoco importantur, diversam habere debent definitionem & essentiam: sic *canis* ut de terrestri dicitur, animal significat latrabile, ut de cælesti, syl-

Dices, Æquivoca plura significant ut plura, ergo unâ æqueunt definitione exprimi, malè ergo Aristoteles supra unâ illa definitione est complexus. Respondéo, Æquivoca entitativè seu essentialiter definiri unâ definitione non posse, posse denominativè, id est, in quantum illa omnia denominationem recipiunt significati, seu eadem voce denotari, ut sic conveniunt, suntque univoca, sicut licet equus, tenebræ, & Chimæra, secundum suas entitates in ratione univocâ non conveniant intrinsecè omnibus communi, sic tamen in aliquâ extrinsecâ, cogniti verbi gratiâ, seu representati.

Licet ergo vox *canis* sit Æquivoca quia plura significat ut plura, illa tamen plura secundum rationem significati per hanc vocem sunt univoca, quia rationem illam extrinsecam æquè participant, seu æquè vocantur hoc nomine: *canis* verò non illa significat reduplicativè, ut significata hoc nomine, sic namque significaret se, sed specificativè tantum, illa nimirum quæ secundum rationes illas diversas hac voce significantur. Quæ etiam est causa cur nomen *Petrus* non sit univocum respectu omnium, qui hoc nomine appellantur, quia nimirum non illos reduplicativè significat, ut vocantur hoc nomine, sed entitates singulorum ut à parte rei discrepantes.

Quæres, utrum dari hæc possit æquivocatio in mente: Negat communis sententia saltem de nostro intellectu in viâ, nam Deus & Angeli unico actu in entitate simplicissimo, pluribus tamen in representatione æquivalente, plura ut plura distinctissime cognoscunt. Existimo tamen in mente etiam nostrâ hic in viâ dari æquivocationem posse. Ratio est, quia sicut vox illa æquivoca est quæ plura ut plura significat, ita conceptus æquivocus erit ille, qui plura ut plura representat. Cum ergo nil vetet quò minus unus in nobis detur conceptus, qui plura ut plura representet (quidni enim terrestrem canem, & cælestem eodem actu cognoscere poterimus, etiam secundum particulares eorum rationes?) nihil etiam impedit quò minus in mente nostrâ vel pro hoc statu, æquivocatio dari possit.

Ut ergo aliquid sit univocum, debet esse ratio omnino eadem, ac proinde à particularibus differentiis præcisa, & universalis. Actus ergo representans plura individua ut plura, non est univocus, sed æquivocus: licet enim representet rationem in qua conveniunt materialiter, representat tamen illam ut diversificatam, ac proinde ratio substantiæ, ut per intellectum representata, est formaliter diversa. Reliqua quæ ad univoca vel Æquivoca spectant, in introductione fusè sunt tradita.

IV.  
*Quomodo  
definiuntur  
Æquivoca,  
cum signifi-  
cant plura  
ut plura.*

V.  
*Plura in se  
ut eadem  
voce signifi-  
cantur sunt  
univoca.*

VI.  
*Deus &  
Angeli unico  
actu repræ-  
sentant plu-  
ra ut plura.*

*Idem etiam  
possunt ho-  
mines in  
viâ.*

VII.  
*Quid requi-  
ratur, ut  
aliquid sit  
perfectè uni-  
vocus.*

#### SECTIO



SECTIO II.

De Denominativis.

I. **D**enominativa secundum Aristotelem sunt quæ ab aliquo nominis denominationem habent, differentiæ casu, ut à Grammatica Grammaticus, à fortitudine fortis.

II. Ad Denominativa nonnulla requiruntur: primò ut denominans & denominativum quoad casum & terminationem nec eadem omnino sint, nec omnino diversa, defectu cuius, ut aliqui affirmant, *Musica* non est hoc sensu nomen Denominativum, ut artem significat, & mulierem artis illius peritam, quia casu seu terminatione non differunt. Latius tamen accipi solet nomen Denominativum, pro eo omni quod denominationem ab alio accipit.

III. Secundò requirunt aliqui, ut forma sit accidentalis, ut *Grammaticus niger, fortis*, non essentialis. Melius tamen alij dari etiam posse Denominativa à formis essentialibus asserunt, seu substantialibus, hominem exempligratà, dicunt ab *humanitate* denominari, ex qua constituitur. Nomen tamen denominans in concreto importari debet, non in abstracto; unde *Iustitia* non est nomen Denominativum, est tamen *iustus*.

IV. Denominatio alia extrinseca, ea nimirum in qua forma denominans est subiecto extrinseca, ut esse cognitum, amatum, dextrum, visum: de quibus latè dictum est tractatu de Ente rationis d. 1. q. 1. i. *intrinsicæ* alia, in qua forma denominans est subiecto intrinsicæ; ut esse album, nigrum, cognoscens, de quibus alias.

V. De dextro & sinistro est difficultas, sintne extrinsecae denominationes, an intrinsicæ. Ad quod notandum, duplicem esse denominationem *dextri* vel *sinistri*, alteram respectu manus, quod *dextra* vocetur aut *sinistra*, & hæc denominatio est merè extrinseca, voluntas scilicet hominum, qui his eas voluerunt nominibus appellari, licet aliquod nonnumquam sit in rebus fundamentum; unde nonnulli autumant ex eo huic parti hominis potius quam alteri nomen *dexterae* fuisse impostum, quod fortior sit altera, utpote in qua masculi & nervi perfectius coeunt & continentur.

VI. Alia est denominatio *dextri* vel *sinistri*, quæ ex eo alicui rei provenit, quod à dextris ponatur vel sinistris, & hæc ab aliquibus Denominatio dicitur extrinseca, ab aliis extrinseca partim, partim intrinsicæ; dicunt enim aliquid dextrum vel sinistrum denominari per suam entitatem à dextris positam vel sinistris, seu per entitatem suam in his vel illis circumstantiis, ita ut circumstantiæ, seu *dextra* vel *sinistra* alterius aliquo modo denominationem illam ingrediantur. Sed his fortè est de nomine. De Denominativis disputatum est in Introductione; quare hæc in præfenti sufficiant.

SECTIO III.

De Analogis incommuni.

I. **H**æc communiter assignatur Analogorum definitio, *Analogia sunt, quorum nomen est commune ratio verò per nomen significata neque omnino eadem, neque omnino diversa.* Quæ definitio colligitur ex Aristotele 4. met. c. 2. & 1. 5. c. 6. & alibi sæpius, item ex D. Thoma, 1. p. q. 13. art. 5. corp. & alibi: & quam declarandam.

II. Notandum, tria ab Aristotele & aliis statui Equivocorum genera. Primum eorum est quæ plura significant ut plura, seu ut omnino diversa, quæ dicuntur *R. P. Th. Comptoni Philosophia.*

tur Equivoca simpliciter. Secundò dicuntur quædam Equivoca vel Analogi *physicè, logicè* tamen loquendo sunt univoca, ut animal, quia ratio illa communis abstracta, quantum est ex se, æqualiter participalis est ab inferioribus. Unde diversitas in solis exercetur differentiis, non in ipsa ratione communi. Quo sensu capiendus est Aristoteles 2. Ph. tex. 3. *sub genere* dum ait, *sub genere latere Equivocationes*: nisi fortè de ambiguitate potius sit ibi intelligendus, quia addito nomine animal, dubitamus pro qua specie supponat. Tertiò loco ponuntur ea quæ nec univocalogicè sunt, nec Equivoca, sed medio quasi modo inter illa duo se habent, vocanturque Analoga absolute, de quibus præsens procedit quæstio. Hæc tamen propius ad Equivoca accedunt, imò ab Aristotele subinde Equivoca dicuntur.

Ad Analoga sicut ad Equivoca requiritur ut convenientia & disconvenientia sic in ratione per nomen importatà, in alià enim ratione univocè possunt convenire, ut risus respectu hominis & prati. Analogus est in ratione risus, at in ratione substantiæ risus univocè conveniunt pratum & homo. Imò ratio risus abstracta à solo risu hominum, & alia ratio abstracta à solo risu pratorum sigillatim sumptæ sunt univocæ.

Analoga alia propria, quippe quæ rationem aliquam communem per nomen significatam propriè in se repertam habent, ut accidens & substantia verè in se continent rationem entis. Alià impropria, in quibus nimirum omnibus ratio per nomen significata non inest propriè, sed uni tantum, nempe principali analogato propriè, cæteris improprie solum & metaphoricè, ut risus propriè uni inest homini, aliis rebus improprie, risus quippe actus est potentie loco-motivæ ex admiratione ortus, quæ ratio licet prato non conveniat, amenitas tamen prati aliquam cum eo proportionem habet, nam sicut homo ridendo benè sibi esse ostendit, sequè oblectari, cum risus sit index lætitiæ; ita pratum ridere dici potest quatenus amenitate suà quandam quasi præ se fert lætitiā, ideoque ridere cum quiddam proportionem dicitur ad risum hominis, unde hæc ducta est metaphora.

Quod optimè more suo declarat S. Thomas 1. p. q. 13. art. 6. corp. his verbis, *Ridere dictum de prato nihil aliud significat, quam quod pratum similiter se habet in dextera cum flore, sicut homo cum ridet secundum multitudinem proportionis.* Hæc autem proportio Equivocis, quæ propriè talia sunt, non competit, Gallus enim non dicitur de incolà Galliæ ob ullam cum gallinaceo convenientiam, quippe quam nullam habent illius regionis incolæ plus quam cæteræ gentes, nec è contrà. Re igitur verà nulla meo iudicio Equivoca censentur talia, nisi Equivoca à casu, ut vocant, quæ nimirum impositiones diversas planè habent, ac disparatas.

Hæc vocatur Analogia attributionis, quia licet nomen sit commune, ratio tamen per nomen significata solum est eadem per quandam attributionem ad principale analogatum, cætera enim rationem illam per nomen significatam propriè non participant, ideoque de his intelligitur, sicut & de Equivocis axioma illud Philosophorum, *Analogum per se sumptum stat profano sori.* Dum ergo dicimus risus, de risu semper intelligitur hominis, ab his proinde abstrahi una ratio communis nequit, in qua verè conveniant, cum nulla talis in ipsis reperiatur.

Sic sanum Analogum dici solet, præcipua tamen ejus ratio principali tantum est Analogato intrinsicæ, cæteris extrinseca; dicitur enim præcipue de animali, estque tale temperamentum qualitatum, quam rationem sanitatis respicit in animali medicina ut causa, Analoga.



Quid sit  
sanitas.

sa, & pulsus ut iudicium. In eo igitur conveniunt duo hæc postrema, quod in obliquo sanitatem connotent animalis, quam causat prima, secundum ostendit. Unde in eorum definitione necessario in obliquo ponitur sanitas animalis, ut *medicina est quæ sanitatem causat animalis*. At in definitione sanitatis antonomastice sumptæ seu animalis, nulla aliarum sanitatum fit mentio; definitur enim sanitas animalis, quod recta sit humorum coordinatio, & qualitatum temperamentum.

VIII.  
Quædam  
Analogia  
principalis  
de creaturis  
dicuntur,  
quæ de  
Deo.

Notandum verò ex S. Thom. 1. p. q. 13. art. 6. corpore, aliqua prius & principaliter de creaturis dici quam de Deo, ea scilicet quæ de Deo dicuntur metaphorice, metaphorâ à creaturis ad Deum translata. Sic, inquit ille, nomen *leo* de Deo dicitur metaphorice, & significat Deum fortiter se habere in suis operationibus.

IX.  
Analogia  
proportionalitatis.

Aliud Analogorum genus est, quæ Analoga vocantur proportionalitatis, quorum nomen est commune, ratio verò per nomen significata proportionaliter eadem. Ad quorum explicationem. Notandum nomen *proportio* licet nunc ad quamcunque habitudinem unius rei ad aliam significandam extendatur, sicut & *proportionalitas* ad similitudinem quarumcunque dua-

rum proportionem, propriè tamèn significat habitudinem unius quantitatis ad aliam, ut cum quis dicit *quatuor duplam habere proportionem ad duo*, proportionalitas verò est proportio proportionum, ut cum dicimus, *sicut se habent quatuor ad duo, ita octo ad quatuor*. Unde in Analogiâ proportionalitatis requiruntur ad minimum tres termini, in d. nonnunquam inveniuntur quatuor, ut si dicatur, *sicut se habent octo ad quatuor, ita sex ad tria*.

Proportionalitas est proportio proportionum.

Hæc porro Analogia, non semper tollit univocationem, ut in exemplis proximè allatis constat, ubi ratio dupli quaternario numero, octonario & senario est univoca. Quando verò ratio significata metaphorice tantum est in altero, tunc tollitur univocatio, ut si quis dicat, *sicut se habet visus hominis ad hominem, ita visus prati ad pratum*.

X.  
Hæc Analogia non semper tollit univocationem.

Tandem observandum in Analogiâ proportionalitatis, seu attributionis improprie duas intervenire impositiones, alteram circa primum analogatum, alteram circa secundarium, inter se tamen subordinatas. In quo nihilominus differunt ab Equivocis merè à casu, quæ licet duas similiter habeant impositiones, eas tamen temerè habent, & sine ulla subordinatione.

XI.  
In quo Analogia proportionalitatis differt ab Equivocis.

## DISPUTATIO XL.

### De Analogia Entis.

#### SECTIO PRIMA.

*An præscindi possit una ratio, vel conceptus Entis.*

I.  
Negant aliqui posse abstrahi conceptum Entis.

**A**liqui ne Ens univocum esse asserant, negant unum ab eo abstrahi conceptum posse: ita ex Thomistarum scholâ non pauci; Cajet. Opusc. hac super re, Ferrar. 1. cont. Gentes, c. 34. Ban. 1. p. q. 13. art. 6. Fons. etiam 4. met. q. 2. c. 2. l. 4. Vasq. 1. p. d. 22. c. 5. & d. 114. c. 2. n. 6. Kub. tract. de Analog. n. 37. & alij. Argumenta postea afferentur cum solutionibus.

II.  
Datur unus conceptus Entis communis omnibus rebus.

Conclusio: Datur unus conceptus formalis, & obiectivus illi correspondens, abstractus ab omni ente reali, Deo, & creaturis, substantia accidente, & cæteris. Ita S. Thom. q. 1. de verit. ar. 1. corp. Scotus cum suis, & est longè communior inter recentiores opinio; tenet eam P. Suar. 1. met. d. 2. f. 1. & 1. P. Hurt. d. 9. log. f. 4. subf. 2. & d. 2. met. f. 5. P. Ariag. d. 22. log. 1. 1. subf. 2. saltem quoad conceptum formalem.

III.

Prima pars conclusionis constabit ex probatione secundæ, nam si obiectum actui correspondens sit unus aliquis conceptus obiectivus, non est cur conceptus formalis, seu actus non sit unus.

IV.  
Ratio est quæ in illa omnia verè conveniunt in ratione Entis.

Secunda itaque conclusionis pars, quod unus datur conceptus obiectivus entis, probatur primò, nam licet ubi ratio per nomen Analogum significata propriè & intrinsecè non inest omnibus analogatis, una abstrahi ratio communis omnibus non possit; quia veram in eâ ratione convenientiam non habent (quæ tamen juxta omnes fundamentum est abstractionis conceptus alicujus communis) at ubi ratio significata inest omnibus verè & propriè, non est cur abstrahi ab illis ejusmodi conceptus nequeat. Confirmatur primò, secundum Dialecticos datur analogia propria, in cujus scilicet analogatis omnibus sit propriè ratio per nomen importata, quod tamen auctores hi negare coguntur, si enim concedatur, non est cur ea ratio abstrahi non possit, cum considerari possit non consideratis particularibus

rationibus, in quibus discrepant. Confirmatur secundò, nam à Dialecticis similiter omnibus Analogia in Analogiam attributionis dividitur, & conceptus communis, at juxta hanc sententiam secundum hoc membrum tollitur, ut constat, ergo.

Probatur secundò, Ens etiam juxta adversarios transcendit substantiam & accidens, cum sit unum ex transcendentibus voce illa *rebus* comprehensis, ergo ratione distinguitur à substantiâ & accidente, patet consequentia, substantia non transcendit accidens & substantiam, sicut nec accidens transcendit substantiam & accidens, cum id quod aliud transcendit, ultimis ejus differentiis ratione nostrâ esse debeat intrinsecum, substantia autem realiter & intrinsecè inclusa non est in ultimâ differentiâ accidentis, nec è contrâ, ergo conceptus Entis, qui est conceptus transcendens, non est conceptus substantiæ & accidentis; ergo aliquid ipsis superius & latius patens, & quod utrique tanquam ratio communis conveniat.

V.  
Ens transcendit substantiam & accidens, ergo conceptus Entis non est substantiæ & accidentis, ergo potest abstrahi.

Dices, conceptus Entis dicit substantiam vel accidens, ac propterea cuncta transcendit, omnia enim vel substantia sunt vel accidens. Contrâ, ergo ratio *rationale vel irrationale, spirituale vel materiale* erunt termini transcendentes, nihil enim est quod non vel spirituale sit, vel materiale, rationale vel irrationale. Dices secundò, Ens immediatè & formaliter dicit accidens & substantiam. Contrâ, &

VI.  
Conceptus Entis non est substantia vel accidens.

Tertiò probatur conclusio, hæc est vera prædicatio, substantia est Ens, ergo Ens non dicit immediatè & formaliter substantiam & accidens, si enim animal formaliter & explicitè rationale diceret & irrationale, prædicari de homine non posset, quia prædicatum in se homini repugnans includeret; quâ de causâ nec vivens de lapide prædicatur nec animal de plantâ, Confirmatur, Ens est de intrinsecò & quidditativo conceptu substantiæ, sed accidens non est de intrinsecò & quidditativo conceptu substantiæ, ergo Ens in suo formali conceptu non includit accidens. Quod idem argumentum formari de substantiâ posset respectu Accidentis, licet enim dicere, substantia est Ens, non tamen substantia est accidens.

VII.  
Hæc prædicatio est vera substantia est Ens, ergo Ens non dicit substantiam & accidens.

SECT



SECTIO II.

Argumenta contententia abstrahi non posse unum conceptum Entis.

eminenter continere. His tamen non negatur res creata esse, entitatemque à Chimærâ & negationibus distinctam habere. Sicut cum dicitur, *nemo bonus nisi solus Deus*, sensus non est bonitatem omnem in Angelis & hominibus. repertam metaphoricam merè esse & umbratilem, sed bonitatem Divinam quidquid boni est in creaturis, infinitis gradibus excedere.

Nemo bonus nisi solus Deus.

Objicies tertio; si detur ratio Entis ab inferioribus præcisa, sequi quamlibet particularem rationem esse compositam ex particulari ratione & ratione illâ communi, sicque processus dabitur in infinitum, nullusque omnino conceptus erit irresolubilis, illa enim particularis ratio est *Ens*, sicque ab illâ abstraheretur ratio *Entis*, & relinqueretur ratio *alis entis*, iterumque ab illâ eodem modo fieret abstractio, & sic in infinitum. Confirmatur, ex hoc sequitur genera generalissima non esse conceptus simplices, sed metaphysicè compositos.

VI.

Objic. si *Ens* abstrahatur à differentiâ sequi processum in infinitum.

Ad argumentum respondeo, nullum hic sequi processum in infinitum, ratio enim Entis abstracta ab aliquibus differentiis eadem operâ abstrahitur ab omnibus, unde quando denuò fit abstractio, non abstrahitur nova aliqua ratio Entis, sed eadem, nec à novis differentiis sed ab iisdem, nam antea abstrahabatur ab omnibus, considerabat enim *ens* nullâ consideratâ differentiâ, quod est abstrahi ab omnibus. Ad confirmationem negatur sequela, cum enim *Ens* ultimas particularium Entium differentias transcendat, substantia, verbigratiâ, non componitur compositione metaphysicâ ex ratione communi Entis & modo *per se*, compositio enim metaphysica, propriè talis, partem petit extra partem, modus autem ille *per se* quæ est differentia substantiæ, includit essentialiter *Ens*, quod ipsum transcendit ut diximus, & infra clariùs constabit.

VII.

Ostenditur nullum hinc sequi processum in infinitum.

Objicies quarto; si abstrahatur unus conceptus Entis, abstrahatur etiam à seipso; sed hoc implicat, ergo: Major probatur, abstrahitur à differentiis, sed differentia formalissimè secundum ultimum sui sunt à differentiis, ergo si abstrahatur à differentiis, abstrahatur à seipso. Respondeo primò, distinguendo majorem, abstrahatur à se contracto; seu à toto in quo ipsum essentialiter includitur, transeat major; à se eodem modo accepto, nego: id verò quoad hoc non majorem continet difficultatem, quàm quod animal abstrahatur ab homine, ibi enim consideratur in uno statu animal, scilicet abstractionis, ipso non considerato sub alio, nempe contractionis, non enim solum abstrahitur animal à rationali, sed etiam ab homine, ut supra in materiâ de præcisionibus, & universali vidimus ex S. Thoma.

VIII.

Objic. si *Ens* abstrahatur à differentiis, sed abstrahatur à differentiis formalissimè secundum ultimum sui sunt à differentiis, ergo si abstrahatur à differentiis, abstrahatur à seipso. Respondeo primò, distinguendo majorem, abstrahatur à se contracto; seu à toto in quo ipsum essentialiter includitur, transeat major; à se eodem modo accepto, nego: id verò quoad hoc non majorem continet difficultatem, quàm quod animal abstrahatur ab homine, ibi enim consideratur in uno statu animal, scilicet abstractionis, ipso non considerato sub alio, nempe contractionis, non enim solum abstrahitur animal à rationali, sed etiam ab homine, ut supra in materiâ de præcisionibus, & universali vidimus ex S. Thoma.

Responderi posset secundò, negando majorem, ad probationem, distinguo minorem, differentia secundum ultimum sui sunt *Ens tantum*, nego minorem; sunt *Ens contractum*, concedo: falsum enim est conceptum *per se* vel in alio, quæ differentia sunt substantiæ & accidentis, nihil dicere præter *Ens*, sicut falsum similiter est hominem nihil dicere, vel nihil in se habere aliud præter *Ens*, conceptus enim Entis conceptus tantum est potentis existere, sed certum est alios esse conceptus in homine præter posse existere.

IX.

Resp. secundò, *Ens* non abstrahitur omnino à seipso.

Dices, in homine vel equo nihil est quod non sit formalissimè *Ens*. Distinguo, quod non sit formalissimè *Ens tantum*, nego: quod non sit *Ens* simul cum alio conceptu, seu quod non sit *Ens contractum*, concedo. Imò hoc ipso quod dicitur *Ens contractum*, significat esse aliquem alium conceptum, qui sit extra conceptum Entis, licet *Ens* non sit extra conceptum illius. Abstrahitur ergo *Ens* à differentiis abstractione tantum inadæquatâ estque semper abstractio includentis & inclusi, animal verò licet abstrahatur etiam

X.

Quidquid est in homine vel equo est *Ens*, sed non *Ens* tantum.

I. Objic. non posse *Ens* abstrahi à differentiis cum semper in eis maneat.

II. Resp. hoc solum probare *Ens* abstractione mutua non posse abstrahi à differentiis.

III. Ostenditur dari posse abstractionem non non mutuatam.

IV. Quid sensu *Ens* creatum non sit *Ens* respectu Increati.

V. Solus Deus est necessarius, & per essentiam.



etiam ab homine per abstractionem includentis & inclusi, seu inadæquatam, à rationali tamen abstrahitur abstractione adæquatâ, ita ut utrumque considerari sine se mutuo possit.

## SECTIO III.

*Utrum transcendentia constituat Analogiam conceptus communis.*

I.  
Prima sententia est negativa.

II.  
Transcendentia est duplex, re & ratione.

III.  
Ad Analogiam conceptus communis sufficit Transcendentia.

Est sententia Aristotelis.

Est sententia Thomae.

IV.  
Ratio à priori est, quia conceptus Entis est partim idem, partim diversus.

**N**egat P. Arriag. d. 11. log. f. 3. subf. 1. & multi ex recentioribus, qui proinde cum Scoto rationem Entis abstractam univocam Deo statuunt & creaturis; substantiæ & accidenti.

Notandum, transcendentiam esse duplicem, re, & ratione. Illa, quæ & transcendentia realis dicitur, omni illi convenit, quod cum alio à parte rei identificatur, sic animal differentiam rationalis, rationale animal transcendit. Transcendere ratione, seu secundum rationem, illud omne dicitur, quod ita se habet, ut nullus nec ratione præcindi conceptus possit, in quo formaliter non involvatur. Talis est conceptus Entis respectu omnium differentiarum quantumcunque enim præcindantur, in suo semper conceptu conceptum Entis involvunt, quantumcunque enim præcindantur, sunt aliquid formaliter, cum non sint nihil. Quod non ita contingit in animali respectu rationalis, hæc enim, ut dixi, adæquatè sunt invicem extra conceptum sui. Ex quo fit, ut inter animal & rationale, seu genus & differentiam compositio dari possit metaphysica, non tamen inter ens & differentias, quia per compositionem propriam addi aliquid ei debet quicum componit, quod in illo antea formaliter non erat, at cum differentiis addimus conceptum entis, nihil addimus quod in ipsis non formaliter inclusum antea habebatur.

Conclusio: Ad Analogiam conceptus communis sufficit transcendentia, quæ proinde tollit univocationem. Ita Vasq. 1. p. d. 22. c. 3. Fonf. 3. met. in comment. c. 3. tex. 10. Hurt. d. 9. log. f. 4. subf. 5. & alij. In hanc etiam sententiam inclinare videtur P. Suar. sequenti conclus. citandus. Probatur primò ex Aristotele 3. met. tex. 10. dicente, ens non esse genus, quia includitur in modis contrahentibus illud. Ex quibus verbis Aristotelis inferitur primò, secundum Aristotelem alio modo includi ens in modis seu differentiis ultimis, quam animal in suis modis & differentiis, rationali scilicet & irrationali, & aliam dari transcendentiam quàm realem. Inferitur secundò, juxta Aristotelem transcendentiam hanc seu inclusionem per rationem tollere univocationem conceptus communis, & constituere Analogiam. S. Thomas etiam de verit. ar. 1. corp. dicit non posse addi enti aliquid quasi extraneum, ad modum quo differentia additur generi, quia qualibet natura essentialiter est ens. Ex quo & aliis locis similibus S. Thomæ efficitur juxta mentem ipsius alio modo ens includi in differentiis, & eas transcendere, quam animal includit, & transcendit suas, rationale scilicet & irrationale.

Ratio à priori est, quia ratio Analogiæ in hoc consistit, quod conceptus abstractus sit partim idem, partim diversus, prout eo nomine significatur, sed ratio entis est partim eadem, partim diversa, prout eo nomine significatur, idque ob transcendentiam, ergo transcendentia constituit Analogiam: major est definitio rationis Analogæ: minor probatur, ratio entis abstracta est eadem, ut fatentur adversarij, nam in eà sic consideratà nulla apparet diversitas, rursus, in formali conceptu & ratione entis contractâ differunt res omnes, ut substantia & accidens &c. nam id per quod formaliter ratione nostrâ differunt, est ens: ergo

formaliter conveniunt omnia in ente; & in ente formaliter differunt, conveniunt in ratione entis abstractâ, differunt in eadem contractâ, sicque nomen est unum, & res per nomen significata, partim eadem, partim diversa.

Confirmatur, eo ipso quod ratio Entis transcendat, & necessariò ratione nostra includatur in ultimis differentiis substantiæ, & accidentis, est de essentiali & quidditativo differentiarum illarum conceptu, & consequenter si illæ differentiæ sunt inæquales, ratio entis formalissimè inæqualis sit necesse est, & diversa, cum illæ ut inæquales & diversæ sint entia formaliter; cum eips in omni illarum prædicatione necessariò formaliter involvatur.

Secundò probatur conclusio: in hoc differunt prædicata transcendentia à non transcendentibus, quod transcendentia in inferioribus, seu contractâ efficiantur intrinsecè & formaliter inæqualia, cum enim ultima ratio per quam substantia differt ab accidente, sit formaliter ens, si illa differentia intrinsecè sit & quidditativè perfectior; ratio etiam entis in illâ secundum ultimam ejus rationem inclusa, necessariò erit perfectior, unde si differentia substantiæ & accidentis sint inæquales, ratio etiam entis in illis erit inæqualis, sicque est partim eadem, partim diversa.

Dices, differentia substantiæ & accidentis sunt intrinsecè & quidditativè inæquales, non tamen in ratione entis. Contrà, si differant & sint inæquales secundum particulares suas differentias, & hæc etiam secundum ultimum sui sint ens formalissimè, necessariò differunt, & sunt inæquales per ens formalissimè, ac proinde ens etiam ratione nostrâ in ipsis est inæquale.

Dices, ergo ratio animalis erit partim eadem, partim diversa eo modo quo ens, Nego consequentiam, animal enim etiam ut contractum non est de quidditativo conceptu differentiarum, quippe quæ in conceptu suo intrinsecè & quidditativo, seu secundum rationem in qua differunt, non involvunt animal, & consequenter ratione nostrâ nō differunt per animal, sicque ratio animalis formaliter non est partim eadem, partim diversa, cum non exercentur diversitas formaliter in ratione per nomen animalis significatâ, quod tamen ad Analogiam requiritur.

Compositio ergo generis & differentia ad modum sit compositionis materiæ & formæ, ubi licet forma perficiat intrinsecè materiam, non tamen est de quidditativo ejus conceptu: sicut ergo materia dici potest intrinsecè magis à formâ viventis perfici, vel animâ rationali, quàm à formâ cadaveris aut aliâ ignobili, sic conceptus animalis perfectior est intrinsecè dum ad rationale contrahitur, quàm ad irrationale, non tamen perficitur in ratione animalis, sed per aliquid extraneum, ut loquitur S. Thomas supra, quod nimirum tam est extra ipsum metaphysicè, quàm forma extra materiam physicè; quod tamen longè aliter contingit in ente, ut ostensum est.

Hinc clarè solvitur quod opponit P. Arriag. citatus, num. 25. si enim hæc argumentatio valeat, Differentia formaliter sunt ens, sed differentia differunt formaliter, ergo differunt formaliter in ratione entis: hæc etiam inquit, argumentatio valebit, Homo formaliter est animal, sed homo formaliter differt à bruto, ergo animal formaliter differt à bruto, quæ tamen consequentia est falsa, ergo & præcedens.

At quis non videt hoc contra nos non facere? Illa enim major propositio non est qua nos in nostrâ argumentatione utimur, sed hæc, Differentia secundum ultimum sui sunt ens, minor, sed differentia secundum ultimum sui differunt, evidenter sequitur, ergo differunt in ratione entis.

V.  
Ratio Entis ob differentias quibus inest, est formalissimè inæqualis.

VI.  
Ostenditur ulterius conceptum Entis esse formaliter inæqualem.

VII.  
Ultima differentia entis in ratione Entis inæqualis.

VIII.  
Non tamen hinc sequitur rationem Animalis esse analogam.

IX.  
Alio modo sic compositio Generis & Differentia, alio modo compositio Entis.

X.  
Obicit, hinc inferri Animal formaliter differt à bruto.

XI.  
Ostenditur illam argumentationem non omnino facere contra nos.



rationis entis. Jam si simili formâ proponatur aliud argumentum, videbimus quam vim habeat: *Homo secundum ultimum sui est formaliter animal*, falsa primo statim aspectu apparet hæc propositio, cum enim secundum ultimum sui homo sit rationalis, sensus esset, *homo ut rationalis est formaliter animal*, quod secundum omnes est falsum: at admissâ transcendentia, differentia sunt formaliter ens etiam quoad ultimum sui, & hæc propositio est vera, *perseitas est formaliter ens*, hæc falsa, *rationalis est formaliter animal*: cujus sola ratio est quod animal non transcendat rationale, seu suas differentias, sicut ens transcendit suas.

**XII.** Opponit idem secundò, nu. 26. Differentia sunt ens, & aliquid aliud; ergo licet differant formaliter, non sequitur differre per ens, sed per illud aliud. Distinguo antecedens, differentia sunt ens & aliquid aliud, quod aliud sit formalissimè ens, concedo antecedens; quod non sit formalissimè ens, nego. Sicut si ruber color in ultimâ etiam differentia includeret formaliter seu ratione notâ rubedinem, à quocunque differt, per rubedinem differat necesse est. Unde negatur consequentia, si enim illud aliud quantumcunque præscindatur, sit formalissimè ens, si per illud differant, differunt necessariò in ratione entis. Aliter res se habet in animali & rationali, ut dictum est, homo enim ita est animal & aliquid aliud, ut illud aliud nempe rationale, non sit formaliter animal.

#### SECTIO IV.

*Utrum ens transcendat differentias, ubi abstrahi una ratio entis possit ab ente reali & rationis.*

**I.** Dicendum, ens non realiter tantum, seu à parte rei, sed etiam ratione nostrâ differentias omnes transcendere. ita Aristoteles sec. præcedente citatus dicens, *idèd ens genus non esse quia in modis includitur illud contrahentibus*, quod de aliâ transcendentia quam reali intelligi necessariò debet, alioqui nec animal erit genus. Idem, citans Aristotelem, clarissimè docet Doctor Angelicus q. 1. de verit. art. 1. corp. ubi sic habet, *Illud quod primò intellectus concipit quasi notissimum, & in quo omnes conceptiones resolvit, est ens, & alia in hanc ipsam rem ibidem plurima adjungit.*

**II.** Ratio à priori: *perseitas* secundum ultimum sui est quid reale, & oppositum Chimææ, ergo formalissimè in se includit ens. Antecedens probatur, habet in se prædicatum repugnans Chimææ, ergo: antecedens probatur, habet quod sit proximè constitutum substantiæ, sed nulla Chimæra hoc habet, ergo habet prædicatum repugnans Chimææ, ergo *perseitas* formalissimè est quid reale, sicque in se involvit ens.

**III.** Recentiores aliqui, ut hujus vim argumenti declinent, perseitatem nihil in formali suo conceptu includere ajunt reale, sed esse conceptu præscindentem à perseitate reali & rationis, æqualiter de utraque prædicabilem: & idem affirmant de *Ente*, quod commune & enti reali esse volunt & rationis.

**IV.** Sed contrâ primò, in entibus rationis nec vera ratio entis nec perseitas invenitur, sed solum metaphorica, ergo ab iis & entibus realibus una entis vel perseitatis abstrahi ratio non potest, quod enim à pluribus abstrahitur, in omnibus verè reperiri & propriè debet. Confirmatur, idèd secundum Philosophos omnes à *risu* hominis & præci una abstrahi ratio nequit, quia *risus* non verè in prato, sed metaphorice tantum reperitur, sed in entibus similiter rationis vera ratio entis aut perseitatis non invenitur, sed

solum metaphorica, ergo. Confirmatur secundò, hinc namque sequitur nulla esse Analoga attributionis, nec æquivoca, saltem à consilio, sicque *canis* respectu cælestis & terrestris, *homo* respectu veri & picti, termini erunt univoci, quidni enim æquè *homo* verus cum homine *picto* univocè conveniet, ac cum *ficto* seu Chimærico?

Contrâ secundò, hinc enim sequeretur unam rationem Dei à Deo vero & falsis seu fictis abstrahi posse, sed hoc est falsum, ergo: sequela est clara, æquè enim ratio Dei Diis competit fictitiis, ac ratio entis entibus fictitiis. Quodd autem hoc sit falsum, constat, Dij enim ficti non sunt omnino Dij, sic namque semper loquuntur Prophetæ, Deum enim ajunt esse solum Deum, solum bonum, solum omnipotentem, sanctum, justum, & similia.

Dices, verum quidem id esse de Deo de quo loquuntur Prophetæ, non tamen de omni eo de quo id Logici affirmant. Contrâ, ergo altius est Deus Prophetarum, alius Deus Logicorum, eorum, inquam, qui alteri quàm Deo vero Dei notionem tribuunt. Nostra verò sententia eundem cum Prophetis colit Deum, nec alium agnoscit. Contrâ secundò, docent passim Scripturæ alios omnes præter verum Deum non esse Deos, ergo ratio Dei ab iis abstrahi non potest.

Dices, volunt Scripturæ non esse eos veros Deos, non tamen omnem iis Dei notionem abrogant. Contrâ, idem in Scripturis semper sonat Deus & Deus verus, nec unquam aliud quidquam Deus vocatur nisi cum addito Deus fictitiis, sicut nec quidquam ens simpliciter dicitur nisi verum, nec risus, nisi risus hominis.

Contrâ tertio, in adversariorum principiis, quorum plerique universale ex pluribus, vel omnibus singularibus compactum esse volunt, hæc propositio Dominus, vel hic Deus est Deus hac deberet ratione resolvi, *hic Deus est vel verus Deus, vel Iupiter, vel Mercurius, vel alius quispiam ex illâ præcorum Deorum sarragine*, sicut hæc propositio Petrus seu hic homo est animal, sic ab iis resolvitur, *est vel homo, vel equus, vel mus, vel leo, vel aliud quodpiam ex animalibus*, quàm verò benè hoc sonet, & digne Deo, aliis judicandum permitto.

Probatur secundò, ens transcendere differentias. Per se & in alio seu perseitas & inaleitas quæ sunt differentia substantiæ & accidentis, non sunt composita metaphysicè, si enim essent composita metaphysicè, & rationem haberent in quâ conveniunt, & rationem in quâ differunt, non essent conceptus simplices & indivisibiles, magis quàm homo, animal, aut substantia, nec essent primò diversa, nec se totis, seu se ipsis different, se totis enim differre est nullam habere rationem in qua conveniunt, in qua etiam non differant. Non enim idèd dicuntur aliqua primò diversa quòd in nullo prædicato conveniant, hoc namque in nullis omnino rebus realibus reperitur, cum nullæ sint quæ non conveniant saltem in ratione entis, sed quòd nullum habeant in se prædicatum per quod cum aliis rebus conveniant, in quo etiam ab eisdem non differant, quod tamen cum convenientiâ persistit, si non perfectâ & univocâ, cum imperfectâ saltem & analogâ: si ergo sint conceptus simplices & se totis differant, non possunt unum habere conceptum in quo conveniant, & alium adæquatè distinctum in quo differant, ut est manifestum, sic enim per aliquid tantum sui differrent, & non se totis: ergo ens in ultimo conceptu perseitatis & inaleitatis imbibitur, & hæc non sunt conceptus ab ente adæquatè distincti.

#### SECTIO



## SECTIO V.

Resolvitur questio circa Analogiam  
Entis.

**I.** Prima conclusio: Ens analogum est non univocum. Ratio est, quia ut duabus præcedentibus sectionibus ostendi, transcendit differentias, transcendit autem tollit univocationem, & constituit Analogiam, facit enim ut in re per nomen significatâ exerceatur diversitas, ut jam probatum est.

**II.** Secunda conclusio: Hæc Analogia etiam in ratione entis abstractâ aliquo modo cernitur. Probatur, omne superius respicit inferiora, ergo conceptus communis seu superioris mensura, penes ordinem quem ad inferiora dicit, est desumenda: sic ut sciamus res aliqua genus sit an species, videndum quænam & quo ordine respiciat inferiora, si enim inferiora respiciat numero tantum distincta, de quibus prædicetur in quid est species; si respiciat inferiora specie distincta, est genus, & sic de cæteris. Cum ergo conceptus entis diverso modo inferiora respiciat, quàm animal, vel ullum aliud genus, erit Analogum. Diverfus autem hic modus est, quod ens inferiora respiciat tanquam ratio postulans transcendere ratione nostrâ ultimas eorum differentias. Quare Angelus videns in actu præscindente rationem entis abstractam, diverso eam modo videt inferiora respicere quàm animal, & hoc habere prædicatum peculiare; quod petat ratione etiam nostrâ, ut diversa sit in inferioribus formaliter: quod diversum est prædicatum ab omni ratione univoca, quæque in ipsa ratione entis relucet.

**III.** Dices, ratio Analoga debet esse partim eadem; partim diversa, prout eo nomine significatur, sed ratio entis abstracta non est partim eadem, partim diversa, sed omnino eadem, ergo. Respondeo distinguendo majorem, debet esse partim eadem partim diversa actu, prout illi conceptui objicitur, nego majorem; debet esse actu eadem, & aptitudine etiam ratione nostrâ diversa, concedo & eodem modo distinguenda est minor.

**IV.** Ad Analogiam ergo sufficit, quod hujusmodi sit conceptus qui ratione nostrâ diversus esse petat in inferioribus, hæc enim exigentia cum sit respectus essentialiter diversus ab omni respectu conceptus univoci (utpote qui hoc non petit, imò essentialiter petit contrarium) sufficit ad constituendum diversum essentialiter conceptum à conceptu univocorum, licet verò non semper sciamus ens, aut aliud Analogum inferiora diverso modo respicere ab univocis, nisi illud ad ea comparando, non tamen inde sequitur non respicere illa diverso modo, sicut genus abstractum diverso modo sua respicit inferiora, quàm species; aut differentia, licet id non sciamus nisi ea ad inferiora comparemus. Aliud ergo est esse Analogum, aliud sciri esse Analogum, sicut aliud est sciri esse aliquid genus, speciem, vel differentiam, aliud esse.

**V.** Non itaque in ente tantum per differentias contracto, sed in ipsâ etiam ratione communi entis abstractâ; apparet aliquid, ratione cujus dici potest analogia, etiam in ipso conceptu communi. Quod præter dicta, ulterius sic declaratur: Verba in definitionibus non actum significant, sed potentiam, unde licet definitio Analogorum sit quorum nomen est commune, ratio verò substantia, per nomen significata partim eadem, partim diversa, intelligendum id est, non quod necessarium ratio illa actu diversa sit, sed potentia, & sensus est, rationem Analogam illam esse, quæ aptitudine diversa est formaliter ratione nostrâ in inferioribus,

quod non competit univocis, imò petunt, ut dixi, oppositum, exigunt enim ut diversitas ratione nostrâ non in ratione per nomen univocum importatâ, exerceatur, sed per alium conceptum extraneum, ut ostensum est sec. 3. & 4.

## SECTIO VI.

## Solvuntur objectiones contra Analogiam entis.

**O**bjicitur primò; in ratione entis abstractâ nulla apparet diversitas vel inæqualitas, ergo est univoca. Distinguo antecedens, nulla apparet diversitas actualis, transeat antecedens; aptitudinalis, nego: hæc autem ad analogiam sufficit; ut diximus, cum diverso essentialiter modo sua respiciat inferiora, quàm conceptus, ullus univocus respiciat sua, nempe petens transcendere ultimas eorum differentias, sicque ratione nostrâ in illis diversa esse & inæqualis secundum rem per nomen significatam. Non est autem opus actualem diversitatem in ipsâ cerni ratione communi ut abstractâ, verba enim in definitionibus, ut dixi, non actum significant, sed aptitudinem, ut dictum est sectione quarta. Apparet tamen etiam in ratione communi sufficiens diversitas ad Analogiam, nempe aptitudinalis. Respondeo secundò, rationem illam entis in statu abstractionis Analogam esse partialiter, id est, habere alteram Analogiæ partem, nempe ut sit eadem, adæquata autem Analogia requirit ut ratio per nomen significata sit partim eadem, partim diversa ratione nostrâ, illud habet ratio entis in statu abstractionis, hoc in statu contractionis, & in hoc differt ab animali & aliis generibus, ut ostensum est sectione tertiâ & quartâ.

**O**bjicit secundò, Scotus in 1. dist. 3. qu. 3. ultimæ differentię cuiusque rei non sunt ens, ergo falsum supponimus dum ens asserimus esse Analogum, quia transcendit ultimas differentias. Antecedens probat, hoc differt compositio metaphysica à physica, quod hæc resolvitur in suas partes possit, materiam scilicet & formam, quæ tamen non sunt in alias similes resolvable, illa autem in alias similes resolvitur potest, ut homo resolvitur in animal & rationale, ubi animal ulterius in suum resolvitur genus & differentiam potest. In hac tamen, inquit, compositione non est in infinitum procedendum, perveniri ergo tandem ad aliquas differentias debet, quæ non sint ens, sed modi tantum entis, & medium inter ens & nihil, seu quæ sint id tantum quo aliquid est ens, ac proinde sunt ens ut quo, non ut quod. Confirmatur, sumo duas differentias ultimas seu modos entis, vel conveniunt in ratione entis, & tunc in alio differunt, sicque non sunt ultimæ, vel in ratione entis non conveniunt, adeoque non includunt in se ens: hinc ergo conficitur, ens ultimas differentias non transcendere.

**A**d argumentum simul & confirmationem Respondeo, nullum hic sequi processum in infinitum, licet enim differentia ultimæ seu modi convenient in ente, ac proinde abstrahi ab iis possit ratio entis, non tamen ita, quin formalissimè ratione nostrâ in iisdem adhuc maneat, ac proinde non est præcisio adæquata, seu mutua, sed solum inadæquata: ut autem processus daretur in infinitum, nova abstrahi deberet ratio, quæ antea non fuerat abstracta, & ab aliquibus saltem formaliter à quibus antea non fuerat abstracta, ut in homine contingit, à quo abstrahimus animal, deinde ab animali vivens, à vivente corpus, & sic de cæteris, ubi relinquimus differentias planè extra conceptum generum, ut latius explicatum est sec. 2. in solutione 3. objectionis.

Ad



IV. *Implicat ut existat ali- quid a parte rei, quod, tantum sit ens ut quo.*  
Ad id quod additur differentias ultimas esse ens ut quo, est implicatio in terminis, quidquid enim existit, est aliquid, & consequenter ens ut quo, nempe quod tam veram habet existentiam atque quidquam aliud, unde est tam propriè ens atque aliud, ens enim idem sonat ac potens existere. Deinde modificatio est quoddam exercitium, quod proinde fundatur in ente, quod primus semper est cuiusque rei conceptus, & cuiuscunque exercitij, prius enim est existere quam quocunque modo operari. Ultimo & præcipuè, si modi isti seu differentie ultimæ entis sint entia tantum ut quo, ergo conceptus quibus tribuunt denominationem entis, ut ab his modis distincti, nec sunt ens ut quo, nec ut quo: non ut quo, quia non sunt hi modi, non ut quo, quia hoc habent formaliter secundum hanc opinionem à modis, seu ente ut quo, sicut agens denominatur tale ab actione: si autem conceptus illi rationem entis haberent à se essentialiter, superflui essent hi modi, sicut quod esset album, aut agens per essentiam, superflua in illo esset albedo, & omnis actio.

V. *Quoad rem conceptam idem sunt per se & ens per se, & solum differunt ex parte modi concipiendi.*  
Obijciunt tertiò, ergo modus per se idem est quod substantia, idem enim est ac ens per se, si essentialiter includat in suo conceptu ens: & idem est de esse in alio respectu accidentis. Respondeo, quoad rem conceptam idem dicere modum seu differentiam per se, ac dicit substantia, seu ens per se, & diversitatem solum esse ex parte modi concipiendi; explicitè scilicet in ordine ad potentiam existendi, vel tantum implicitè, non enim componitur substantia, ut sæpe diximus, ex ratione entis & differentia per se, sicut homo ex animali & rationali, sed est unus conceptus simplex, & differentia per se habet formalissimè in se inclusam rationem entis, cum non sit nihil. Qua de causa inter ens & differentias ut communis fert philosophorum sententia, non datur compositio metaphysica.

## SECTIO VII.

### Utrum dependentia unius ab alio tollat univocationem.

I. *Affirmat prima sententia consistere Analogiam in dependentia.*  
Requens est inter recentiores opinio Analogiam entis in dependentia consistere, quam, sententiam plurimum illustravit P. Suares d. 32. Metaph. 2. num. 14. & d. 38. f. 3. num. 16. eamque hodie ex recentioribus multi amplectuntur, licet tandem P. Suares f. illa tertiâ, num. 21. videatur in transcendentiam dilabi.

II. *Explicat hac sententia.*  
Asserit ergo hæc sententia, licet ratio entis propriè in Deo reperiatur & creaturis, substantiâ & accidente, esse tamen, respectu illorum, Analogiam, quia prius à Deo participari petit quam à creatura, à substantia, quam accidente, Deus enim ens est essentialiter à creaturâ independentis, creatura verò essentialiter ens per participationem. Substantia independentis est ab accidente, accidens essentialiter pendet à substantiâ, utpote ens ens, est ergo creatura ens dependenter à Deo, accidens à substantiâ, sicque ratio entis prius descendere postulat ad Deum, quam ad creaturas, substantiam quam accidens.

III. *Nulla dependentia per se consistit Analogiam.*  
Dicendum tamen, nullam dependentiam, seclusa transcendentia, Analogiam constituere conceptus communis; ita auctores pro transcendentia sect. 3. concl. 1. citati. Ratio à priori, nulla dependentia, seclusa transcendentia, efficere potest, ut ratio per nomen entis significata sit partim eadem, partim diversa in inferioribus, ergo nulla dependentia per se constituere potest Analogiam. Patet Antecedens, dependentia creaturæ à Deo, accidentis à substantiâ,

dependentia est omnium maxima, sed hæc seclusa transcendentia, non id præstat, ergo probatur minor, si ens differentias quibus ad Deum & creaturas contrahitur, non transcendat, esto prius pereret ad Deum descendere quam creaturas, non tamen descendit inæquale & diversum in ratione entis, sed tota diversitas exercetur in differentis, quæ, si ens eas non transcendat, sunt extra conceptum entis, & ens vicissim extra conceptum illarum, æquè ac animal extra conceptum suarum differentiarum, & è contrâ, ac proinde non magis inæquale erit ens per suas differentias, quam animal per suas, sicque diversitas tota non in formali ratione entis exercetur, sicut nec ibi in ratione formali animalis, sed in differentis tantum extrinsecis, & per aliquid enti adventitium.

IV. *Transcendentia verò facit diversitatem in ipsâ ratione entis.*  
At verò per transcendentiam diversitas exercetur in ipsâ ratione entis, etiam contracta. Cum enim exerceatur in differentis formaliter, & differentia secundum ultimum sui sint formalissimè ens, differunt formalissimè per ens, sicque clarè constat quomodo eadem ratio entis per nomen illud significata sit ratione nostrâ eadem partim, partim diversa. Confirmatur, animal à parte rei necessariò vel rationale est, vel irrationale, formaliter tamen loquendo dici potest animal etiam contractum nec rationale esse, nec irrationale, quia rationalitas & irrationalitas sunt differentie animali extraneæ, & adæquatè extra quidditativum illius conceptum, & è contrâ, licet sint de essentiali conceptu hominis, equi, & aliorum animalium. Est proinde animal ratione nostrâ rationale vel irrationale tantum denominativè, idque quia non transcendit differentias, idem ergo erit in ente, si secludatur transcendentia.

V. *Sequitur plurimè esse Analogiam, quæ tamen sunt univocæ.*  
Probatur tertiò, si dependentia creaturæ à Deo, accidentis à substantia rationem entis reddat partim diversam in inferioribus, ergo quævis dependentia diversitatem, saltem aliquam, in eâ ratione efficiet, licet non tantam, diversitas enim sequitur dependentiam, & pari cum illâ passu procedet, sed non certitur in rebus creatis hæc inæqualitas ubicunque invenitur dependentia, ergo.

VI. *Summa dependentia creaturæ à Deo non facit diversitatem in ratione entis, seclusa transcendentia.*  
Dices, ideò dependentia creaturæ à Deo diversitatem causat & inæqualitatem, quia est in causâ ut Deus sit ens simpliciter, juxta illud Exod. 3. v. 14. Ego sum qui sum, hoc est, sum ens absolute & simpliciter, creaturæ verò sunt ens veluti secundum quid, & respectu Dei sunt quasi non essent. Contrâ primò, non ita sunt quasi non essent, quin sint verè & propriè entia, ut suprâ ostensum est. Contrâ secundo, hoc quod est Deum esse ens simpliciter & à se, creaturam autem secundum quid & per participationem, solum arguit Deum ens esse perfectissimum ratione suæ differentie, vel quasi differentie, omne creatum esse infinitis gradibus excedentis, creaturam verò esse ens imperfectum ratione suæ differentie minus perfectæ ac limitatæ, hæc tamen differentie in hac sententia sunt æquè extra conceptum entis, ac animal extra conceptum rationalis & irrationalis.

Quartò probatur conclusio quibusdam instantiis; ratio partis physice esset Analoga materiæ & formæ, cum forma materialis eodem ferè modo à materiâ pendeat quo accidens à substantiâ. Potentia item vitalis ut sic potentis appetitivis & apprehensivis, actus vitalis intellectiōni & amorì, intellectiō apprehensiōni, iudiciō, & discursui forent Analoga, prius enim rationem potentie intellectus participat quam voluntas, quia hæc ab illo dependet non è contrâ, & ratio actus prius descendit, & ad actum intellectus contrahitur, quam voluntatis. Apprehensiōnis, quam iudicij. In istis proinde constitueretur Analogia, quod tamen ab omnibus negatur.

Nec



VIII.  
Nec obstat  
quod in his  
sit mutua  
dependentia.

Nec dicas non urgere hæc exempla, quia sunt de correlativis, quæ à se mutuo pendent, mutua autem dependentia tollit Analogiam, quippe quæ consistit in dependentiâ unius ab alio simul cum independentiâ alterius ab illo. Contrâ, substantia & accedens pendent à se mutuo, substantia enim essentialiter dicit ordinem ad accidentia possibilis, non minus quam potentia vitalis ad actum. Imò P. Suarez relationem ponit transcendentalem Dei ad creaturas, ergo hic etiam est mutua dependentia.

IX.

Nec ad Ana-  
logiam suffi-  
ciat depen-  
dentia cum  
independenti-  
â in eodem  
genere.

Dices, non quamcunque dependentiam sufficere ad Analogiam, sed eam solam cum una pendet ita ab aliâ, ut aliud in eodem genere ab aliquo tertio ulterius non pendeat, sicut accedens pendet à substantiâ in genere causæ materialis, quo in genere substantia est omnino independens, licet pendeat à Deo in genere causæ efficientis: actus autem vitalis è potentia pendet in genere causæ materialis & efficientis. Contrâ, forma in genere causæ materialis pendet à materiâ, ita ut materia in eodem genere à nullo pendeat, ergo ibi saltem erit hæc Analogia.

### SECTIO VIII.

*Inferuntur quedam circa Analogiam entis.*

I.  
Ens est Ana-  
logum etiam  
respectu eo-  
rum qua  
tantum nu-  
mero distin-  
guuntur.

Infero primò, ens non respectu hominis tantum, lapidis, & leonis genereque aut specie distinctorum, Analogum esse, sed respectu Petri etiam & Pauli, & quorumcunque aliorum solo numero differentium. Ratio est, quia transcendit ultimas eorum differentias, ac proinde differunt formaliter per ens, nec enim est necessarium ad Analogiam ut sit inæqualitas, quam non semper in individuis ejusdem speciei reperiri probabiliter censent multi, sed sufficit diversitas quæ nunquam deest, cum unumquodque individuum suam necessariò habeat differentiam numericam, per quam diversum constituitur ab alio.

II.  
Transcen-  
dentia non  
facit ut con-  
cipiatur

Infero secundò, licet Enstrascendat differentias, non tamen in omni re quam cogitamus, concipimus ens explicitè, seu rem illam ut ens, vel ut aptum existere, sed implicitè tantum, sicut cum concipimus animal, non concipimus explicitè in eo ratio-

nem corporis, hoc est, non concipimus expressè illud quod consideramus, esse corpus, sed si supra objectum reflectamus, & penitus illud intueamur, advertemus menti nostræ objectam verè fuisse rationem corporis, dum animal concipiebamus, non tamen objectam fuisse rationem rationalis, quia corpus in animali necessariò & essentialiter includitur tanquam formale ipsius constitutum, in quo tamen non includitur formaliter rationale, conceptus enim formalis animalis non constituitur per conceptum rationalis, si tribuamus singulis singulis. Ens verò includitur in omni omnino re, qua de causa ait Aristoteles, *superflue poni ens in definitionibus rerum*, quia scilicet intrinsecè in omni genere & differentiâ reperitur.

Infero tertio, compositionem metaphysicam nullam arguere imperfectionem, sicque non esse cur Deo negetur. Licet enim compositio physica Deo competere nequeat, utpote summæ Dei simplicitati repugnans, illa tamen quæ merè est per intellectum, tantum abest ut imperfectionem sonet, ut potius arguat perfectionem, varia enim prædicata & perfectiones rei illi inesse denotat.

Infero quartò, hinc sequi, nullam habere vim quod afferunt aliqui ad probandum unam abstrahi rationem entis non posse Deo & creaturis communem, quod nimirum ens sic abstractum, foret Deo simplicius. Respondeo enim si per simplicius intelligant esse rationem illam entis quid Deo abstractius, nihil inde sequi incommodi, etiam si concedatur. Si verò per simplicius, intelligatur minus habens compositionis physicæ, falsum est, Deus enim ut metaphysicè, ob infinitas quas in se complectitur perfectiones, virtualis maximè est & multiplex, ita physicè unus maximè est & simplex, rerumque omnium creaturarum perfectiones modo infinite perfectò, in se indivisibiliter complectens.

Infero quintò, Ens conceptum omnium Metaphysicorum conceptum esse imperfectissimum. Ratio est clara, nam quicumque alius conceptus in se includit Ens, ergo illam, quantalacunque est, entis in se perfectionem continet, & suam superaddit. Unde & in compositione metaphysicâ; comparari hoc nomine solet materiæ primæ in compositione physica, quæ formæ etiam imperfectissimæ in perfectione cedit.

## DISPUTATIO XLI.

*In libros Perihermenias. De Nomine, Verbo, & Propositione.*

DE his omnibus fusè dictum est in Introductione ad Logicam, dist. 5. & 6. quare nihil hic superest circa illa in præsentia discutien-

dum. Tractatum verò de signo, cum multa in se scitu digna contineat, quæque Tyronum captum superent, in hunc locum rejeci.

## DISPUTATIO XLII.

*De Signo.*

ANGELI suos ad se invicem immediatè conceptus dirigendo, summâ facilitate, expeditione, dexteritate loquuntur. Anima in corpore velut quodam ergastulo conclusa, ut nihil nisi sensuum ministerio recipit, ita non nisi organi ali-

cujus corporalis operâ, & signis quibusdam externis sensa sua exprimit. Hinc à naturâ lingua homini data, index animi, internarum cogitationum ac mentis interpres. Muri manibus loquuntur, oculis, capite, & (ut est ingeniosa necessitas) vix ulla corporis



Muti quā-  
vis corporis  
pars est lin-  
gua.  
Quia muti  
digitis lo-  
quuntur.  
Surdus oculis  
audient.

ris pars est, quam, ubi usus venerit, in linguam non efformant. Digitis proinde articulata loquuntur, modumque intimas etiam cogitationes prompte aliis, & expedite aperiendi, ad unguem norunt. Hinc mira rerum catastrophe: quæ enim ij digitis loquuntur alij oculis audiunt, dumque illi linguam in manibus, aures hi in oculis gestant, sicque nullo miraculo, & muti loquuntur, & surdi audiunt. De his ergo signis nobis in præsentī disputandum.

## SECTIO PRIMA.

### Quid & quod duplex sit signum.

I.  
Quid dicatur  
significare.  
& quomodo.

**L**icet significare dicatur is, qui signum præbet, ut homines animi sui sensa significare dicimus, dum ea vel verbis, vel nutibus, vel efformatis in charta characteribus aliis declarant; ij tamen non magis propriè dici possunt significare, quam domum is comburere, qui ignem applicat: Non enim, quidquid probatur in vulgus, id statim censendum est Dialecticæ calculis admitti, re enim verà, sicut hic non domum comburit, sed ignis, ita nec ille significat, sed nutus, characteres, & verba, quæ hominum immediatè mentem indicant.

II.  
Significare  
est potentia  
cognoscenti  
aliquid im-  
mediatè re-  
presentare.

Significare itaque propriè, est potentia cognoscenti aliquid immediatè representare, ut hæc vox, homo hominem significat; fumus ignem. Unde nec probandam censeo (nisi hoc modo intelligatur) illam signi definitionem quam tradunt nonnulli *Signum est quod facit scire*; sic enim homo dum aliquid dicit, esset signum, imò & Deus, dum nobiscum ad videndum vel intelligendum concurrat. Quare signum in communi sic rectè quis definiat, est id quod potentia cognoscenti aliquid à se distinctum representat, siue ipsum cognoscatur, siue non; à se, inquam, distinctum, saltem formaliter, ob cognitionem reflexam, cum quis aliquid intelligit, & simul se intelligere percipit: illa enim cognitio se representat, sicque est signum simul & res significata, quod & in voce nonnunquam contingit, ut cum dico: *omnis terminus est vox, seu verbum*. De quo plura sec. sequente nu. tertio.

III.  
Signum na-  
turale, & ad  
placitum.

Dividitur primò, signum in naturale, & ad placitum: naturale est, quod ex naturâ suâ vim habet ad aliquid significandum, ut gemitus dolorem, fumus ignem; effectus, universam suam causam: sicque hæc apud omnes idem significant. Signum ad placitum est, quod licet ex naturâ suâ non habeat vim aliquid significandi, habet tamen ex beneplacito hominum, siue id impositione fiat, siue consuetudine, ex tacita scilicet hominum conspiratione, & consensu: impositione, ut vox *Homo* significat animal rationale, cum significare potuisset formicam, & formica hominem. Quo in casu voces istæ, quamvis materialiter eadem, essent formaliter diversæ: etsi namque idem adhuc perferret verborum sonus, significatio tamen, quæ anima est, & vita vocis, penes homines est, qui proinde sicut illam omnino tollere, ita de voce in vocem transferre arbitrari suo possunt. Quo sensu d. 2. de Poenit. l. 1. dixi omnium sacramentorum formas, quoad externum verborum sonum, in hominum potestate sitas esse, qui hoc sensu mutare eas pro libitu possunt, & efficere ut forma unius sit forma alterius, imò ut forma poenitentiae non sit, *Ego te absolvo*, sed ego te ligo, vel stringo. Quod & in aliis signis ad placitum contingit: tuba enim uno modo ac tractu inflata classicum canit, alio canit receptui, si tamen Imperatoribus, iisque quorum interest placere, classicum receptum, receptus classicum significaret.

IV.  
Signum ex  
consuetudine

Signum ex consuetudine est hederæ appensa quæ vinum significat vendibile, mappa posita canam

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

&c. licet signum ex consuetudine nonnunquam ad naturale revocari possit, quia in naturâ fundatur, ut si canis visus denotet adventum Domini, quia illum solet comitari. Unde signum ex consuetudine semper vel ad naturale signum reducitur, vel ad signum ad placitum.

Secundò signum formale aliud, aliud instrumentale. Formale ab informando dicitur, & per sui exhibitionem potentia cognoscenti, facit eam in alterius cognitionem devenire, licet speciem sui non imprimat: nec ab illâ potentia cognoscatur. Hujusmodi primò sunt actus intellectus, & sensuum, qui potentias informando, objecta in genere causæ formalis repræsentant. Deinde species seu similitudines rerum potentiis impressæ, per quas objecta quorum sunt similitudines cognoscimus, speciebus ipsis non perceptis.

Instrumentale signum est, quod ita in alterius cognitionem inducit, ut ipsum etiam cognoscatur, ut fumus visus est signum ignis; vox quævis, rei quam significat. Hinc sequitur idem esse posse & formale, & instrumentale signum respectu diversorum; actus enim intellectus in Petro (idem est de actibus sensuum) quo cognoscit leonem e.g. respectu Petri est signum formale; at verò respectu Angeli, qui hunc actum intueretur, & ex illo cognito cognosceret leonem quem repræsentat, esset signum instrumentale.

Ex signis porro alia sunt purè manifestativa, ut campana pullata concionis signum est, vel officij divini; & hujus generis sunt omnia formalia. Alia manifestativa simul sunt & suppositiva, ut Prorex, qui regem ita significat, ut illius loco substituitur. Hujusmodi etiam sunt voces respectu rerum, pro quibus in propositionibus supponuntur: Unum verò & idem signum reale diverso modo consideratum potest ad diversa membra spectare; omne enim signum formale est naturale, licet non è contrà: & omne ad placitum, instrumentale, licet non vice versà omne instrumentale ad placitum, fumus enim non est ad placitum, sed naturale. Item vox *Homo* v.g. est signum instrumentale ad placitum, manifestativum & suppositivum respectu rei quam significat, & naturale respectu prolatoris, quem indicat.

## SECTIO II.

### Inquiruntur quedam circa significationem vocum.

**Q**uæres primò, quid sit vocum significatio? Respondedo duplicem esse, in actu primò, & secundo, hæc est actualis rei significatæ representatio, quando scilicet actu in alterius cognitionem inducit. Prior, nihil aliud est quàm ipsa vox pro materiali, & voluntas instituentis moraliter manens, tamdiu autem censetur moraliter manere, donec revocetur. Porro voluntas hæc non est actus quo vult vocem *Homo* v.g. esse significativam (hic enim actus vellet seipsum, cum per ipsum sit formaliter significativa) sed quo vult eam quoties profertur actu significare, & repræsentare hominem audienti.

Quæres secundò, quis possit significationem vocibus indere? Responderetur, in primis id posse Principem, quod Adam in paradiso pro humano genere tanquam illius caput ac Princeps præstitit. Secundo id potest respublica. Terriò quivis hominum cætus, sic enim illos, quos passim Ægyptios vocant fractis videmus & asperis inter se verbis uti, quibus tamen suos sibi invicem conceptus manifestant. Quarto quicumque particularis homo linguam sibi fingere

V.  
Signum For-  
male, & in-  
strumentale.

VI.  
Idem esse pos-  
sumus test signum  
formale & in-  
strumentale.

VII.  
Ex signis  
alia manifestativa  
tantum, alia  
manifestativa  
simul & suppositiva.

I.  
Significatio  
vocum du-  
plex, in actu  
primò, & in  
actu secundo

II.  
Significatio  
nem vocibus  
indere potest  
Princeps.  
Respublica.  
Quivis ho-  
minum cætus.

Quicumque  
particularis  
homo linguam  
sibi fingere



ingere ac formare potest, quam in charta exaratum ipse, & solus ipse intelligit.

III.  
An requiratur distinctio inter signum & rem significatam.

Quæres tertio, an requiratur distinctio realis inter signum & rem significatam, vel an idem esse queat signum sui? Univerſim loquendo non videtur requiri distinctio realis inter signum & rem significatam, idque sive de signis internis sermo sit, sive externis. Quoad interna, quid vetat eundem actum intellectus supra se simul cum aliis objectis reflectere? qualis est actus quo quis mente dicit, *omne accidens*; *omnis qualitas*; *omnis actus intellectus*; *omne ens*. Huiusmodi, inquam, actus cum omne ens, omnem qualitatem &c. repræsentet, & ipse accidens vel qualitas sit, se repræsentet necesse est. Idem ostenditur in signis externis; hæc namque voces, *Omni vox*, *omne verbum*; cum voces omnes, & verba significant, se inter reliqua significant, sicque sunt signum sui. Quomodo autem hoc non sit contra essentiam signi, ostendi sect. precedente n. secundo.

IV.  
Non requiratur distinctio inter loquentem, & eum ad quem sermo dirigitur.

Quæres quarto, an requiratur distinctio inter loquentem, & eum ad quem sermo dirigitur? seu quod eodem recidit, possitne quis loqui secum? Respondet posse, idque sive sermo sit de interna loquutione, sive externa: primo enim generatim nos ipsos cum aliis alloquimur frequenter, ut; *Eamus, festinemus* &c. sic Apostolus ad Hebr. 4. d. 16. *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ* &c. Imò et si soli quis verba proferat, verè tamen loquitur: sic Arsenius fertur sibi identidem dicere solitus: *Arseni ad quid venisti*? sic sanctissimus Patriarcha Franciscus, verbis subinde se asperis excipiebat, ut humilitatis in se affectum (in qua virtute mirum in modum eminebat) magis indies, ac magis excitaret.

### SECTIO III.

An, ut verba sint significativa, & quis propriè loquatur, debeat & proferens ea intelligere, & audiens.

I.

Quod hic proponimus effi minoris fortasse momenti non nemini videri possit, utpote de vocibus, gravissimæ tamen ab eâ in Theologia difficultates, dum de formis sacramentorum disputatur, pendent.

II.

Certum est, verba proferentem non intelligenti, aliquo modo loqui.

Quoad secundum (ut si quis linguæ græcæ peritus homini illius ignaro græcæ verba proferat) si per locutionem aliud nihil intelligatur quàm articulata verborum efformatio, certum est eum loqui, quod enim alter verborum sensum non percipiat, nihil obstat quò minus hic clarè & distinctè verba singula ac syllabas pronuntiet.

III.

Propriè etiam loquitur, qui verba proferat non intelligenti.

P. Hurtado d. 8. log. f. 2. n. 23. hunc loqui negat, & hæc duo correlativa facit, unum loqui & alterum intelligere, quem hac in parte multi sequuntur ex recentioribus. Hunc loquendi modum probare nunquam potui, scriptores enim omnes, tum antiqui tum novi, tum sacri, tum profani loqui eos autumant, qui verba non tantum homini non intelligenti, sed brutis & etiam animantibus, ipsisque adeo rebus inanimatis proferunt: sic Josue 10. dicitur Josue loquutus soli. Sic Marc. 11. v. 13. *Videns Iesus ficum* &c. dixi ei &c. *Imperavit ventis & mari* Math. 8. v. 26. Et hæc est ratio cur Theologi communiter negant formam absolutionis prolata super absentem esse validam, ut ostendi d. 2. de Pœn. sec. 5. quod verba absolutionis pronuntians alloquatur poenitentem, verba autem ore prolata (quæ essentialiter in hoc sacramento requiruntur) maximè particula *Te*, arguunt eum quem alloquimur esse præsentem: sæpè autem contingit eum, cui hæc verba pronuntiantur,

aut surdum esse, aut linguæ Latinæ ignarum, aut etiam à sensibus abstractum jacere, mortui similiorum quàm vivi. Quod etiam ex formâ baptismatis ostendi potest, dum baptizans infantem alloquitur recens natum: quid, oro, intelligit paucarum horarum puer, qui, sit necne, nondum intelligit?

Cum ergo hæc totius antiquitatis vox sit, communisque omnium sensus, quidni cum omnibus loquamur? cum, inquam, de modo loquendi sit discretio, modus ipse loquendi litem dirimat, communisque hominum usus. Gratis ergo asserit P. Hurtado loqui & intelligi esse correlativa ut ostensum est. Quid verò sit loqui dicam in fine sectionis.

Quæres, num in hoc casu voces sic prolatae sint saltem in actu primo significativa? Respondetur respectu hominum esse remotè significativas, non proxime, proxima enim seu expedita vis ad significandum proximam seu expeditam in audiente supponit capacitatem ad intelligendum. Respectu verò brutorum & inanimatorum ne remotè quidem sunt significativae, cum nulla omnino ad intelligendum in subjecto sit capacitas.

Quoad primum, utrum si aliquis, qui Hebraicæ linguæ ex.g. nullam habet notitiam, Hebraicæ quædam verba Hebræo proferret, aut alteri illius linguæ perito, utrum, inquam, in hoc casu verba illa sint significativa?

P. Arriaga d. 13. log. f. 1. sub. 4. n. 27. hæc verba, ait, non esse significativa, eo quod quantumcumque ea intelligat audiens, proferens tamen eorum sensum non percipiat. Quod recentioribus quibusdam certum adeo exploratumque videtur ut extra omnem ferme disputationis aleam colloceat.

At sanè non est hoc omnibus perinde certum, imò verò contrarium mihi semper multò visum est probabilius; nec ad vocum significationem quidquam interesse arbitror: proferens ea intelligat, necne; sed sicut valor monetæ, non à particularis cuiusquam, sed ab unius Principis voluntate, ita verborum significatio ac sensus à solius imponentis arbitrio pender.

Quod sic alterius declaro: verba scripta vel typis mandata non minus sunt significativa & expressiva conceptuum, quàm ore prolata, sed illa non requirunt ut immediatè ea efformans sensum ipsorum & significationem percipiat, ergo nec verba ore prolata; consequentia est evidens, major, ab omnibus admittitur; tres enim assignant loquendi modos, verbis, nutibus, & characteribus in chartâ, aliave re effictis; nec minus perfectè historiam quis intelligit, dum eam in libro typis excusam legit, quàm dum ex ore narrantis excipit. Minor itaque probatur, amantenses & typographi ea sæpè scribunt; & imprimunt, quæ planè non intelligunt, vel quia in linguâ continentur iis ignotâ, Græcâ scilicet, Hebræâ &c. vel in terminis non passim obviis in quos incurunt dum res ex.g. Mathematicas vel etiam logicas literis mandant.

Dices, ad hoc ut verba vel scripta vel impressa significant, sufficit, ut is qui historiam primò scripsit ea intelligat. Contrà primò, ergo ut verba sint significativa non requiritur ut qui ea immediatè proferat, illa intelligat. Contrà secundò, qui historiam primò scripsit mille fortasse ab hinc annis mortuus est, nec magis propriè ipsius hæc signa dici possunt quàm imago ad alterius ab Apelle dudum vel Xeuxe depictæ exemplar, nunc delineata, Xeutis dici possit aut Apellis. Contrà tertio, ergo & voces à psittaco prolatae erunt significativae, sufficit enim secundum hunc respondendi modum, quod qui psittacum docuit eas intellexerit.

Dices secundò, licet Typographus clarè verborum

IV.  
Loqui & intelligi non sunt correlativa.

V.  
Voces hebraicæ sunt remotè significativae.

VI.

VII.  
Dicuntur autem qui, verba prolata ab eo, qui illa non intelligit, non esse significativa.

VIII.  
Contrarium est longè probabilius.

IX.  
Probatur ut verba scripta, aut typis mandata.

X.  
Nec in hoc est distinctio significatio verborum impressorum quod qui rem primò scripsit illa intellexerit.

IX.



IV.  
Nec suffi-  
cit quod  
Typogra-  
phus confu-  
sit verba illa  
intelligat.

rum quæ imprimi sensum non percipiat, percipit tamen obsecrè, & modo quodam confuso, novit enim per ea significari aliquid, licet quid sit, ignoret. Sed contrà primò, hoc etiam novit loquens, & audiens, ergo casus est impliciter, semper enim tam in audiente quàm loquente est sufficiens vocum notitia ad loquendum. Contrà secundò, Quæstio de qua hic disputatur est, num hæc aut similia verba proferens *Paries est albus* hoc verè loquatur ac dicat, ubi vel loquens has voces non intelligit, vel audiens. Contrà tertio, Sic enim quivis linguas omnes intelligeret, dum enim loquentes audit, vel characteres in chartâ efformatos videt, novit aliquid sub ijs contineri, & homines loquendo aliquid sibi invicem significare. Contrà quartò, Verba illa in hoc casu typographo non essent signa ad placitum sed naturalia, quatenus nimirum dum volumen aliquod ignorat sibi linguæ imprimi, non malè colligit neminem sanæ mentis tantum vel laboris impensurum vel temporis, nisi aliquid scitu dignum sub illis characteribus contineretur. Quo sensu sec. sequente dicemus voces significare conceptus naturaliter, quatenus qui vocem *Homo* e. g. profert, signum est eum rem illam quam exterius significat, mente prius concepisse.

XII.  
Nec dici  
potest ver-  
ba ab eo  
scripta, qui  
illam non in-  
telligit, ni-  
hil signifi-  
care.

Dices tandem (quod non-neminem aliquando insinuantem audivi) verba à typographo, eorum sensum non intelligente, impressa nihil significare. Sed contrà apertè, huiusmodi enim librum legens, si linguam calleat, omnia clarè intelligit, à quocunque demum fuerit liber impressus: quis enim hac in parte inter doctum typographum discernit, & indoctum. Deinde consent universi propositiones in eo libro contentas veras esse, vel falsas, à quocunque illæ typographo fuerint impressæ, ergo, sunt significativæ, ut est manifestum.

XIII.  
Latius pa-  
ter loqui,  
quàm si-  
gnificare.

Latius ergo quoad præsens patet loqui quàm significare; hoc nunquam contingit nisi audiens loquentis verba intelligat: loqui verò est personam rationalem verba ex se & in actu primo significantia proferre: dico personam rationalem, loqui enim quandam in se continere videtur dignitatem, rebus irrationabilibus non concedendam. Quamvis, si ijs etiam tribueretur loquutio, non video quid inde sequeretur incommodi.

XIV.  
Aliud est  
de calefac-  
tione, a-  
liud de lo-  
quutione.

Dices loqui & intelligi, docere & doceri sunt correlativa. Confirmatur, implicat dari calefactionem nisi aliquid sit calefactum, ergo & doceri, quin aliquid sit doctum. Ad argumentum Resp. primò latius patere loqui, quàm docere. Secundò negatur antecedens, ad illa enim sufficit signa ex se significativa, & instructiva proferre sive intelligantur, sive non. Ad confirmationem manifesta est disparitas, calefactio enim alium terminum non habet, quàm calorem in extrinseco subiecto productum: at vero luctio & doctio, ut ita dicam, alium terminum habent, verba scilicet in ore loquentis vel aëre producta, quantum vis id ad quem diriguntur, ea non intelligat, imò nec audiat.

#### SECTIO IV.

Utrum voces significant res, an conceptus.

I.  
Sinitu con-  
proverbia.

**V**T nihil est in intellectu quod prius non fuerat in sensu, ita ad linguam nihil derivatur quod antea non fuerat in mente, seu cuius loquens id eam prius ac similitudinem apud se in animo non formaverat. Hinc oritur quæstio, utrum dum vocem quis aliquam exterius profert, *Homo* ex. g. vox hæc hominem ipsum significet, an id eam illam seu imaginem, quæ aliud nihil est quàm actus ipse intelle-

A. P. Th. Comptoni Philosophia.

ctus, quo hominem concipit? Uno verbo, num voces conceptus formales significant, an objectivos.

Dico primò: Voces ut signa ad placitum, & immediate significant solas res, ut signa tamen naturalia, & mediatè conceptus. Prima pars probatur, dum enim quis alterum loquentem audit, dicentem v. g. *stella sunt pares*, animus audientis non de interno loquentis actu, sed de stellis cogitat, nec ei curæ est quid loquens cogitet, sed quo pacto res ipsa se habeat.

II.  
Voces im-  
mediatè  
significant  
res, mediatè  
conceptus.

Confirmatur primò, quando quis alium quidpiam docet, ut *Deum esse Trinum & Unum; hominem constare ex animâ & corpore* &c. non intendit ut audiens actum ejus internum apprehendat, sed ut in rem ipsam feratur, illamque addiscat: cujus plenè fit compositus, etiam si internus loquentis conceptus ejus animo omnino non obverferetur. Confirmatur secundò, Iam enim contra communem omnium Dialecticorum sententiam omnes voces erunt æquivocæ, singulæ namque res inter se diversissimas significant, quæ de causâ, hæc & similes voces, *liber, palus, calum*, ob varias quas habent significationes ab omnibus censentur æquivocæ, sed si significant res simul & conceptus omnes hoc voces habebunt, ergo erunt æquivocæ.

III.  
Intendit lo-  
quens ut  
audiens ap-  
prehendat  
rem, non  
conceptum.

Secunda etiam conclusionis pars probatur, qui enim quempiam de hac vel illâ re, de cælo, de sole, de stellis disputantem audit, argutivè & per discursum infert, hæc eum mente revolvere, alioqui sermonem de ijs serere non posset. In hoc verò casu, voces signa sunt naturalia conceptuum, sicut fumus ignis, gemitus doloris, aut effectus, quivis suæ causæ. Quo etiam modo aliorum animalium soni ore prolati internas eorum imaginationes & affectus indicant.

IV.  
Ostendunt  
voces me-  
diatè sig-  
nificare  
conceptus.

Objicies primò: Aristotelem 1. Perih. c. 1. ubi sic habet: *Sunt ergo ea quæ sunt in voce, earum quæ sunt in animâ à passionum notæ.* Ubi per *notas* signa, per *passiones* conceptus indicat. Respondeo primò, solum velle Aristotelem voces esse notas seu signa conceptuum objectivorum, non formalium, seu rerum quæ concipiuntur, & per actus intellectus in mente esse dicuntur: secundò, dici potest voces mediatè & argutivè signa & notas esse ipsorum etiam conceptuum formalium, quatenus per discursum quis colligit illarum conceptum vocum eum formasse interius, qui eas profert exterius.

V.  
Do. et. A-  
r. sto. voces  
ess. signa  
conceptuum  
objectivorum.

Objicies secundò: voces significant res ut conceptus, ergo significant ipsos internos conceptus: sicut qui videt parietem ut album, videt albedinem. Contrà; etiam voluntas amat rem, virtutem v. g. ut conceptam seu cognitam, cognitionem tamen illam non amat. Dico itaque, ut, in his casibus reduplicare solam conditionem, non rationem formalem, sicut in si nili; ignis comburit ut applicatus, cum aliter comburere non possit, non tamen comburit applicatio. Albedo e contrà est ratio formalis, per quam paries conspicitur, & terminat visum.

VI.  
Particula  
ut sape re-  
duplicat  
solam con-  
ditionem.

Objicies tertio: Voces subrogantur loco conceptuum, ergo significant conceptus. Nego confessionem, sed ambo idem significant, loco autem conceptuum qui non comparent, substituuntur voces ut res exterius significant, quos conceptus significant interius: conceptus autem ipsos non significant, nisi naturaliter.

VII.  
Voces su-  
brogantur  
loco conce-  
ptuum, non  
tamen eos  
significant.

Objicies quartò: tam voces quàm conceptus sunt imagines & similitudines rerum, ergo sunt similitudines simpliciter, quæ enim imagines Cæsaris v. g. si sese invicem sunt similes Cæsari, necessariò sunt sibi ipsis similes, sedque invicem referunt, ac representant: Ergo etiam voces referunt, ac representant conceptus. Respondetur argumentum convincere de imaginibus citum.

VIII.  
Imagines  
naturales  
si sese invicem  
referunt,  
non imagi-  
nes, seu sig-  
na ad pla-  
naturæ.



naturalibus, ut in objectione ostensum est; secus verò res se habet in signis ad placitum seu ijs quæ quod significant, merè habent ex institutione hominum, alioqui vox *gladius* vocem *ensem* significaret, *folia frondes*, *hedera labarum*, & è contrà: & lexcenta huiusmodi; quippe quæ ad idem significandum ab hominibus sunt instituta.

IX. *Quo modo detur mendacis. m. si voces non significant conceptus.*  
Obijcies quintò: nisi voces significant conceptus, nullum dari posse mendacium, cum mentiri sit contra mentem ire, seu ostendere velle se id habere in mente quod non habet. Contrà, ad hoc sufficit quod voces tanquam signa naturalia indicent conceptus, ita scilicet ut argutivè & per discursum inferre quis possit, eum qui sic de re aliqua loquitur, similem de eà apud se in mente conceptum formare.

X. *Quadam voces significant immediate conceptus.*  
Dico secundò, quædam tamen voces directè, immediatè, & ut signa ad placitum significare internos mentis conceptus; ad hoc enim munus sunt ab hominibus impositæ, quales sunt hæc & similes voces. *actus intellectus, apprehensio, discursus, iudicium* & huiusmodi.

## SECTIO V.

*Utrum sicut voces, ita etiam scripturæ res immediate significant.*

I. *Duplex scribendi genus.*

Notandum duplex esse scripturæ genus, alterum quo non voces sed signa tantum quædam, & characteres efformantur, quales primò sunt numeri Arithmetici. 1. 2. 3. Deinde figuræ quibus Ægyptij utuntur, & Sinæ, suamque sibi invicem mentem & conceptus aperiunt. Aliud scribendi genus est, quo non huiusmodi signa, sed voces, quas ore proferimus, in chartâ exarantur, & de his maximè præsens instituitur quæstio.

II. *Dicunt aliqui voces scriptas significare immediate voces ore prolatas.*

P. Arriaga d. 13. log. s. 2. n. 36. affirmat hæc verba in chartâ vel tabulâ efformata, ex instituentis & scribentis mente habere, non ut res immediatè, sed voces ore prolatas, & per has tandem res significant: vox *Equus* v. g. eandem vocem ore dictam primò & immediatè significat, mox equum ipsum, *leo* leonem &c. Quod etiam docent Conimbricenses l. 1. perih. q. 3. ar. 4. Ego quid hac de re sentiam sequentibus conclusionibus aperiam.

III. *Voces scriptæ aliquando significant res immediate.*

Prima Conclusio: Huiusmodi verba in chartâ formata res aliquando immediatè significant, & nullo modo voces ore prolatas. Hoc mihi certius videtur quàm ut in dubium vocari possit. Surdi enim & muti scribere docentur, & verbis quæ in chartâ vel ipsi formant, vel alij intelligunt vocem *equus* significare equum, *homo* hominem, *ignis* ignem &c. Sed manifestum est hæc verba, voces ore prolatas ijs non indicare, cum soni percipiendi capaces non sint, ergo.

IV. *Possunt homines efficere, ut voces scriptæ semper significant res immediate.*

Secunda Conclusio: Possunt homines si velint efficere ut voces scriptæ res immediatè semper, & non per verba ore prolata significant. Hoc etiam mihi extra controversiam videtur; sicut enim voces rerum; ita scripturæ vocum ad summum est signum ad placitum, ergo dependens ab arbitrio hominum, ergo penes ipsos est ut hoc vel illud significet, vel non significet, ergo ut sit signum rerum non vocum.

V. *Voces scriptæ de facto significant res immediate.*

Tertia Conclusio: Verosimilius est scripturam res immediatè, non verò voces ex hominum institutione significare. Ad probationem notandum in omni voce scriptâ duo reperiri; primum est quod sit signum, seu nota in chartâ expressa, in quo cum signis Ægyptiorum convenit & Sinarum. Secundum est, quod eadem vox quæ in chartâ describitur, ore etiam proferri soleat.

VI. *Ratio est, quia frustra sit vocis significatio, si non sit res significata.*  
Probatur itaque Conclusio: homines hoc modo instituire scripturam poterant, ut significaret res immediatè, & non medijs vocibus, ut proximè ostensum est, ergo similis vero est hoc eos de facto præstitisse, frustra enim mediatè sit, & per ambages, quod multò expeditius immediatè fieret & proximè, ergo cum supponendum sit prudenter eos hac in re processisse, præsumendum est hoc modo scripturam instituisse. Confirmatur primò, secundum omnes, frustra sit per plura quod fieri potest per pauciora, cum ergo per solam signorum inspectionem mens scribentis colligi possit, ad quid vocum interpositio? quid, inquam, remotè & quasi per circuitum sit, quod expeditius fieret immediatè? Confirmatur secundò, dum mutuo se homines literarum officio salutant non ijs curæ est, ut articulatum vocis sonum & artificiosam pronuntiationem, sed ut res sub ipsis signis contentas percipiat is ad quem literæ diriguntur. Confirmatur tertio, alioqui eodem quis modo dicere posset, voces seu verba ore prolata non ad res immediatè significandas instituta esse, sed conceptus; ad res autem tantum mediatè ac remotè.

VII.

Obijcit P. Arriaga: Et si Græcam quis linguam aut Hebræam legere perfectè nosset, si tamen vocum significatio eum lateat, nunquam mediatum significatum, seu res sub ijs contentas intelliget. Respondet si sciat ad quid significandum signa hæc in charta sint efformata, sensum, seu res sub ijs contentas intelliget, idque licet de vocibus ore prolatis, nihil cogitet, imò voces esse nesciat, sed signa Ægyptiaca, & ore omnino non proferenda. Hoc verò probaret nec voces ore prolatas significare res immediatè.

VIII.

Obijcit secundò: etsi mutetur significatio vocis *Homo*, non propterea mutatur modus eam scribendi, sed hi characteres hoc modo & ordine formati, hanc semper vocem intuenti referent. Contrà, etiam vox ore prolata scriptam frequenter refert & in mentem audientium revocat, ijs præsertim, qui voces illas ex scripto primò didicerunt. Sic qui symbolum Apostolicum ex libro vel chartâ didicit, dum id postea repetit, non tam hoc memoriter præstare, quàm ex eadem quasi chartâ vel libro mentis oculis legere videtur. Respondetur itaque, hoc summum probare scripturam res & voces eque primò significare, non tamen cum aliquâ subordinatione; sed quasi disparatè, ut de vocibus similiter respectu scripturæ jam ostensum est.

IX.

Quidquid autem sit in initio, dum quis primò legere discit aut scribere, certè ubi ad perfectionem venerit, hæc minùs sunt necessaria. Cujus manifestum indicium est, quod si ostenso in chartâ vocabulo *Calum* v. g. *equus*, *ignis*, ab aliquo petatur quid ista velint, non respondebit significare vocem *Calum* &c. sed significare firmamentum, tale animal, elementum &c. ut fatetur ipse Arriaga n. 41. sicut quando quis primò discit rationem signi, voluntas imponentis identidem ei recurrat necesse est, cuius tamen postea vix meminit, ut bene docet P. Hurtado d. 8. log. s. 2. n. 19. & alij.

X.

Idem de numeris Arithmetici asserendum censeo, res scilicet significare non voces, licet enim hi numeri. 1. 2. 3. Europæis omnibus sint communes, non tamen propterea scio (ut bene Arriaga citatus n. 35.) quæ sit illa vox quæ Tartari vel Turcæ binarium numerum significant. Proprius tamen ad veritatem accederet, qui diceret numeros arithmeticos per se nihil significare, sed esse terminos syncategorematicos, ut introd. dixi. d. 2. l. 4. n. 2.

XI.

Maneat ergo Conceptus, voces, scripturam, & quæ immediatè res significare, Conceptus nobis, & voces & scripturam alijs, præsentibus voces, scripturam absentibus.

## SECTIO



S E C T I O V I.

An vox rem clarius manifestare possit audienti, quam sit nota loquenti.

**I.** **U**T certa ab incertis separemus: nemini dubium est quin Philosophus quispiam, aut alius perspicaci ingenio, audita voce Homo perfectiorem de re sub eâ contentâ conceptum formeret, naturam scilicet illius ac proprietates intimè penetrando, clariusque ac melius inde hominem cognoscat, quam cognoscat rusticus, qui eadem voce audita, externam fermè tantum illius speciem considerat, & hæret, ut ita dicam, in cortice.

**II.** Certum est secundò, actuale vocum significationem, seu in actu secundo, ut aiunt, hoc sensu dependere ab audiente, quòd non plus ipsi significant quam ipse actu percipiat. Unde quantumvis alta & sublimia speculetur vel loquens vel imponens, suoque alteri conceptus verbis exprimere conetur; plura tamen de facto verba illa non significant, quam is cui proferuntur intelligat. His positis

**III.** Ex æquo fermè hac in re divisi sunt auctores, affirmantibus aliis, aliis negantibus. P. Molina 1.p.q. 13.2.1.d.2. P. Vasq. 1.p.d.57.c.23. P. Tannerus 1.p.d.2.q.7. dub. 4. & alij affirmant posse voces rem clarius significare audienti, quam nota sit loquenti. Quam etiam sententiam docet Doctor subtilis in 1.d.22. Okam, Gabriel & alij.

**IV.** Negat P. Suarez 1.2. de Deo c.31. P. Hurt. d.8. log.f.2.n.24. P. Arriaga d.13. log.f.1.n.28. & alij tum ex recentioribus tum antiquis.

**V.** Dico primò, mensura significationis vocum desumenda non est penes captum loquentis, sed clarius rem significare audienti possunt, quam eam loquens intelligat.

**VI.** Probatur primò, si quis has voces, *Homo, Leo, Cælum* à docto prolatus audiat, vel indocto, eundem planè de rebus sub iis contentis conceptum format, ergo notitia quam de iis vel rebus, vel vocibus format loquens, in vocum significationem omnino non influit. Confirmatur, quando unus aliquis (Concionator v.g. vel Magister) plures simul alloquitur, quot illic sunt præsentibus, tot fermè diversos de rebus ibidem dictis formant conceptus, quæ sanè differentiæ ex cognitione loquentis, quæ unica est, oriri non potest. Confirmatur secundò, Exemplo P. Vasquez. Si quis qui Romam nunquam vidit, de illâ loquatur alteri qui ibidem natus, vel saltem commoratus est, clariorem hic multò de civitatis illius situ, de plateis, de mœnibus formabit conceptum, quam alter qui abstractivam, & imperfectam admodum de his rebus habet notitiam.

**VII.** Ratio demum à priori est, quia voces significare, est rei dictæ cognitionem in mente audientis gignere, hoc autem non fit immediatè à voce, sed mediâ specie, quam vel ante habitam (quæ memorativa dicitur) excitat, vel novam occasionaliter producit. Si ergo species memorativa in audiente perfectior sit, quam in loquente, perfectiorem gignet cognitionem. Si etiam major intellectus perspicacia in audiente sit quam loquente, vox occasionem præbebit perfectiorem in eo producendi speciem, & consequenter apprehensionem, ac notitiam. Confirmatur, sicut quòd perfectior est vis auditiva, ea perfectiorem vox in aure producit speciem sensibilem, ita, quo acutior vis intellectiva, perfectiorem intelligibilem.

**VIII.** Dices primò, vox externa subrogatur loco conceptus, seu vocis internæ, ergo non clarius rem exprimit

audienti vox externa, quam interna loquenti. Nego consequentiam; quia in audiente perfectiorem invenit concusam, nempe speciem, quam in loquente. Addo, si vox interna cognosci posset, talem in audiente produceret rei notitiam, qualem loquens producit externa.

Dices secundò; si res omnino non cognosceretur à loquente, nihil significaret audienti, ergo eo solummodo significat quo cognoscitur. Inprimis, nego antecedens, ut supra ostendi sect. secunda, si sermo sit de solo loquente, quamvis aliud sit de imponente. Respondeo secundò, negando consequentiam; quia in audiente, ut dixi, invenit perfectiorem concusam, nempe speciem aut intellectum perfectiorem: hæc autem est indoles causæ partialis, ut cum nobiliore concusâ præstantiorem producat effectum.

Dico secundò. Quando vox rem aliquam clarius & perfectius indicat audienti, quam cognita fuit à loquente, non hoc voci formaliter tribuendum esse, sed perfectiori speciei, vel vivaciori ingenio, quod in audiente reperitur.

Ad probationem, notandum, non quidquid ad effectum aliquem concurrat, censendum statim esse principium illius formalis, seu ita ut effectus elpeculiari modo tribuatur. Sic affirmant multi cælum in res omnes sublunares influere, & tamen dum calor calorem producit, ignis ignem, effectus illi non cœlo tribuuntur, esto verè influat, sed causis secundis; nec dicimus, est ignis quia à cœlo, sed quia est ab igne. Sic in actu supernaturali, ut intellectio est, causa illius formalis est intellectus, ut supernaturalis est, principium supernaturale: unde tribuendo singula singulis, est intellectio quia ab intellectu; quia à causâ supernaturali, supernaturalis.

Probatur itaque conclusio: quando vox audita ab eo qui habet perfectissimas species, vel ingenium vivacissimum, maxime claram in eo cognitionem efficit, singularis illa claritas non voci tanquam principio formali tribuenda est, sed speciei, vel intellectui, ergo. Probatur antecedens. si claritas illa summa in cognitione tribuenda esset voci, ita ut dici possit, est tam clara quia à voce, vox in quocunque audiente cognitionem æquè claram gigneret, sicut ea de causâ in quocunque intellectu est principium supernaturale, cognitionem efficit supernaturalem; cum ergo vox in quovis audiente hoc præstare nequeat, indicio est excessum illum claritatis in intellectu, non voci formaliter, sed ingenij præstantiæ acceptum referri debere, quamvis vox etiam concurrat. Sicut cum puer fortis ut duo simul cum viro quopiam robusto pondus levat ut centum; non puero actio illa tribuenda, sed viro; nec dici potest, est tam præstans actio quia à puero (quamvis etiam concurrat, & majora ac majora pondera cum pluribus viris levare in infinitum possit) sed quia à viro.

In præsentia itaque, tribuendo singula singulis, audiens in hoc casu intelligit, quia à voce excitatur; tam clarè, quia tanta est speciei perfectio, aut tam perspicax mentis acies. Cujus manifestum, ut dixi, signum est, quod vox eadem in intellectu minus perfectò tam perfectam rei cognitionem non gigneret, intellectus verò tam perfectus cum quavis voce (modò obiectum significaret) conceptum rei formaret perfectum, quod à fortiori fateantur ij omnes necesse est, qui audita quavis voce rei alicujus significativâ, affirmant in audientium mentibus cognitiones productum iri comprehensivas, si in iis species rei comprehensiva prius extiterit. De quo, sectione sequenti, conclusione quintâ iterum recurret sermo.

Nec obstat quòd vox externa subrogatur loco conceptus

**IX.** Nec etiam refert, quòd si loquens vocem omnino non intelligeret, nihil significaret.

**X.** Cui tribuendum, quòd vox clarius rem significet audienti.

**XI.** Non quidquid ad effectum concurrat, est principium illius formalis.

**XII.** Ostenditur perfectiorem illam cognitionem non esse tribuendam voci.

**XIII.** Intellectio tribuitur excitationi, claritas major vivaciori ingenio, vel speciei.



## SECTIO VII.

*Quomodo mensura significationis vocum  
desumenda sit ab imponente.*

**I.** Significatio, ut sectione primâ diximus, est vita vocis, utpote cujus non sono, sed sensu metienda est perfectio; unde *Datiss*, *Blitiri*, & siqua sint ejusmodi alia, voces censentur emortuæ. In præfenti ergo inquirimus, quam quamque latam significandi vim vocibus indiderit imponent, quosque illis limites præscripserit.

**II.** Certum omnino est, vocum significationem hoc sensu penes imponentem esse, quod nihil significant nec ad ullum objectum extendantur, nisi ad quod significandum ab eo sunt impositæ. Vox *leo*, exempli gratiâ, significare nequit Aquilam, vel formicam, nec è contrâ, cum nulla vox leges sibi præscriptas possit excedere. Quod vocibus cum aliis signis ad placitum est commune; hedera enim appensa, non panem, aut frumentum, sed vinum tantum isthæc vendibile demonstrat.

**III.** Præfens ergo controversia in eo sita est, non utrùm latius extendatur vocis significatio, seu ad plura objecta quam imponent instituerit, sed utrùm clariùs audienti possit eandem rem significare, quam imponent rem illam intellexerit, dum ei vocem primò imponent; vel, utrùm sicut penes imponentem est, quid quæque vox significet, ita & quam clarè significet, & sicut extensiva, ita & intensiva ejus virtus ex illius voluntate dependeat. Quod aliis verbis proponi solet à nonnullis, utrùm voces ab imperfectè & abstractivè rem cognoscente impositæ (quales nostræ omnes de facto sunt, utpote ex cognitione per sensum ministerium habitâ, rebus assignatæ) rem illam clariùs repræsentare ei possent, qui claras illius species haberet.

**IV.** Dico primò: si primus vocum institutor sumatur ut loquens est, & suos cum aliis conceptus vocibus à se jam cufis communicat, clariùs voces illæ rem audienti significare possunt, quam res illa nota sit imponenti, qui hic voce suâ utitur. Ratio est, quia hic non imponentis personam sustinet, sed solum loquentis, & in hoc ab aliis loquentibus nihil discrepat. Sicut valorem monetæ imponere unius Principis est, ubi verò valor semel est impositus, & pretium constitutum, communis Principi cum subditis est illius usus.

**V.** Dico secundò: possunt voces res clariùs audienti indicare, quam institutor, etiam in primâ vocum impositione res illas intellexerit. Ratio videtur clara, sicut enim propterea voces rem clariùs significant, quam imponenti, ut vidimus, quam sit nota loquenti, quia audiens & perfectione specierum, & ingenij acumine multis loquentem gradibus potest excedere; ita cum in iisdem superare etiam possit primum vocum institutorem, quo minùs eum in claritate cognitionis à vocibus occasionaliter proveniente superet, quid vetat?

**VI.** Dico tertio: non cognitionem tantum abstractivam, sed etiam quidditativam, imò & comprehensivam efficere possunt voces in iis qui quidditativas, vel comprehensivas species haberent. Ratio est, quia non minùs has excitarent species quam alias; & hoc modo facillè explicatur quomodo cum Angelis loquamur, qui species rerum habent quidditativas, & cum Christo, qui comprehensivas, in quo declarando non parum laborat contraria sententia.

**VII.** Objicies primò; nullus effectus excedere potest

virtutem suæ causæ, nemo enim dat quod non habet, ergo cum causa virtutis significativæ in voce sit vocis institutor, isque non quomodocunque, sed ut rem concipiens cui nomen imponit, qualis est mensura cognitionis, talis erit & vocis, ergo plus significare vox non potest quam imponent intelligat. Respondet deo, verum hoc esse de virtute extensivâ significationis vocum, seu in ordine ad plura objecta, ut supra declaratum est, non intensivâ, seu ad idem clariùs cognoscendum, cum hoc pendeat ab aliâ causâ, specie scilicet, vel intellectu, in quibus audiens longè potest superare loquentem. Et sanè parum prudenter fecisset vocum institutor, si omnes suo metiri modulo voluisset, imò nec præstare hoc potuisset, ut postea dicemus.

Objicies secundò; qui rebus primò voces imposit, id pro nostro tantum statu fecit, ut inter nos humano modo discurrere possemus, non ut res tam clarè significarent ac eas Angeli, & beati percipiunt.

Respondeo primò, in potestate institutoris non fuisse vocum significationem hac ratione restringere, ut postea ostendam. Secundò dico præcisivè se hac in parte habuisse, quod inde suadetur, quia multa verba ab institutore imposita res varias significant, quæ ad statum hunc, & naturæ ordinem (quem solum noverat institutor) non pertinent. Sic vox *unio* significat unionem Hypostaticam; *generatio* æterni verbi generationem, & alia hujusmodi.

Objicies tertio; si voces significant quidditativè, vox quævis res significabit maximè disparatas, ut *lapis* lunam, *formica* aquilam &c. Nego consequentiam, sed illas solas quæ connexionem aliquam cum re illâ habent, quam vox directè & primariò significat, & ad perfectam illius cognitionem juvant, ut sunt proprietates, passionis, effectus, & hujusmodi.

Objicies quarto; saltem cum juxta nos voces etiam comprehensive res significant iis qui species earum habent comprehensivas, sequitur quamlibet vocem res infinitas, imò omnes significare. Contrâ, hoc ipsis est solvendum adversariis, qui voces idem comprehensive non significare asserunt, quod institutor vim iis in actu primò significandi limitatam indiderit, suæque voluntate frænum quasi quoddam iis injecerit; unde si ita visum institutori fuisset, latiore iis significandi virtutem indere potuisset: fac ergo, quod nos asserimus (imò ut ego existimo, & sequente conclusionem ostendam, aliter facere non potuit) fac inquam, eum ita de facto voces instituisse, ut comprehensive, ubi speciem invenissent comprehensiveam, significant, quam ipsi in eo casu solutionem adhiberent, adhibebimus in præfenti & nos. Dico itaque nihil in hoc esse incommodi, in iis saltem rebus quarum notitia ad comprehensionem, saltem vulgarem, ut vocant requiritur, imò etiam quæ ad perfectam comprehensionem sunt necessariæ, si hæc in intellectum creatum cadat: de quo alibi.

Dico quarto: primus vocum institutor non solum nullos iis, quoad claritatem in excitando, limites præscripsit, sed nec præscribere potuit: unde extensiva tantum significandi virtus in imponentis potestate est, non intensiva. Ratio videtur clara, nam ubi semel voci cuiuspiam, *Homo* exempli gratiâ, vis est indita significandi, agit vox illa per modum causæ naturalis & necessariæ, non minùs quam imago hominis depicta; unde cum ex naturâ suâ sit concausa, si in audiente speciem invenit quidditativam, comprehensiveam &c. cognitionem simul cum illâ efficiet quidditativam, aut etiam comprehensiveam, idque velit nolit imponent.

Ad quod, notandum; licet vox *Homo* sit signum

Voces excitando hujusmodi cognitiones non excedunt virtutem suæ causæ.

VIII.

IX.

Institutor habuit se præcisivè ad præfentem, & alios statum.

X.

Nec hinc sequitur quæcumque vox significare directè res quasvis disparatas.

XI.

Nil vetat vocem aliquam plurimam significare indirectè.

XII.

Institutor non potest vocem limitatè præscribere quoad claritatem in excitando.

XIII.



In potestate  
institutoris  
est, ut vox  
significet, non  
ut hac vel  
illa claritate  
significet.

ad placitum, seu liberè habeat quod sit signum hominis, cum potuisset esse signum leonis, vel equi, imò nullius omnino rei signum, magis quàm *Blitiri*; in actu tamen secundo positâ institutione, significat necessariò. Sicut etiam imago hominis in tabulâ depicta est hoc sensu ad placitum, iidem enim colores illi, qui sub his lineamentis & tractibus in figuram efformati sunt hominis, sub aliis, si pictori ita visum fuisset, leonis vel equi effigiem expressissent, imò nullam omnino, si in pictoris officinâ mansissent, nec artis beneficio in hanc vel illam formam fuissent deducti. Quod coloribus figura, hoc vocibus imponentis voluntas est, quæ quibusdam quasi lineamentis vocem in hominis vel leonis intentionalem imaginem format, sicut colores ars pictoris in physicam.

XIV. Sicut ergo picta hominis imago oculis objectâ, repræsentationem hominis in intuitus mente, vellet nolit pictor, producit, ita vox in audientis intellectu, quamvis non aded vivacem, aliquam tamen hominis notitiam invito etiam institutore progignet, diversam tamen pro diversitate speciei, quam in ejus mente reperit. Et sicut pictor hanc imaginis efficaciam impedire nequit, nisi eam obliteret, ita nec institutor vocis, nisi illius significationem tollat.

Dico quintò: Probabile mihi est, voci ut principium formale est, certos semper ab imponente limites præscribi, non quidem in actu signato, sed exercito. Ad probationem conclusionis, notandum; ad institutionem vocis tria semper in imponente concurrere; cognitionem vocis, cognitionem rei, & voluntatem ut significet. Unde vox quæ signum, nihil aliud est quàm verbum & hi tres actus, voluntatis unus, duo intellectus, physicè primò, postea moraliter manentes, seu signum taliter cognitum, & volitum. Unde quanta cognitionis de re aliqua claritas imponentis est in instituendo, tanta formaliter loquendo institutæ vocis claritas est in essendo & operando; primum enim in unoquoque genere mensura est reliquorum, excessus autem omnis qui in cognitione à voce ortâ procedit, speciei vel intellectui tribuendus est, non voci, ut dictum est sectione præcedente, conclusione secunda.

Quod à fortiori dicendum iis est qui vim intentionem significandi vocum ita in imponentis voluntate statuunt, ut penes ipsum sit, quo minùs species quidditativas, aut comprehensivas omnino excident, ergo & restringere ulteriùs eas poterit ut non excident ullas clariores iis, quæ in imponente repertæ fuerunt, dum vocem institueret.

XV.

Voci, ut est  
principium  
formale, li-  
mites præ-  
scribuntur in  
actu exercito

XVI.

Hoc à fortiori  
dicendum  
in alia sen-  
tentia.

## DISPUTATIO XLIII.

## De Definitione, &amp; Divisione.

DE his etiam nihil admodum nobis hic restat dicendum, utpote quarum naturas & proprietates fuscè discussimus in Introductione, d. 4. solum hoc notò, præter genera Definitionum in Summulis enumerata, Definitiones quasdam esse quas vocant causales, nempe quæ per causas traduntur extrinsecas alicujus rei, efficientem scilicet & finalem: ut si quis dicat, *Eclipsis est interpositio lune inter solem & terram: homo est animal creatum ad videndum Deum*, & aliæ hujusmodi, quæ non essentiam rei immediatè in se & per causas intrinsecas expli- cant, materialem scilicet & formalem, sed tantum per extrinsecas. Duo circa Definitionem examina- da hæc remisi, quæ hic disquiram.

Definitiones  
causales.

## SECTIO PRIMA.

Verum definitio in simplici apprehensione consistat, an iudicio.

I. Suprà Disp. 7. sec. 4. dixi Definitionem esse subiectum Attributionis Dialecticæ. Ad objectionem verò quæ contra hoc fieri posset, Definitionem nimirum in simplici Apprehensione sitam esse, licet ibidem s. 6. n. 7. obiter responderim, plenam tamen quæstionis illius discussionem huc remisi.

II. Conclusio: licet definitio objectiva, seu totum obiectum per partes repræsentatum in Apprehensione reperiri possit, non tamen definitio formalis, nisi admodum imperfecta. Prior pars constat, quia cum quis simplici Apprehensione cogitat animal rationale, totum quod est in homine repræsentat, genus scilicet & differentiam, ergo nihil restat aliud cogitandum, cum illæ duæ partes adæquatè constituunt hominem. Unde licet etiam cognitio illi correspondens dici aliquo modo definitio formalis possit, est tamen admodum imperfecta, ut jam ostendam.

Definitio  
perfecta re-  
peritur tan-  
tum in iudi-  
cio.

Secunda itaque pars probatur, simplex Apprehensio non est propriè modus sciendi, ergo non potest esse propriè definitio. Probatur antecedens, modus sciendi propriè est qui facit scire, sed simplex Apprehensio non facit scire, quantumcunque enim stellas apprehendat quis ut pares, non tamen id novit, nisi assensum præbeat, quod spectat ad iudicium. Confirmatur, si definitio consistere possit in apprehensione, cur non etiam Argumentatio? potest enim quis certo ordine apprehendere duas præmissas & conclusionem, absque eo quod quidquam judicet, imò hoc inter disputandum frequenter evenit, præsertim cum hæreticis, ubi quicquid ipsi dicunt, eodem nos ordine apprehendimus, assensum tamen non præbemus. Maximè verò id contingit cum in re aliqua dubia sit discursus. Quod si tunc dicas non esse argumentationem, quia non est modus sciendi, nec esse modum sciendi, quia nil judicamus, idem inferam de Definitione, tam enim per argumentationem apprehensivam manifestatur passio, quàm per Definitionem apprehensivam essentia.

III.

Ratio est,  
quia simplex  
apprehensio  
non est propriè  
modus  
sciendi.

Probatur secundo, si simplex apprehensio alicujus rei dici possit modus sciendi, ergo non est cur visio aut alia sensatio à ratione modi sciendi excludatur, cum eo solo nomine ab apprehensione differat, quod apprehensio spiritualis sit, visio materialis. Dices, visio non evolvit rem per partes, apprehensio verò ideo est modus sciendi, quia quod antea apprehendebatur confusè, postea apprehenditur clarè & per partes, ut animal rationale. Contra, dum quis à longè imaginem conspiciat, vel opus aliquod segmentatum seu tessulatum, videt quidem totum, sed confusè, propriùs autem accedens singulos operis illius tractus, lineamenta, & umbras distinctè perspicit, & singulas ejus partes sigillatim discernit, ergo visio tam est modus sciendi quàm apprehensio, seu imaginatio ejusdem imaginis, aut hominis, cujus corporis partes à longè confusè, prope clarè cernuntur ac discernuntur. Hoc autem si dicatur, jam equi consi-

IV.

Si apprehensio  
sit modus  
sciendi, erit  
etiam modus  
sciendi visio  
materialis.



cient modos sciendi, præsertim cum & animalia omnia apprehensionem aliquam materialem habeant externos semper sensus comitantem.

V. Dices, non esse modos sciendi, quia sunt actus materiales, non spirituales. Contrà, ratio modi sciendi à Dialecticis traditi in eo consistit, quod clarius manifestet id quod antea latebat, si ergo id tam præstet sensus quam intellectus, tam reperietur modus sciendi in sensibus quam in intellectu. Quod hinc videtur manifestè ostendi, si enim sensus judicare possit, sicut apprehendere, daretur in eo modus sciendi, verè enim faceret scire, ergo non obstat materialitas quod minus sit in sensu modus sciendi.

VI. Dices primò; Definitio secundum regulas logicas, est quæ constat Genere & Differentiâ, sed hoc habere potest sine iudicio, ergo. Respondetur, Definitionem illam tantum esse Definitionis objectivæ, non formalis, nisi imperfectè admodum & inchoatè, cum non faciat propriè scire, ac proinde non est propriè modus sciendi, ut probavimus.

VII. Dices secundò; juxta hunc modum philosophandi definitum contra regulas logicas ingredi definitionem, hæc enim est definitio hominis, *homo est animal rationale*. Respondetur distinguendo antecedens, definitum ingreditur definitionem tanquam id de quo enuntietur definitio objectiva, concedo antecedens; tanquam aliquid tenens se ex parte ejusdem extremi, nego: hoc autem est quod cavetur regulis logicis, inane enim quiddam videretur & inutile, si quis diceret, *homo est homo animal rationale*: ingredi autem alio modo non est inconveniens, imò necessarium est ad scientiam, ut nimirum enuntiet rem clarè & per partes conceptam ex parte prædicati, de eadem confusè concepta ex parte subjecti, per hoc enim scimus illam esse ejus essentiam. Per solam autem apprehensionem non magis eam scimus quam non, ut supra ostensum est in primâ probatione. Quod etiam verum est de apprehensione complexâ, ut si quis totum hoc apprehendat, *homo est animal rationale*.

VIII. Dices tertio; asserit Aristoteles definitionem spectare ad primam apprehensionem, & per eam nihil de aliquo prædicari; item definitionem non dicere esse vel non esse. Respondetur, Aristotelem aliis locis directè affirmare definitionem esse iudicium, ut dum ait, & cum eo Dialectici omnes, Definitionem esse principium demonstrationis, & secundo Post. cap. 3. ubi sic habet, *is qui definitionem habet, sine demonstratione profecto sciet*, ergo ex mente Aristotelis, definitio est necessariò iudicium, nam scientia essentialiter sita est in iudicio, ut in confesso est apud omnes. Deinde addit eodem loco, *Præterea demonstrationum principia Definitiones sunt, quorum demonstrationes non esse demonstratum est prius: etenim aut principia demonstrantur, & principiorum sunt semper principia modisq; nullus unquam occurrit; aut in primis stetur necesse est, quæ quidem & definitiones sunt, ac demonstrari non possunt*. hæc Aristoteles, quibus quid magis appositè ad nostram sententiam dixisse potuit. Et 1. Poster. ca. 2. sine sic ait, *si ob prima* (hoc est, principia seu definitiones) *scimus ac credimus, & illa sanè scimus & credimus magis, quoniam ob illa scimus posteriora*. 3. etiam Metaphysicæ tex. 3. & 7. ait *definitionem esse perfectiorem demonstratione*. Quod, & facit pro præsentis quæstione, & pro eo quod d. 7. diximus Definitionem esse objectum Attributionis logicæ.

IX. Dum ergo locis in objectione citatis dicit Aristoteles per definitionem nihil de aliquo prædicari &c. intelligendus est de definitione inadæquatâ, seu imperfectâ, qualem diximus appellari posse eam quæ tenet se ex parte solius prædicati, quæ non est *Definitio logica*, sed tantum *Metaphysica*, seu definitio objectiva, propria enim definitio logica est quæ facit

scire, qualis nulla est nisi quæ enuntiativè & judicativè cognoscit essentiam rei.

## SECTIO II.

### An Divisio sit diversus sciendi modus à Definitione.

Dico primò: Divisio rationis alicujus superioris in sua inferiora non est definitio illius rationis superioris. Videtur manifestum, nam hæc divisio animalis in sua inferiora *animal aliud rationale, aliud irrationale*, non est Definitio animalis, ut constat, utpote quod sine rationali vel irrationali concipi potest, sicut ratio hominis sine Petro & Paulo, nihil autem potest concipi sine sua essentia. Confirmatur, Definitio animalis est, *vivens sensibile*, sed longè diversa est hæc propositio, *animal est vivens sensibile*, & hæc, *animal aliud rationale, aliud irrationale*, ut constat, ergo.

Dico secundò: Divisio apprehensiva distinguitur à Definitione apprehensiva: explicatur conclusio; Divisio apprehensiva est actus apprehendens *animal & rationale*, seu *corpus & animam* quasi sigillatim, qui actus communiter præcedit Definitionem, sicut apprehensio partium præcedit totum, seu compositum: unde alius est actus, saltem ex modo concipiendi, quo quis concipit *animal & rationale* unita, alius quo ea concipit sigillatim, sicut alius est actus quo quis apprehendit parietem & albedinem, seu duos terminos incomplexos, alius quo apprehendit parietem album, seu terminum unum complexum: potest enim quis apprehendere parietem & albedinem, & tamen non apprehendere parietem album. Hæc ergo Divisio est in partes tantum aptitudinales, non in actuales, ac proinde nec Definitio.

Dico tertio, Divisio in partes actuales non est diversa in ratione modi sciendi, seu diversus modus sciendi à Definitione: ita P. Hurt. d. 10. log. sect. 6. P. Arria. d. 3. summ. s. 2. nu. 13. & alij. Probatur primò, Definitio est explicatio essentia per partes unitas, sed hæc Divisio eandem essentiam explicat per partes unitas, ergo est Definitio. Minor, in qua est difficultas, probatur; pars actualis quæ actualis, dicit essentialiter connexionem cum altera comparte, sed Divisio hæc est in partes actuales ut actuales, ergo est representatio essentia per partes actuales, seu unitas, sed est hæc ratio formalissima Definitionis, ergo Divisio in partes actuales est formalissimè Definitio, & consequenter in ratione modi sciendi ab illâ non distinguitur. Confirmatur, idem est dicere, *homo componitur ex duabus partibus, corpore scilicet & animâ, & compositi hominis alia pars actualis est corpus, alia anima*.

Dices, idem quidem objectum repræsentat uterque actus, sed non eodem modo, Divisio enim separat partes, non unit, eas verò unit, idque essentialiter Definitio. Contrà, Divisio hæc est in partes actuales, ergo in partes ut actualiter constituentes, ergo in partes ut unitas, ergo ex modo concipiendi hic actus repræsentat partes illas eodem modo quo Definitio, quæ eas repræsentat ut unam constituentes essentiam. Confirmatur, Definitio est oratio explicans essentiam rei per partes essentielles unitas, sed Divisio in partes essentielles actuales idem facit, ergo in ratione modi sciendi non discrepat à Definitione.

Dices secundò; Divisio est propositio hypothetica, Definitio categorica, hæc enim est Divisio, *hominis alia pars est animal, alia rationale*, hæc Definitio, *homo est animal rationale*, ergo Divisio differt à Definitione. Distinguo consequens, differt formaliter, seu in ratione

Ostenditur  
aliter  
non fore  
modum sciendi

Definitio  
objectiva  
&  
formalis

Quo sensu  
definitum  
ingredi  
non de-  
bet definitio-  
nem

Definitum  
debet aliquo  
modo ingre-  
di definitio-  
nem

Docet Ari-  
stoteles defi-  
nitionem  
consistere in  
iudicio

Lexis ergo  
prius citatis  
loquitur Ari-  
stotele de De-  
finitione ob-  
jectivâ

I.  
Divisio ra-  
tionis com-  
munis in sua  
inferiora  
non est Defi-  
nitio

II.  
Divisio ap-  
prehensiva  
distinguitur  
à Definitione  
apprehensiva

III.  
Divisio in  
partes actua-  
les non est  
diversus  
modus sciendi  
à Definitio-  
ne

IV.  
Modus ut  
repræsentat  
non est di-  
versus in  
Definitione  
& Divisione

V.



Materialis  
tamen ali-  
qua differ-  
entia re-  
peritur in-  
ter Defini-  
tionem &  
Divisionem.

## VI.

Categorica  
de extremo  
copulatio  
parum dif-  
fert ab hy-  
pothetica.

tione modi sciendi, nego consequentiam; differt in aliquo alio transeat: hoc autem nihil contra nos, sicut actus aliquis supernaturalis qui est Definitio, longe diversæ rationis est ab actu naturali definitionis ejusdem rei, vel Definitio acquisita per discursum, seu quæ est conclusio, ab illâ differt quæ habetur immediate, non tamen in ratione modi sciendi, cum uterque actus rem explicet per partes essentielles unitas, quæ est essentia Definitionis.

Deinde categorica de extremo copulatio parum differt ab hypothetica, ut in introductione ostensum est, quid enim saltem quoad rationem modi sciendi differunt hæc duæ propositiones, *lac est album & dulce, & lac est album & est dulce*? Si ergo hæc sit tota differentia inter Definitionem & Devisionem, exigua certe est, imò in ratione modi sciendi, nulla. Præterea sequeretur, syllogismum constantem ex propositionibus hypotheticis diversum esse modum sciendi ab alio qui ex solis constaret categoricis, quod nemo, opinor, dicet.

## VII.

Declaratur  
in quo  
consistat

Quæres, quid ergo sit divisio? Respondeo, esse, representare partes distinctas, quod æquè præstat Definitio ac Divisio, licet enim actus definiens non sit simpliciter & perfectissimè præcendens, seu actus

qui representet unum non representando aliud, ut supra diximus tractatu de Distinctionibus, est tamen conceptus actus præcisus qui distinctim partes concipit, easque inter se unit intentionaliter. Cum ergo Divisio representet easdem partes, idque unitas, objectum representat quoad rationem modi sciendi eodem modo quo Definitio. Licet ergo Divisio in partes essentielles à Definitione non discrepet, aliæ tamen Divisiones à Definitionibus distinguuntur, ut supra ostensum est.

Quæ omnia ex eo confirmantur, quòd Aristoteles 1. Met. cap. 7. tex. 48. enumerans modos sciendi, nullam Divisionis mentionem fecerit, sed omnem disciplinam aut Demonstrationem aut Definitionem comparari affirmat, quod argumento est ipsum Definitionem à Divisione non distinxisse. Cum verò aliàs Divisionem ad Definitionem ordinari asserit, vel de Divisione apprehensivâ loquitur, vel de judicativâ in partes aptitudinales, quam eo nomine ait ad Definitionem ordinari, quod ei materiam subministrat. Hoc verò nihil facit contra id quod hic astruimus, nempe Divisionem in partes actuales non esse à Definitione distinctam.

## VIII.

Aristoteles  
Definitionem  
à Divisione  
non distin-  
guunt.

## DISPUTATIO XLIV.

## De veritate &amp; falsitate Propositionum.

**A** Multis, in libris de Animâ, disputare solet hæc quæstio, utpote quæ ad actum intellectus notitiam apprimè conducatur, quorum plena & perfecta discussio ad illos libros pertinet. Cum tamen ad varias difficultates enodandas inprimis sit opportuna, hæc eam subnectemus. Imò jure hoc suo sibi postulat Dialectica; quæ enim aptius de veritate, quam veritatis scientia disputet.

## SECTIO PRIMA.

## In quo consistat formalis veritas &amp; falsitas.

## I.

Dicitur ali-  
qui verita-  
tem consistere  
in quadam  
idolo.

**D**Uranda quem sequitur P. Vasquez x. p. d. 76. c. 1. veritatem ait consistere formaliter in conformitate conceptus objectivi cum re, ut à parte rei, seu esse conformitatem rei ut conceptæ, ad se ut in re existentem. Dicere proinde videtur hæc sententia quoties quis aliquid concipit, quoddam in mente formali idolum ab actu distinctum & objecto, huic tamen simile.

## II.

Solam  
se enim per  
omnem a-  
ctum intelle-  
ctus, etiam  
fieri, fieret  
autem Rationis.

Hæc opinio nullo modo placet, hinc enim sequeretur per omnem actum intellectus fieri ens rationis objectivum, quod præterquam quòd sit contra communem Philosophorum sententiam, per se videtur falsum, cur enim faceret quis ens rationis dum profert hanc propositionem, *sol lucet*, sole præsertim lucente? certe luce clarius videtur nullum illic intervenire ens rationis, cum nulla interveniat fictio, ens rationis autem essentialiter pendet ab intellectu fingente. Deinde in omnibus etiam actibus fidei aliquid inveniretur fictitium. Præterea ante ullam imaginariam vel fictam relationem rationis, si quam hic intervenire velint, ex eo solum quòd directè feratur actus in objectum, est vel conformis ille vel disformis, ac proinde vel verus vel falsus, nam juxta illud celebre dictum Aristotelis c. de substantia, sine, ab eo quòd res est, vel non est, propositio dicitur vera vel falsa.

Confirmatur, cognitio divina ab æterno fuit vera sine ullâ hujusmodi relatione fictitiâ, ergo. Unde probabile mihi videtur hos auctores de fundamento tantum hujus relationis loqui, seu de actu ipso intellectus. Si autem velint per esse objectum, idem ac esse objectum actus, etiam non placet, tunc enim dicerent actum verum, vel falsum, esse actum conformem sibi, cum enim objectum quâ tale, seu re-duplicativè sumptum, reddatur tale per ipsum actum, actum esse conformem objecto reduplicativè sumptum, esset actum esse conformem sibi.

Dicendum ergo cum P. Suarez d. 8. Metaph. 1. P. Hurt. d. 9. de Anima 1. 1. Arria. d. 14. log. f. 1. num. 2. & omnibus communiter, veritatem consistere in conformitate quâdam intentionali actus cum objecto, seu cum re quam representat. Explicatur conclusio, actus intellectus, ut supra fusc declaravimus d. 24. f. 7. duo habet, & esse physicam qualitatem, & intentionalem. Hæc ergo conformitas non requiritur secundum esse physicum actus, actus enim est finitus, objectum aliquando infinitum, actus accedens, objectum substantia, actus spiritualis, objectum corporeum, sed secundum esse intentionale, seu, quod eodem recidit, veritas in hoc consistit, ut actus objecto non in essendo conformis sit, sed in representando.

Probatur primò, ex dicto illo Aristotelis nu. 2. citato. Secundò, actus intellectus est imago objecti, sed perfectio imaginis in eo sita est quòd omnia in objecto, seu singula illius lineamenta verè & perfectè representet, ergo actus, ut verus sit, idem præstare debet, sicque veritas est conformitas actus cum objecto. Confirmatur primò, veritas formalis, est veritas in dicendo, sed veritas in dicendo consistere nequit in rebus, saltem adæquatè, sed in dictione, quæ est actus intellectus, ergo. Confirmatur secundò, objectum dicitur mensura actus, certos ei fines ac limites præscribens, extra quos non vagetur; unde veritas actus in eo consistit, quòd cum objecto representativè seu intentionaliter conformetur.

Con-

## III.

Loqui vi-  
dentur hi  
auctores  
tantum de  
fundamen-  
to hujus  
idoli ob-  
jecti.

## IV.

Consistit  
veritas in  
conformi-  
tate actus  
cum ob-  
jecto.

## V.

Ratio est,  
nam actus  
est imago  
objecti.

Objectum  
est mensura  
actus.



Confirmatur tertio, cum objectum, seu scibile, ut ait Aristoteles, sit mensura scientiæ, veritas est quædam æqualitas actus cum objecto, sed hoc fit sine ullo ente rationis, vel figmento, ex eo præcisè quod objectum repræsentet sicuti est, ergo nullum hic intervenit ens rationis.

## SECTIO II.

In quo actu intellectus reperitur veritas & falsitas.

I. Quæstio procedit de Apprehensione.

II. In Apprehensione etiam incomplexa datur aliqua veritas.

Actus intellectus est imago intentionalis.

III. In Apprehensione incomplexa non datur aliqua falsitas.

IV.

Apprehensio aurichalci pro auro est

**R**ecolenda quæ d. 6. Proæmialium diximus de triplici intellectus operatione, apprehensione scilicet, iudicio, & discursu. Inter quæ de iudicio nulum esse potest dubium, cum in eo formaliter sit assensus & dissensus: nec etiam de discursu, qui aliud nihil est quam tale iudicium. Quæstio ergo de solâ procedit apprehensione simplici.

Prima conclusio, in simplici Apprehensione incomplexa subjecti vel prædicati datur aliqua veritas, sicut & in sensibus: ita P. Sup. d. 8. Met. f. 3. P. Molina 1. p. q. 16. d. 1. P. Hurt. d. 9. de An. l. 2. §. 7. P. Ar. d. 14. log. f. 4. Probat. primò ex Aristotele 3. de Anima, c. 6. dicente, sicut visio circa objectum est vera, ita & intellectus. Ratio à priori, quia veritas aliud nihil est quam conformitas intentionalis actus cum objecto, sed actus simplicis apprehensionis repræsentans hominem, exempli gratia, est illi conformis in repræsentando, ergo verus, vel si hominem non apprehendat, sed aliquid aliud, non est hominis apprehensio, sed illius alterius objecti, ergo erit vera apprehensio illius, & illi conformis. Confirmatur primò, qui concipit animal rationale, formare dicitur verum conceptum hominis, quia scilicet conceptus ejus formalis adequatur homini, seu rei per eum conceptæ, ergo. Confirmatur secundò, actus intellectus, ut diximus, est imago quædam intentionalis, ergo si conformatur objecto, est vera, sicut imago materialis. Quod de veritate apprehensione incomplexa terminari alicujus dicimus, à fortiori verum habet in complexa, seu apprehensione totius propositionis, hæc enim propius ad iudicium accedit, in quo veritas perfectissima reperitur.

Secunda conclusio: in apprehensione simplici incomplexa prædicati alicujus vel subjecti, nulla datur falsitas: ita Sua. d. 9. Met. f. 1. nu. 14. Hurt. & Arria. locis citatis. Ratio à priori, quia sicut veritas est conformitas cum objecto suo, ita & falsitas debet esse diffinitas actus cum objecto etiam suo, sed apprehensio incomplexa non potest esse diffinitas objecto suo, quod videtur manifestum, nam illud est objectum ejus quod repræsentat, & nihil aliud, sed est necessario conformis illi quod repræsentat, nam alicui non est imago, nec representatio illius. Quod autem sit diffinitas alijs rebus quas non repræsentat, nihil refert, nam ratio veritatis & falsitatis desumi tantum debet in ordine ad objectum proprium, alicui nullus omnino actus erit simplicis apprehensionis qui non sit falsus, cum nullus sit aliquibus rebus non diffinitis. Unde si quis volens apprehendere aurum, apprehendat aurichalcum, non est illa falsa apprehensio auri, sed vera aurichalci, & illi conformis, non diffinitas auro proprie loquendo, seu diffinitate opposita, sed solum disparata.

Dices, quando quis volens apprehendere aurum, apprehendit aurichalcum, non attingitur objectum quod erat apprehendendum, ergo hæc apprehensio nes sunt falsæ, ergo per illas decipitur principium intellectuale. Distinguo antecedens, non attingitur id quod erat attingendum ex imperio voluntatis,

transcat antecedens; quod erat attingendum per hanc apprehensionem, nego: non enim aliud objectum erat attingendum per hanc apprehensionem quam aurichalcum, quia hæc est essentialiter aurichalci apprehensio, non auri, imò non potest esse apprehensio auri, ergo non debuit esse apprehensio illius; solum ergo hoc argumento conficitur debuisse loco hujus apprehensionis, quæ est aurichalci, substitui aliam, quæ fuisset apprehensio auri, hoc tamen non arguit hanc apprehensionem esse falsam, cum conformis sit suo objecto.

Unde ad primam partem consequentis, nego falsam esse apprehensionem illam, cum, ut dixi, sit conformis suo objecto, in quo consistit essentialia veritatis. Nec enim est falsus actus intellectus, quod sit diffinitus objecto in quod volebat voluntas ut tenderet, sed quia diffinitus est objecto in quod actu tenet, falsitas namque actus intellectus non desumitur ex eo quod non sit conformis voluntati, sed quod non sit conformis suo subjecto. Ad secundam partem consequentis, dico falli principium intellectuale seu decipi per hos actus occasionaliter solum, non formaliter, quod scilicet ex ijs sumat occasionem intellectus vel principium vitale iudicandi id aurum esse quod est aurichalcum, vel è contrâ.

Instabis, decipitur principium vitale per hunc actum, ergo fallitur. Distinguo antecedens, si per decipi intelligatur frustrari intento, concedo antecedens; si per decipi intelligatur habere actum falsum, nego: nam hic actus cum sit conformis objecto suo, est verus; ille ergo dici potest deceptus negativè, id est, non assecutus vel non attingens quod volebat, non positivè, id est, habens actum positive diffinitum illi quod repræsentat.

Dices secundò, veritas & falsitas sunt circa idem, sed veritas est in apprehensione, ergo & falsitas. Distinguo majorem, perfecta veritas seu sita in iudicio, concedo majorem; imperfecta, nego, ob rationem jam dictam, quia non potest esse diffinitus objecto suo, quia si illud repræsentat, sit illi similis & conformis necesse est, cum sit ejus imago. Vel dictum illud intelligendum est juxta sequentem conclusionem.

Si ergo pictor quispiam pingeret imaginem equi, ita tamen ut in aliquibus non esset equo similis ed leoni, imago illa nec equi imago esset, nec leonis, sed alicujus tertij, vel esset partim unius, partim alterius, secundum diversas nimirum sui partes. Actus verò apprehensionis cum sit indivisibilis, est totus imago & representatio partis leonis, & totus partis equi, sicut eadem visio est visio simul albedinis & nigredinis, licet autem cum pingitur Petrus cum uno tantum oculo, sit defectus in illa imagine, non tamen falsitas, quia imago illa non est falsa Petri duos habentis oculos, sed vera alterius hominis monoculi, si sit alius Petro planè similis in reliquis, sin minus, similis est hujusmodi homini possibili, vel Petro casu quo alter ei oculos expungatur.

Tertia conclusio: in apprehensione complexa, ut si quis apprehendat hanc propositionem astra sunt tria Apprehensio complexa datur veritas, sed etiam falsitas quædam, licet non propria: ita P. Hurt. d. 9. de Anima f. 2. Prima pars est clara à fortiori ex primâ conclusione. Secunda declaratur & probatur, ideo juxta Aristotelem & S. Thomam veritas & falsitas propriissime reperiuntur in iudicio, seu ut ipsi loquuntur, in compositione & divisione mentis, quia iudicium propriè attribuit unum alteri per veram affirmationem, si enim subjectum verè habeat id quod illi intentionaliter attribuitur, actus est verus, sin minus, falsus: sed apprehensio complexa totius propositionis aliquo modo prædicatum attribuit subjecto, dum

vera, & conformis suo objecto.

V.

Intensio voluntatis non potest fieri actum intellectus falsum.

VI.

Hoc solum ens fallitur hic principium vitale, quod frustratur intento.

VII.

Veritas & falsitas ut circa idem, tantum in iudicio.

VIII.

Comparatur Apprehensio materialis.

IX.

Astra sunt tria Apprehensio complexa datur veritas, & falsitas aliquo modo.

ap.



apprehendit integram propositionem, licet imperfecta, cum propria attributio sit solum in iudicio, in quo vera affirmatio est & negatio, seu assensus & dissensus; ergo.

X. Dices, ergo omne iudicium (idem est de Apprehensione complexa) est conforme suo objecto, nam si quis Petro non dormiente, dicat, *Petrus dormit*, objectum illius actus adaequatum est Petrus & somnus, sed actus illis est conformis, ergo illud iudicium non est falsum. Respondeo, in omni iudicio & Apprehensione complexa reperiri duo, nempe quod si duplex apprehensio virtualis, quod habet in quantum merè repræsentat, & hoc sensu, seu in quantum apprehensio, iudicium semper est conforme objecto. Alterum quod habet iudicium est connectere duo inter se, quæ si in re non sunt conjuncta, actus est falsus, iudicium enim cum affirmando tendat vel negando, spectat res non quomodocunque, sed ut à parte rei sunt, & in seipsis, non ut in apprehensione: & hic est peculiaris modus tendendi actus iudicativi, quem aliquo modo imitatur apprehensio complexa, ut diximus.

XI. Quarta conclusio: nullus potest dari actus apprehensionis, qui non vel verus sit vel falsus. Ratio à priori, nam vel est conformis objecto, quod necessarium competit omni apprehensioni incomplexæ, & actus est verus, vel non est conformis, quod competit aliquibus apprehensionibus complexis, & est falsus, idque velit necne eliciens hoc aut illud objectum cogitare, sed vagè solum intendat actus aliquos elicere animi gratia, actus enim illi aliquod semper objectum habent quod repræsentent & cui vel conformes sunt vel diffformes. Imò hoc verum est in actibus etiam non enuntiativis, ut *perge studere*, *utinam salver*, & similibus, hi enim omnes suum habent objectum.

XII. Hic solum noto, sicut actus conformis objecto, seu species expressa, & formalis similitudo objecti dicitur formalis veritas, ita species impressa, quæ est virtualis imago & similitudo objecti, dici poterit veritas virtualis, sicut supra diximus; quia actus abstrahens prædicatum unum ab alio est præcisio formalis, species quæ actum illum efficit, dici potest præcisio virtualis.

### SECTIO III.

*Sintne veritas & falsitas actibus essentielles & intrinsecæ.*

I. Quidam opinio est, veritatem esse relationem realem prædicamentalem actus ad objectum. Sed contra, relatio prædicamentalis essentialiter supponit terminum existentem, posito enim fundamento & termino resultat, cum tamen actus verus non ad objecta solum non existentia terminetur, ut *Antichristus nasceretur*, *Cain occidit Abelem*, sed etiam impossibilia, ut *equus est rationalis*, ergo veritas non consistit in relatione prædicamentali. Confirmatur, Aristoteles in Prædicamentis, cap. de substantiâ, sine, ait *propositionem veram esse vel falsam ex eo quod res est vel non est*, nil ergo ad hoc opus relatione distinctâ. Confirmatur secundò, Deus veros habet actus, sed in Deo non est relatio ab eo distincta, seu prædicamentalis, ergo.

II. Alij affirmant, veritatem esse quid intrinsecum seu identificatum cum actu, & in illo solo consistere, qui proinde aiunt, unumquemque actum in se vel essentialiter verum esse, vel essentialiter falsum: Ita P. Hurt. d. 9. met. f. 3. subf. 4. & 5. & satis communis est inter recentiores opinio. Contra primò, non

enim apparet unde actus quo verbi gratia, quis dicit, *Petrus currit*, tam essentialem habeat connexionem cum objecto seu Petro currente, ut si is non curreret, non posset nec per divinam potentiam hic actus numero vel specie elici. Hoc sane gratis asseritur, quæ enim probabilis ratio assignari potest cur hic actus *Petrus curret*, quæ verificanda est à cursu Petri futuro, non possit omnino elici, si Petrus non esset cursusus.

Contra secundò, plurimi ex iis qui hanc sequuntur sententiam, & in particulari P. Hurt. aiunt actum aliquem practicum esse vel speculativum, non esse quid intrinsecum vel essentialiter actui, sed denominationem tantum extrinsecam ab objecto operabili vel non operabili procedentem. Quæ ergo est causa cur actum esse verum sit illi quid intrinsecum, & non denominatio partialiter saltem proveniens ab objecto? certe non major videtur unius ratio quàm alterius, nec satis consequenter procedunt hi auctores dum asserentes unum, negant alterum.

Contra tertio, hinc sequitur Angelum posse cognoscere quæcunque futura contingentia. Patet, ponamus enim Petrum hunc elicere actum, *Ioannes salvabitur*, *Petrus est in gratia*, dies iudicii erit intra centum annos, vel aliud huiusmodi occultum repræsentantem, Angelus intuens hunc vel illum actum, videt utrum verus sit, an falsus, videt quippe illum intuitivè, ac proinde sciet evidenter an objectum sit futurum, vel ita se habeat necne.

Dices, Angelus non videt actus internos aliorum. Contra primò, saltem videt suos, ergo videbit verum an falsi, & consequenter quomodo se habeat objectum. Contra secundò, ponamus alium velle ut videat, tunc videbit. Dices secundò, non deberi Angelo concursum ad futura certò cognoscenda. Contra, videt illum actum intuitivè, ergo vel videt esse verum, vel falsum, ergo objectum ita se habere ut enuntiat, vel non. Non autem videtur negari Angelo posse cognitionem illorum actuum, si velit Angelus vel homo eos eliciens, ut ei innotescant: Quidni enim possunt duo Angeli de rebus futuris colloqui? Confirmatur, saltem cognitio diversitatis specificæ unius actus ab alio in hoc casu debetur Angelo, sicque scire debet verum sit an falsus, alioqui visionis intuitivæ valde imperfecta erit cognitio. Confirmatur secundò, Angelo suorum actuum debetur comprehensio.

Conclusio: veritas aut falsitas non est actui vero vel falso intrinseca seu ei essentialis, sed est actus vel falso intrinseca seu ei essentialis, sed est actus connotans objectum ita esse sicut actus illud concipit, vel enuntiat: Ita S. Thomas 1. p. q. 14. a. 15. ad 3. Suar. d. 8. met. f. 2. n. 9. Arria. d. 14. log. f. 1. subf. 2. & est communis hodie inter recentiores opinio, quorum aliqui eousque procedunt, ut contrariam sententiam asserant esse improbabilem, à quâ tamen censurâ puto eam longissimè abesse, & posse satis probabiliter defendi.

Probatum conclusio, primò ex Aristotele c. 1. de substantiâ, sine, superius citato, dum ait, *ab eo quod res est, vel non est, propositionem esse veram vel falsam*, ergo veritas est denominatio saltem partialiter proveniens ab objecto. Ubi nota, non dicere Aristotelem ex eo quod res est, vel non est, propositio est vel non est, sed est vera vel falsa, ergo juxta ipsum non quoad esse vel non esse, sed solum quoad esse vel non esse veram pendet ab objecto. Confirmatur, ipso facto quod intelligamus actum esse objecto conformem, seu rem repræsentare sicuti est, licet nihil aliud concipiamus, nec ullum essentialem respectum cogitemus in actu, intelligimus actum esse verum, ergo superfluum est huiusmodi ordo vel respectus intrinsecus.

Secundò

Contra primò, hoc enim gratis asseritur.

III. Esse practicum non est intrinsecum actui, ergo nec esse verum.

IV. Angelus cognosceret quævis futura contingentia.

V. Angelo suorum saltem actuum debetur cognitio.

VI. Veritas & falsitas non sunt actibus adequatè intrinsecæ.

VII. Probatum est, vel non est, propositionem esse veram vel falsam, ergo primò ex Aristotele.



VIII.  
Iudicium  
dicitur duo,  
representare  
& connecte-  
re.

Gratia ponit  
ur talis con-  
nexio inter  
actum &  
obiectum.

IX.  
Præciso illo  
prædicato,  
habemus  
actum esse  
conformem  
obiecto, &  
verum.

X.  
Nec hinc se-  
quitur ob-  
iectum ipsum  
esse verum.

XI.  
Præstat dice-  
re obiectum  
connotari,  
quàm esse  
partem actus  
veri.

Secundò probatur, & simul explicatur conclu-  
sio, actus iudicii quo quis dicit, *Petrus currit*, duo di-  
cit, primò, repræsentare Petrum, cursum, & unio-  
nem inter illos, quod ipsi commune est cum appre-  
hensione complexâ: secundum est, peculiari modo  
repræsentare unionem illam, nempe cum assensu vel  
dissensu, seu cum determinatione ad alteram par-  
tem contradictionis, quod apprehensioni non com-  
petit, quæ tamen illam repræsentat, iudicium verò  
non repræsentat solùm, sed repræsentando affirmat,  
& intentionaliter attribuit perfectè unum alteri.  
Quid ergo vetat eundem numero actum elici quo  
quis dicat, *Aquila volat*, sive tunc volet Aquila sive  
non; vel cur necessariò habere quis debet alium spe-  
cie actum, si non volet? Dicendum ergo, posse eun-  
dem numero actum elici sive volet Aquila, sive non,  
& si volet, erit actus verus, sin minus, falsus, quia  
conformis vel difformis est suo obiecto; Sicut pal-  
mus vel ulna esse possunt, licet nulli rei sint æquales,  
ut tamen sunt æquales, includunt res mensuratas.

Probatur tertio, mente præscindamus ab actu  
prædicatum illud, quod sit essentialiter connexus  
cum obiecto, in hoc actu exempli gratiâ, quo quis  
loquente Petro dicit, *Petrus loquitur*, in hoc, inquam,  
casu, etiam præciso illo prædicato, actus hic est con-  
formis obiecto, cum enuntiet sicut res est, ergo est  
verus, ergo essentialis illa connexio non est de essen-  
tiali conceptu veritatis, cum nihil concipi possit sine  
suâ essentiâ. Confirmatur, quidquid non est de es-  
sentiali conceptu animalis rationalis, non est de essen-  
tiali conceptu hominis, ergo quidquid non est de es-  
sentiali conceptu conformitatis actus cum obiecto,  
non est de essentiali conceptu veritatis.

Dices, si denominatio veri formaliter proveniat  
ab obiecto, ergo obiectum est verum, non veritate  
solùm transcendentali sed prædicamentali, & for-  
mali. Nego consequentiam, nec enim est necessa-  
rium ut quidquid denominationem aliquam dat al-  
teri, eandem habeat in se: sic denominatur aliquid  
prius per id quod subsequitur, superius per id quod  
subest, dies besternus per hodiernum.

Quoad modum tamen loquendi, congruentius  
dicitur actum in ratione veri connotare obiectum in  
talibus circumstantiis, seu sic se habere, habuisse,  
vel habiturum, quam includere obiectum tanquam  
partem. Ratio est quia obiectum sæpe non est, ut in  
omni actu de re præteritâ vel futurâ, non autem  
propriè esse potest pars actus, quod actu non existit.  
Deinde quia malè sonaret si quis diceret Deum esse  
partem erroris vel hæresis, quod tamen admittend-  
um necessariò videtur, si obiectum sit pars actus  
veri vel falsi, ut in hac propositione hæretica, *Deus  
non est trinus & unus*, vel, *Deus est mortalis*.

#### SECTIO IV.

*Solvuntur argumenta contendenda verita-  
tem & falsitatem actibus esse  
intrinsicam.*

I.  
An hic actus  
Deus est  
immorta-  
lis, possit ali-  
quo modo  
dici veritas  
Divina.

Obijcitur primò: si veritas desumitur ex ob-  
iecto, ergo actus verus quo quis dicit, *Deus est  
immortalis*, includit aliquo modo Deum, ergo est ve-  
ritas Divina. Respondeo primò, si per veritatem Di-  
vinam intelligatur solùm actus habens pro obiecto  
Deum, sic dici poterit veritas Divina, sicut & veri-  
tas Angelica actus ille qui versatur circa Angelum,  
solaris qui circa solem, & sic de cæteris. Responde-  
tur secundò, negando ultimam consequentiam, hæ  
enim denominationes non desumuntur ab obiectis,  
sed vel à principiis à quibus actus proveniunt; Un-

de veritas illa humana dicitur nempe elicitâ ab ho-  
mine, sicut etiam est veritas creata non increata,  
quantumvis sit de obiecto increato: Sic visio qua  
homo quispiam arborem videt, vel equum, non est  
visio equina vel arborea licet sit visio arboris vel  
equi: vel desumuntur hæ denominationes à materiâ  
ex qua res fiunt, ut imago Cæsaris ex ligno confe-  
cta dicitur ligneâ, sicut etiam imago lapidis in char-  
tâ depictâ non lapidea dicitur, sed chartacea, nec  
imago auri semper est aurea.

Obijcitur secundò: actus verus est ex naturâ suâ  
perfectior falso, nam veritas dici solet simpliciter  
perfectior intellectum, falsitas verò est imperfectio,  
ergo differunt essentialiter. Respondetur, quoad ali-  
qua actum falsum seu errorem esse æquè perfectum,  
physicè scilicet & entitativè, atque actum verum, est  
namque æquè spiritualis, repræsentativus intensus,  
imò, aliquando intensior, & hoc sensu perfectior  
multis actibus veris. Imò actus falsus Angeli alicu-  
jus esse potest perfectior entitativè multis actibus  
veris hominum.

Secundò tamen dico, si sermo sit de actibus in  
materiâ necessariâ, ut circa essentias rerum, perfe-  
ctior est actus scientiæ actu erroris, quia radicalis  
veritas & inæquata quæ reperitur in actu scienti-  
æ, est homini melior, & hoc sensu perfectior quàm  
radicalis falsitas: formalis autem veritas, prout di-  
stinguitur à radicali, non perficit adæquatè intelle-  
ctum, cum obiectum à quo partialiter desumitur,  
non sit in intellectu. Dici etiam solet actus verus  
melior falso, non in se, sed occasionaliter, id est,  
quòd actus veri plerumque boni alicujus, falsi verò  
mali sint occasio.

Nulla tamen hinc arguitur diversitas intrinseca,  
idem enim actus qui jam est verus, & perfectio in-  
tellectus, potuisset esse falsus & imperfectio ejus-  
dem, sicut eadem res in diversis circumstantiis bona  
successivè esse potest & mala, ut frigida sitienti bo-  
na est, non saturo, lux oculos sanos habenti ac fiti-  
mos, non lippo. Unde perfectio hæc non actui con-  
venit secundum se, sed ratione connotati, seu in his  
circumstantiis, si enim res ita sit ut actus enuntiat,  
est verus, si aliter se habeat, falsus.

Obijcitur tertio: ut actus sit verus, nil aliud requi-  
ritur nisi ut repræsentet obiectum sicuti est, sed hoc  
ipsi est essentialiter, ergo veritas est ipsi essentialis. Res-  
pondeo negando minorem, nam repræsentare ob-  
iectum sicuti est, dicitur duo, repræsentare stellas, ver-  
bi gratiâ, habere paritatem, & hoc est de essentiâ il-  
lius actus, quodque habet five stellæ sint pares five  
non: aliud est quod significatur illis verbis *sicuti est*,  
quæ denotant oportere obiectum ita se habere ut re-  
præsentatur vel dicitur, quod non est actui essentialiter,  
unde in materiâ contingenti, actus qui repræsentat  
obiectum sicuti est, repræsentare potuisset vel dice-  
re illud idem obiectum aliter quàm est. Repræsen-  
tare itaque obiectum sicuti est, est actui accidenta-  
le, ut si Petrus in eo instanti quo quis dicit eum sta-  
re, sedeat.

Obijcitur quarto: Actus verus & falsus differunt  
specie, ergo veritas & falsitas sunt actibus intrin-  
secæ. Confirmatur, actus specificantur ab obiectis,  
sed obiecta actus veri & falsi semper distinguuntur  
specie, ergo & actus. Ad argumentum, distinguo  
antecedens, differunt specie quoad rectum seu enti-  
tatem actus, nego antecedens; quoad obliquum  
seu obiectum, concedo. Hoc autem arguit verita-  
tem esse actui partim extrinsecam: sicut dicere de-  
bent adversarii de actu speculativo & practico. Ad  
confirmationem negatur minor, ut latius dicitur  
sect. sextâ.

Obijcitur quintò: Propositio de futuro contin-  
gente,

Unde desu-  
manur hæ  
denomina-  
tiones.

II.

Quoad qua-  
dam actus  
falsus est,  
æquè perfe-  
ctus, ac ver-  
us.

III.

Quo sensu  
actus veri  
sunt meliores  
falsis.

IV.

Actus, qui  
jam est ve-  
rus, & perfe-  
ctus, potuisset  
esse imperfe-  
ctus & intelli-  
gens.

V.

Repræsentari  
obiectum si-  
cuti est, non  
est actui es-  
sentialiter.

VI.

Actus verus  
& falsus non  
differunt  
specie quoad  
rectum.

VII.



Quid re-  
gnatur  
in proposito  
de futuro  
sit vera ex-  
trinseca.

gente, ut, Petrus cras peccabit, est vera determina-  
re vel falsa; ergo per se adæquate, objectum enim  
jam non est. Respondeo, ut propositio sit vera, re-  
quiri ut objectum sit non pro omni tempore, sed so-  
lum pro tempore per propositionem importato. Ad  
veritatem proinde hujus actus parum refert quod  
peccet Petrus quando enuncitur actus, sed solum ut  
peccet cras, illud enim tempus importatur ab actu.  
Nec hoc est singulare in actu vero vel falso, multæ  
enim sunt denominationes quæ passim censentur  
partim intrinsecæ, quæ tamen partialiter proveniunt  
à rebus tunc non existentibus, ut domus antiqua,  
denominatio prioris ac posterioris in successu tem-  
poris, ut Petrus jam existens est posterior Adamo,  
& prior Anti-Christo, quorum neuter jam exiit. Ali-  
ud est in denominatione albi, calidi, & similibus;  
cùm requirant unionem physicam quæ non nisi in-  
ter existentia exerceri potest.

## SECTIO V.

Verum actibus Divinis, & ijs qui versantur  
in materiâ, necessaria, veritas sit  
adæquate intrinseca.

I.  
Veritas  
duplex,  
formalis &  
Radicalis.

Notandum, duplicem esse veritatem, formalem,  
quæ est conformitas actus cùm objecto, quam  
proinde partialiter ingreditur objectum; & radica-  
lem, quæ est exigentia intrinseca & essentialis actui,  
ut objectum ita se habeat sicut propositio enuntiat:  
Quo sensu, d. 8. de Euchar. s. 3. dixi verba consecra-  
tionis, Hoc est corpus meum, pro priori ad effectum ef-  
fesse vera, quod nimirum ex institutione Christi vim  
habeant ad reddenda se vera formaliter pro aliquo  
posteriori, unde ut vera radicaliter operantur, & po-  
nendo objectum quod significant, faciunt se vera  
formaliter.

II.  
Licet qui-  
dam actus  
essent essen-  
tialiter ve-  
ri, non se-  
quitur om-  
nes esse essen-  
tialiter  
veros.

Dico primò: licet admitteremus actus qui ver-  
santur circa materiam necessariam, ut homo est ani-  
mal rationale, equus est hinnibilis, esse essentialiter veros,  
non tamen inde rectè inferretur idem conceden-  
dum esse in actibus de materiâ contingente. Ratio  
est, nam peculiariter quiddam in his actibus cernitur;  
cur essentialiter veri dici possint, vel falsi, quod ni-  
mirum circa objectum versentur, quod eodem sem-  
per modo se habet, unde si illud repræsentent sicuti  
est, sunt necessariò, & semper, seu immobiliter ve-  
ri: è contrâ, si aliter objectum repræsentent quàm  
est, sunt necessariò, & immobiliter falsi.

III.  
Veritas ra-  
dicalis est  
de essentia  
omnis actus  
Divini.  
Deus est  
prima ver-  
itas in co-  
gnoscendo.

Dico secundò: veritas radicalis est de essentia a-  
ctuum Divinorum, sive de objectis necessarijs sint,  
sive contingentibus. Ratio est, quia hæc est perfe-  
ctio, & dignitas Dei, ut omnia petat cognoscere si-  
cut sunt, & ut per infinitam, quam habet intelligen-  
di vim, à vero nunquam aberraret, nec aberrare pos-  
sit, & hac de causa dicitur prima veritas in cognoscen-  
do. Est ergo Deus principium summè verax, non in  
dicendo solum, sed intelligendo, nec nobis tantum,  
sed sibi, quique ut fallere non potest, aliter rem di-  
cendo quàm est, ita nec falli, rem aliter, quàm reip-  
sa habet, intelligendo. Unde omnis actus Divinus  
est ex essentia sua radicaliter verus. Idem multi de  
actibus fidei supernaturalibus affirmant, & ijs om-  
nibus, qui versantur circa materiam necessariam.

IV.  
Nullus  
omnino a-  
ctus est ad-  
æquate ve-  
rus per se  
sibi  
intrinsecum.

Dico tamen tertio: nulla omnino propositio in-  
terna de quacunque materiâ, imò nec ipsi actus Di-  
vini sunt adæquate veri per veritatem sibi usque qua-  
que intrinsecam, sed partim per objectum, quod ita  
se habet, sicut actus enuntiat; ita P. Arriaga d. 14. log.  
c. 1. sub. 8. n. 42. & est multò communior inter recen-  
tiores opinio. Ratio est, quia veritas est quædam æ-

qualitas seu conformitas cum objecto, connotan-  
do scilicet illud ita se habere, sicut actus enunciat, *Conformi-  
tas invol-  
vit duo.*  
æqualitas autem & commensuratio essentialiter in-  
volvunt duo, alterum quod commensuratur, alte-  
rum cui res illa commensuretur.

Dices, actus Divini essentialiter non habent conne-  
xionem in repræsentando cum objectis in essendo;  
ergo sunt essentialiter veri. Distinguo consequens, *V.  
Actus enim  
Divini sunt  
partialiter  
veri per  
calem veritatem,  
quam habent,  
petunt ita se habere,  
objectum.*  
sunt essentialiter veri per se adæquate, nego conse-  
quentiam; per objectum partialiter, quod per radi-  
calem veritatem, quam habent, petunt ita se habere,  
sicut actus enunciat, concedo: sicut creatura quan-  
do existit, petit essentialiter coexistere Deo, & tamen  
denominatio coexistentis Deo, particulariter pro-  
venit à Deo.

Actus verò naturales, qui circa objectum versan-  
tur in materiâ necessariâ, sunt etiam necessariò ve-  
ri, non tamen per se adæquate, sed etiam per obje-  
cta necessariò se habentia sicut actus enuntiant. Idem  
dicendum de visione intuitivâ, & alijs.

P. Arriaga. n. 46. ex occasione hujus ait actum quo  
quis dicit, equus est possibilis, etiam si equus reddatur  
impossibilis, posse adhuc persistere, imò addere vi-  
detur, sicut actus, quod quis dicit Petrus currit, potest  
eodem modo permanere, & Petrum repræsentare  
currentem, etiam si non currat, ita actum qui dicit,  
Petrus potest currere, non solum persistere posse, si cur-  
sus Petri esset impossibilis, sed eodem modo Petrum  
repræsentare currentem, & cursum hunc chimæri-  
cum referre, sicut antea referebat verum: addens  
hoc videri evidens: Sed contra, evidentia est rara avis  
in terris, nigroque, ut aiunt cygno simillima. Quam  
verò hoc in particulari si evidens, mox videbi-  
mus.

Non ergo assentior: imò existimo ab evidentia  
longissime abesse. Ratio est, quia actus mutaret ob-  
jectum, cursus enim possibilis & impossibilis plus  
differunt quàm instans A & instans B, & tamen ne-  
gat ipse n. 54. posse eandem propositionem nunc de-  
terminatè significare instans A solum, & postea so-  
lum instans B.

Dices, intellectus, potentia intentionalis cùm sit,  
nullo discrimine in possibilia fertur & impossibilia,  
in quo differt à potentia Physicâ. Distinguo, per a-  
ctum, qui semel objectum solum possibile repræ-  
sentabat, potest postea repræsentare impossibile, ne-  
go; sicut enim, ut dixi, mutaret objectum: per alium  
actum ferri potest intell. & is in impossibilia, con-  
cedo. Imò eodem actu possibile simul repræsentare  
potest, & impossibile, quod tamen repræsentat  
semel, semper repræsentat.

Ex quo clarè constat, cur idem actus dicere pos-  
sit Petrus currit, sive currat, sive non, non tamen a-  
ctus, qui diceret Petrus potest currere, si vel Petrus, vel  
cursus reddatur impossibilis; mutaret siquidem ob-  
jectum, antea enim repræsentabat Petrum verum, nunc  
repræsentaret Chimæricum. Et sanè in his prin-  
cipijs, quod scilicet actus mutare non possit obje-  
ctum, res videtur manifesta; omnis enim res possi-  
bilis involvit essentialiter aptitudinem ut produca-  
tur, res verò impossibilis ineptitudinem, quæ sunt  
Prædicata specie, imò genere distincta.

Conf. objectum omne impossibile involvit in se  
duo contradictoria, & hoc est de essentia rei impos-  
sibilis, & ratio cur existere à parte rei non possit;  
quidquid enim contradictoria non involvit, potest  
à parte rei existere, sed in nullâ re possibili sunt præ-  
dicata contradictoria, ergo Petrus redditus impossi-  
bilis novum habet prædicatum, ergo &c.

Dices, non advertet propositionem hanc profe-  
rens Petrus currit, sintne hæc prædicata possibilia an  
impossibilia, parum ergo ad actus hujus vel produ-

Conformi-  
tas invol-  
vit duo.

V.  
Actus enim  
Divini sunt  
partialiter  
veri per  
calem veritatem,  
quam habent,  
petunt ita se habere,  
objectum.

VI.  
Idem est à  
fortiori de  
actibus  
creatis in  
materiâ  
necessariâ.

VII.  
Dicunt ali-  
quid possi-  
bile actum per-  
sistere, licet  
reddatur  
impossibile  
objectum.

VIII.  
Actus de  
objecto  
reali non  
potest illud  
repræsentare,  
si reddatur  
impossibile.

IX.  
Actus non  
potest prius  
repræsentare  
objectum  
possibile, de-  
postea im-  
possibile.

X.  
Res, si sit  
gatur im-  
possibilis,  
debet ha-  
berè prædi-  
catum, quod  
antea non  
habebat.

XI.  
Res impos-  
sibilis in-  
volvit duo  
contradi-  
ctoria.

XII.



*Nil refert  
quod quis  
non adver-  
sat objectum  
reddiditum  
esse impossi-  
bile.*

tionem primam, vel continuationem refert, quod prædicata vera sint, an Chimærica. Transeat antecedens quoad advertentiam in actu signato, ea enim est imperfectio intellectus abstractivè cognoscantis, ut vera inter & ficta prædicata sæpè non discernat, imò impossibilia frequenter possibilia putamus, & è contrà. Nego tamen consequentiam, si enim objectum reipsa mutetur, & de possibili reddatur impossibile, actus idem prædicata illa repræsentare amplius non potest, cum mutata sint in alia: sicut actus repræsentans equum non posset eum repræsentare si mutatus esset in leonem, sic enim repræsentare deberet animal rugibile, cum antea repræsentaret hinnibile: sicut etiam visio materialis Petri mutaretur, si Deus eo annihilato, illius loco sufficeret Paulum. Hæc de re iterum-recurret sermo in Phycis d. 5. f. tertia.

## SECTIO VI.

*An actus mutare possit objectum: ubi, utrum  
omnis actus falsus habeat pro ob-  
jecto ens rationis.*

*I.  
Nullus ac-  
tus intel-  
lectus mu-  
tare potest  
objectum.*

**D**ico primò: nullus actus intellectus potest mutare objectum. Probat, essentia cujusque actus intellectus est esse repræsentationem sui tantum objecti, sed non potest mutare essentiam, ergo nec objectum. Major probatur, ratio actus intellectus in hoc sita est, quod sit intentionalis quædam imago seu effigies objecti, ergo si mutet objectum, est effigies alia, quia est intentionalis similitudo alterius objecti, ergo non est idem actus, seu eadem effigies. Confirmatur, visio materialis non potest mutare objectum, nec visio albedinis esse visio nigredinis, vel alterius coloris: sicut nec actio nec unto mutare potest vel agens, vel extrema, quia essentialem dicunt ordinem ad illa, ergo nec suum objectum mutare poterit actus intellectus.

*II.  
Actus ve-  
rus creatus  
de objecto  
contingente  
potuisset  
esse falsus.*

**D**ico secundò: actus intellectus circa materiam contingentem, qui de facto est verus, potuisset esse falsus, & è contrà. Probat, si Petrus non curreret pro eo tempore quo quis mentaliter dicit *Petrus currit*, & dicendo unit intentionaliter cum eo cursum, actus qui jam est verus quia affirmat rem sicuti est, tunc fuisset falsus, & aliter affirmasset quam res est, sed Petrus potuisset tunc non currere, cum non necessario currat, sed contingenter, ergo.

*III.  
Dicunt  
quidam ob-  
jectum om-  
nis actus  
falsi esse ens  
rationis.*

Aliqui hinc inferunt debere juxta hanc sententiam dici, posse actum mutare objectum; nam, inquiunt, si actus hic, qui est verus, & repræsentat objectum reale, potuerit esse falsus, ergo potuit repræsentare aliud objectum, nempe ens rationis, nam omnis actus falsus, inquiunt, facit ens rationis.

*IV.  
In objecto  
actus falsi  
non invol-  
vitur sem-  
per aliquid  
impossibile.*

Hanc opinionem obiter retuli supra, d. 16. sect. 5. plenam tamen ejus impugnationem in hunc locum distuli. Impugnatur ergo primò, & inquiri quare objectum hujus actus *Petrus currit*, sit impossibile? Dices quia, posito quod non currat, non potest currere, nec enim componere potest cursum cum negatione cursus. Contrà, objectum actus facientis ens rationis debet in se involvere aliquid impossibile, hic autem actus nihil involvit hujusmodi, nam non dicit, *Petrus qui non currit, currit*, hoc enim, ut ve-

lit, dicere non potest intellectus, cum falso cognito ut falso assentiri non possit: quod autem non-cursus sit in Petro qui affirmatur currere, est merè per accidens ad hunc actum, qui nihil cogitat de non cursu in Petro, ac proinde negatio cursus respectu illius non habet rationem objecti, cum nihil sit objectum quod actui non obijciatur.

Impugnatur secundò, si Petro non peccante diceret quispiam, *Petrus peccat*, sensus propositionis hujus secundum hanc sententiam esset, *Petrus committit peccatum fictitium*, quod est contra communem sensum omnium, qui his & similibus propositionibus aliquid intelligunt reale. Nec etiam dicunt unquam, peccat, supposito quod non peccet, vel dum non peccat: si enim interrogaretur hanc propositionem proferens, utrum hæc sit ejus mens necne, negaret, ergo non habet in intellectum objectum impossibile.

Impugnatur tertio, & præcipuè, si quis peccante Petro proferat hanc propositionem, *Petrus potest non peccare*, non facit ens rationis, nec in mente habet obiectum impossibile, ergo nec qui dicit *Petrus non peccat*. Antecedens est certum, consequentia probatur, ideò qui dicit, *Petrus potest non peccare*, non facit ens rationis, quia affirmat habere ipsum potentiam ad negationem peccati, seu ad omitendum peccatum, ergo illa negatio est possibilis, sed qui affirmat ipsum non peccare, solum affirmat de eo hanc eandem negationem; quare ut admittunt adversarii, est negatio hæc Petro possibilis, ergo non quid impossibile, ergo non ens rationis. Confirmatur, secundum adversarios tam ille qui Petro peccante dicit *Petrus potest non peccare*, faceret ens rationis, & haberet pro obiecto quid impossibile, ac qui dicit, *Petrus non peccat*, nam in sensu composito quod peccet, tam repugnat eum posse non peccare, quam actu non peccare, in sensu autem diviso neutrum ei repugnat, ergo. Et idem est si quis eo instante quo Petrus peccat, dicat, *Petrus meretur*, vel *Petrus potest mereri*, nihil enim affirmat impossibile.

Quartò, actus desiderij semper pro obiecto aliquid haberet impossibile, est enim de bono absens, tam autem impossibile est, ut, quod abest non absit (quod tamen est obiectum desiderij) quam ut qui currit, non currat, vel qui peccat non peccet, ergo sancti in terrâ dum cælum appetunt, aliquid appetunt impossibile, & Chimæram, quod nemo opinor, dicet. Sicut ergo contingit in desiderio, ut licet prærequiratur ut obiectum absit, non in illud fertur desiderium in sensu composito, atque ut absens est, seu ita ut adesse illud velit posito quod absit, sed in sensu tantum diviso in illud scilicet quod abest, seu specificativè, ita & in nostro casu.

Dices, supposito quod actus sit falsus, obiectum est impossibile, cum obiectum, stante falsitate actus, aliter se habere non possit. Contrà, actus falsus non dicit supposito quod ego sim falsus, potest obiectum aliter se habere, sed fertur in obiectum simpliciter, nec includendo tanquam obiectum suam falsitatem, nec suppositionem contrariam, sed in omnibus in sensu diviso procedit, non composito. Ex quibus clarè constat, omnem actum falsum nec mutare obiectum, nec ens rationis conficere, cum impossibilitas omnis, quæ hic intervenit, sit solum consequens, & secundum quid, non simpliciter & antecedens.



## DISPUTATIO XLV.

## De mutatione actus de vero in falsum.

## SECTIO PRIMA.

*Virum idem actus possit mutari de vero in falsum.*

I.  
Status qua-  
stionis.

**I**N opinione asserente veritatem & falsitatem a-  
ctibus essentialiter esse & intrinsecam, non habet  
locum hæc quaestio, in illa enim sententia, cum  
propositio vera sit essentialiter vera, non magis in  
falsam mutari potest, quam Petrus in Paulum, vel  
homo in equum, mutaret siquidem essentialiter. In  
nostra ergo tantum sententia asserente veritatem  
non esse actui essentialiter, præsens procedit diffi-  
cultas.

II.  
Affirmant  
aliqui posse  
actum muta-  
ri de vero  
in falsum.

Prima sententia est P. Suar. d. 8. Metaph. s. 2. n. 19.  
ubi ait, propositionem confusam in materia con-  
tingente, de vera posse mutari in falsam: quem  
multi sequuntur ex recentioribus. Secunda senten-  
tia negat: ita P. Hurtado d. 9. de Ani. s. 4. Arria. d. 14.  
s. 2. sub 1. & alij plurimi.

III.  
In materia  
necessaria  
non potest  
actum muta-  
ri de vero  
in falsum.

Prima conclusio: actus qui versantur circa ma-  
teriam necessariam, ut circa Deum, essentialiter rerum,  
aut aliud huiusmodi immutabile, de veris in falsos  
mutari nequeunt. Ratio est manifesta, actus namque  
de vero in falsum, nisi mutato objecto, mutari non  
potest, sed objecta horum actuum non possunt mu-  
tari, cum sint necessaria, ergo nec actus de veris  
mutari in falsos possunt.

IV.  
Nec etiam  
hoc fieri po-  
test in ma-  
teria con-  
tingente.

Secunda Conclusio: nullus actus intellectus, et-  
iam in materia contingenti, transire potest de vero  
in falsum. Ratio a priori, quia ut actus aliquis de  
vero transeat in falsum, mutare debet objectum,  
sed non potest mutare objectum, ergo non potest  
transire de vero in falsum: consequentia est evidens,  
minor probata est sectione præcedenti, conclusio  
primâ, & videtur evidens, nam actus essentialiter  
est imago & representatio objecti, ergo hic actus  
est imago & representatio objecti huius, sicut hæc  
unio nexus horum extremorum, non aliorum, &  
hæc actio huius effectus productio, non alterius.  
Major itaque probatur, actus qui dicit, *Petrus pec-  
cat*, significat Petrum nunc in instanti A exempli  
gratiâ, peccare, hoc autem, si Petrus in illo instanti  
peccet, est verum necessarium, politico quod peccet,  
quia jam determinavit le Petrus ad peccandum, li-  
cet potuerit non se determinasse, & tunc actus fuisset  
falsus, ut sectione præcedenti diximus conclu-  
sione secundâ.

V.  
Dices, si a-  
ctus idem  
continetur  
mutabit ob-  
jectum.

Dices, si Ioannes hunc actum *Petrus currit*, con-  
tinuet per quadrantem, & Petrus licet in initio il-  
lius quadrantis quo durat actus concurrerit, postea  
tamen a cursu cesset prius, quam Ioannes cesset ab  
actu, actus in secundâ illius quadrantis parte erit  
falsus, licet fuerit verus in primâ, jam enim est dif-  
formis suo objecto, ergo potest transire de vero in  
falsum. Respondeo, tribus modis sumi actum illum  
posse: primò, ut *Petrus currit*, illum toto eo qua-  
drante currere significet, & tunc actus ab initio et-  
iam in primâ quadrantis parte erat falsus & diffor-  
mis suo objecto, quia Petrus, ut supponitur, a cursu  
ante desinit quam quadrans totus effluxerit: secun-  
dò, ita sumi potest illa propositio, ut denotet Petrum  
pro primâ illius quadrantis parte currere, in qua

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

primò actus elicitur, & tunc licet Petrus cesset po-  
stea a cursu, durante adhuc actu, actus nihilominus  
est semper verus; non enim affirmat Petrum currere  
nisi pro eo tantum tempore quo primò cum curre-  
re affirmabat, mutaret siquidem objectum, si primò  
diceret ipsum uno tempore currere, postea alio,  
sicque non foret idem actus, contra suppositum.  
Tertio tandem sumi potest actus indeterminatè, ita  
ut Petrum in aliquâ illius quadrantis parte currere  
significet, tunc verò si cursus in ullâ quadrantis il-  
lius parte cum Petro conjungatur, actus, quantum-  
cumque duret, est verus, quia conformis est suo ob-  
jecto: si verò in nullâ quadrantis illius parte currat,  
actus & ab initio & semper est falsus.

Exemplo hoc idem declaratur in simili: actus quo  
quis dicit, *aliquis leo currit*, si vel unus ex totâ leonû  
collectione currat, est verus, ad illius namque veri-  
ficationem sufficit cujuscumque leonis cursus, cum in-  
determinatè feratur & vagetur, nec in unum magis  
quam alium, si autem nullus omnino currat, actus  
erit simpliciter falsus. Idem esset, si quis diceret, *tres  
leones currunt*, ut enim actus hic sit verus, aliqui tres  
leones debent tunc currere, & in utroque actu om-  
nes leones indeterminatè dicuntur currere, in pri-  
mo per unitates, in secundo per numeros ternarios.  
Quod hic actus, *aliquis leo currit*, habet respectu  
omnium individuorum in collectione leonum, hoc  
habet actus iste, *Petrus currit*, respectu diversarum  
differentiarum temporis; unde sicut ibi si vel unus  
aliquis leo currat, actus ille est verus, ita hic si Petrus  
ullâ parte temporis ex ijs quæ designabatur currat,  
actus iste erit similiter verus, si nullâ omnino parte  
currat, erit falsus.

Dices, actus quo quis dicit, *Petrus peccat*, signifi-  
cat Petrum peccare pro illo instante quo primò eli-  
citur actus, & si actus duret, dicit similiter ipsum et-  
iam peccare tempore immediatè sequente quo con-  
tinuatur, ergo si tunc Petrus non peccet, actus in  
primò instante erit verus, tunc enim peccabat, &  
falsus in secundo, quia tunc non peccat. Respondeo,  
actum illum quantumcumque duret, non aliud di-  
cere quam quod dicebat vel representabat cum  
primò eliceretur, si ergo primò dicat ipsum peccare  
tali determinato tempore, & postea dicat peccare  
alio mutato objecto, & consequenter essentialiter,  
cum essentia ipsius sit huius vel illius objecti repræ-  
sentatio, ergo idem semper representat instans, vel  
si successivè representetur novum instans, erit licet  
id eliciens non advertat) novus actus.

Urgebis, actus quo quis dicit *Petrus dormit* hoc  
instante, duo dicit, & esse conjunctum somnum cum  
Petro pro illo instante, & instans illud esse coexistens  
propositioni, sicque licet idem semper objectum  
representet, nempe somnum esse conjunctum Pe-  
tro in illo instante, fueritque primo instante verus,  
poterit nihilominus in sequenti instante esse falsus,  
quia illud instans non conjungitur propositioni in  
secundo instante, quod tamen affirmat propositionem  
Respondeo, idem planè dicendum de conjunctione in-  
stantis cum propositione, & somni cum Petro, vel  
ergo dicit propositio, instans illud sibi coexistere pro  
omni tempore quo existit propositio & tunc, etiam  
primò instante est falsa, ut constat, quia illud instans  
cum essentialiter fluat, non potest esse præsens pro-  
positioni nisi pro unico instante, sicque, affirmat fal-  
sum;

VI.

Explicatur  
ulterius per  
actum, quo  
quis dicit,  
aliquis leo  
currit.

VII.

Hic actus,  
Petrus pec-  
cat, quan-  
tumcumque  
duret, non  
aliud dicit,  
quam dice-  
bat primo  
instante.

VIII.

In hoc actu,  
Petrus dor-  
mit, idem  
dicendum  
de conjun-  
ctione in-  
stantis cum  
propositione,  
& somni  
cum Petro.



sum: vel solum dicit actus, instans illud sibi coexistere primo illo instante, & tunc, quantumcumque per longum etiam tempus duret actus, propositio est semper vera, quia aliud non dicit quam instans illud sibi pro primo instante coexistere, quod semper est verum, & Deus videt ita semper esse, nempe instans illud propositioni huic coexistere pro illo instante, quo primò eliciebatur, sicque erit semper vera propositio, quia semper conformis est objecto.

IX.  
Si representet actus novum instans, mutat objectum.

Sin autem velint, ut propositio hæc perseverans post primum instans dicat in secundo instante, seu B, instans A coexistit mihi pro hoc instante, esset quidem falsa propositio, sed non foret eadem jam quæ antea, nam est nova representatio, jam siquidem representatur instans B. dicit enim instans A. jam, seu in instante B. sibi coexistere, quod antea non dicebat, ergo habet novum objectum, ergo est novus actus: sicut si ob oculos nova proponatur lux vel color, nova necessariò resultat visio, nihil enim dicere vel affirmare de aliquo potest intellectus quod non representat, cum judicando de nullo sententiam ferat per assensum, quod antea non cognovit per apprehensionem.

X.  
Actus, quicquid dicit, representando dicit, & dicendo representat.

Instans: actus ille non representat instans B sibi coexistens, sed solum dicit sibi illud coexistere. Contrà, actus quicquid dicit, representando dicit, & dicendo representat: in hoc enim differt iudicium à simplici apprehensione, quòd peculiari modo in objectum tendat non representando tantum subjectum, prædicatum, & copulam, quod facit illa, sed per representationem attribuendo unum alteri, neque hæc duco ullo separari modo possunt, ac proinde nihil dicere actus seu connectere in secundo instante potest, quod non dicebat & connectebat in primo, nisi aliquid in secundo representet quod non representabat in primo.

XI.  
Actus in materiâ contingente pro aliquo priori indifferens erat, ut esset vel verus, vel falsus.

Nullus ergo actus, etiam in materiâ contingente, de vero mutari in falsum potest, licet enim potuerit esse falsus, quia objectum pro aliquo priori potuisset aliter se habere, ut cum quis in instante A dicit, *Petrus peccat*, Petrus ita illo instante peccat, ut possit non peccare, cum liberè peccet, ac proinde & actus pro eodem priori potuit esse falsus: si tamen actus semel sit verus, & conformis objecto, non potest reddi falsus, quia objectum si est, non potest in illo instante non esse. Quod si quis velit actum post instans illud perseverans dicere Petrum peccare in secundo instante, jam non est idem actus, cum sit novum objectum, & consequenter nova representatio, nova propositio, novus actus, ut diximus.

## SECTIO II.

Referuntur duo modi defendendi posse actum verum transire in falsum.

I.  
Actus significantes durationem, & non eam significantes.

Posterioribus actus ajunt aliqui posse transire de veris in falsos.

Primus modus duo statuit actuum genera, aliqui enim actus, inquit hi auctores, durationem significant ex parte objecti, ut *Petrus tunc dormit*, & hos actus dicunt de vero in falsum transire non posse. Alios tamen esse volunt actus, qui suam in actu exercito, non objecti durationem significant, ut *Paulus peccat*. Hos ergo actus dicunt representare tantum peccatum, cursum, somnum, & similia secundum se conjuncta esse: Paulo, abstrahendo à tempore, unde si, Paulus peccet quamdiu illa propositio duret, propositio erit vera, quia est conformis suo objecto, si primo instante peccet, non secundo, actus primo instante erit verus, secundo falsus.

II.

Hic modus probabilis est, Rationes autem eam non sequar, sunt, primò, nam secundum Diale-

cticos omnes cum Aristotele omne iudicium absolutum includit in se verbum, verbum autem secundum Aristotelem & omnes, adsignificat tempus ex parte objecti, & idem est dicere Petrus peccat, ac Petrus aliquo tempore peccat. Confirmatur, sicut propositio de præterito vel futuro tempore præteritum significat aut futurum, nec ad hoc est opus addere particulam tempus explicantem, ut *Petrus aliquando peccavit*, aut *aliquando peccabit*, ita propositio de presenti tempore similiter significat, nec oportet addere particulam *nunc* aut *jam* peccat. Confirmatur secundò, quando quis dicit *Petrus peccat*, concipiunt omnes tunc cum peccare, ergo.

Dices, verbum absolvit à tempore, ut constat in hac & similibus propositionibus, *homo est animal*. Respondeo, propositiones illas in materiâ necessarià esse conditionatas, & sensus est, *homo, si existat, seu quandocumque existit, est animal*, unde significant hæc propositiones omne tempus indeterminatè.

Ratio est secundò, si enim propositio hæc *Petrus dormit* nullum tempus significet, in quo somnus exerceatur, quocumque tempore ponatur somnus, propositio erit vera, est enim objectum in essendo conforme propositioni in representando, propositio enim juxta hunc philosophandi modum, solum representat somnum secundum se, sed quocumque tempore somnus datur, datur secundum se, vel nunquam datur secundum se, quia semper in aliquo tempore existit, ergo propositio hæc, *Petrus dormit*, vel semper est vera, vel nunquam. Hæc sententia latius impugnabitur sect. sequenti, n. 3.

Secundus dicendi modus nonnullorum est, qui dicunt actum obscurum mutare posse objectum. Hæc ergo, inquit, propositio *Petrus peccat*, in primo instante quo elicitur, representat instans A. in secundo instans B. & sic de cæteris; unde si Petrus in primo instante peccabat, & cesset peccare in secundo, actus in primo instante erat verus, dicebat enim in primo instante eum tunc peccare, in secundo vero instante dicit eum peccare in secundo, sicque est falsus.

Hic etiam modus non placet, ob id maximè quòd affirmet actum posse mutare objectum, ajunt enim hi auctores si ovum A. ob oculos positum cernatur, & illo imperceptibiliter amoto, aliud planè simile illius loco substituat, eandem conservatum iri visionem, & per eam jam representandum ovum B. sicut antea representabatur ovum A.

Sed contrà, disp. enim præcedente, sect. 6. ostendi actum non magis objectum, quam essentiam mutare posse. Deinde species unius objecti, utpote semen quasi illius, non ordinatur ad generandam novitiam alterius, sic enim magna in rebus oriretur confusio, & species nò ad veritatem aperendam ordinarentur, sed ad homines in errorem inducendos.

Contrà secundò, species ovi A. productæ erant non à gradu solum illius specifico, sed etiam individuali, ergo non ad gradum tantum specificum ovi A, sed etiam ad illius individuationem representandam ordinantur. Antecedens probatur, alioqui sequeretur rem eandem physicè secundum aliquid sui operari, & secundum aliquid physicè non operari, sicque res illa esset physicè & realiter eadem, & physicè ac realiter diversa, haberet enim aliquid & aliquid à parte rei, & independentè à præcisione intellectus. Consequentia verò probatur, species enim quæ ab aliquo solo produci primò potest, ad illud solum representandum à naturâ ordinata videtur, alioqui quidni alijs etiam rebus speciem illam producendi virtutem tribuisset, quod tamen eam nullus concedit tribuisse.

Contrà tertio, sequeretur visionem unius rei esse posse

III.  
Homo est animal est actus conditionatus.

IV.

Hic actus Petrus dormit esset verus, quocumque tempore ponatur somnus.

V.

Dicunt aliqui posse actum obscurum transire de vero in falsum, non clarum.

VI.

Hæc etiam opinio non placet, quia sequeretur actum mutare objectum.

VII.

Actus non magis potest mutare objectum, quam essentiam.

VIII.

Species improductæ producantur etiam à gradu individuali, ergo ad illam representandum ordinantur.

IX.

Actus non magis potest mutare objectum, quam essentiam.



Sequitur  
visionem u-  
niversi rei pos-  
sibilem  
esse visio-  
nem forme  
omnium.

posse successive visionem rerum diversissimarum, & non numero tantum, sed specie, & genere differentium, imò omnium quæ videri possunt: sequela probatur, pono albedinem à longè ita statui, ut dicere quis solum possit esse colorem, potest eam videns formare de ea propositiones, & dicere, *hic color distat tot passibus aut stadiis*: sublata albedine ponatur alius color specie distinctus, viridis, verbi gratia, vel cæruleus, adhuc non potest eum ab ullo colore discernere, ergo secundum hanc sententiam potest eodem adhuc modo dicere, *hic color distat tot passibus*. Eadem est si res aliqua ita remotè ponatur, ut solum discerni possit esse aliquid, tunc enim quacumque re loco huius posita, dicere solum posset esse res, non distinguendo: quænam sit in particulari.

Dices, calor productus à calore conservari potest à sole, quidni ergo & eadem visio ab ovo A producta, conservari poterit ab ovo B? Contrà, si hæc paritas valeat, sequitur visionem albedinis, etiam clarè cognita, esse posse visionem nigredinis clarè similiter cognita, plus enim differt sol à calore, quam albedo à nigredine. Respondeo itaque diversissimam hac in re esse rationem de causis physicis & intentionalibus, tum ob instantiam proximè allatam, tum ob rationes toto sectionis huius decursu positas in probatione nostræ sententiæ, sic enim sequeretur, visionem eandem posse successive esse representationem omnium ferme rerum, quæ oculis cerni possent, & ob reliqua supra adducta.

## SECTIO III.

*Solvuntur objectiones contententes eundem numero actum de vero in falsum mutari posse.*

I. **O**bjicies primò, actus qui dicit *Petrus dormit*, & est verus, quia ponimus Petrum tunc dormire, reproduci à Deo post horam potest, Petro vigilante, sed tunc est falsus, quia non est conformis suo objecto, nam eo instante quo reproducitur actus, non dormit Petrus, ergo. Idem est si actus ille continuetur per quadrantem, & Petrus interim evigilet. Respondetur admissâ maiore, negando minorem; nam quando reproducitur actus, non dicit Petrum eo instante dormire quo reproducitur, sic enim mutaret objectum, quod est impossibile, sed pro eo solum instante vel tempore dormire Petrum tunc affirmat, pro quo affirmabat primò. Si autem eo instante verum erat Petrum dormire, semper est verum, semper enim est verum somnum & Petrum habere conjunctionem pro illo instante.

II. Ad æquivocationem verò vitandam lata inter hæc duo notanda est differentia, *propositio jam dicit habere conjunctionem Petrum & somnum, & propositio dicit Petrum & somnum jam habere conjunctionem*. Particula enim *jam* primo loco posita solum significat existentiam propositionis, nempe eam jam existentem hoc dicere, quod clarè cernitur in propositionibus de præterito & futuro, qui enim dicit, *Adam peccavit*, jam hoc dicit, non tamen dicit ipsum peccasse jam. Particula verò *jam* secundo loco posita tenet se ex parte objecti, & ingreditur ipsum objectum, cum diversum sit objectum illius propositionis quæ absolute dicit cursum vel somnum esse unitum Petro aliquo tantum tempore, & illius quæ dicit esse illi cursum & somnum unitum jam, ut constat.

III. Imò sensus illius propositionis reproductæ Petrus dormit, non est hic, ut aliqui volunt, nempe, ego jam existens dico Petrum dormire: primò, quia non reflectit supra seipsam, nec se habet pro objecto, saltem ex-

R. P. Th. Compioni Philosophia.

plicitè. Secundò, quia si dicat, *ego jam existens*, mirat dicentis objectum, cum representet novum instans cui se dicit correspondere, quod tamen antea non representabat, sicque non est idem actus. Quod autem dicunt aliqui propositionem illam connotare tempus suæ durationis, non autem illud representare, acutius dictum esse videtur quam verius, si enim dicant connotare tempus suæ durationis, id est, illam eo tempore existere, est verum, sed nihil ad præsens propositum: si autem per connotare tempus suæ durationis, velint ut connectat objectum cum tempore suæ durationis, hoc facere non potest nisi tempus illud representet, nihil enim iudicium connectit, ut supra diximus, nisi quod actus ille iudicii representat, cum connectat intentionaliter, alioquin non est major ratio cur rem unam connectat quam aliam, sola enim ratio est, quod unam representet, non aliam: unde licet fortè ipsa connexio non sit representatio, de quo nostrâ in præsentem non refert hoc saltem est verum, actum nihil connectere nisi quod representat.

IV. Illa ergo propositio in essendo est indifferens, seu ut existat quocumque instante, non tamen est indifferens in representando, ita scilicet ut quodcumque instans possit representare. Unde si velint eam semper connotare tempus suæ durationis, id est, representare semper instans cui coexistit, nec reproduci potest, nec continuari.

V. Objicies secundò, in actu quo Iudæus quispiam paulò antè nativitatem Christi diceret, *Messias nascetur*, & actum illum post Christum natum continuaret, primo tempore actus fuisset verus, secundo falsus, cum Christo nato sit falsum dicere *Christus nascetur*. Respondeo, eodem modo, actum illum esse semper verum, solum enim dicit *Christus nascetur post hoc instans*, illud nimirum quo actus primò elicitur: & licet sit falsum dicere, *Christus nascetur post instans quo ipsa nascitur*, non tamen est falsum dicere, nascetur post instans quo actus primò elicitur, nam tunc non erat natus, ut supponitur, sed nasciturus. Actus autem iste nativitatem Christi eodè semper modo, & respectu ejusdem instantis representat, alioquin mutaret objectum.

VI. Objicitur teritiò, actus qui dicit *Petrus dormit in instanti A*, non potest, si continuetur, representare illud instans, sic enim eadem propositio esset de præsentem simul & de præterito, & eadem propositio quæ dicit *Petrus dormit*, diceret postea, *Petrus dormivit*, ut eandem quod valde videtur peregrinum. Respondeo, si per propositionem de præsentem & de præterito, intelligatur solum propositio quæ representet objectum quod primò est præsens, postea præteritum, seu specificativè, dico nil esse incommodi ut eadem propositio perseverans id præstet, ut constat in actibus Divinis. Ratio est, quia per accidens est propositioni quod instans illud præteritum sit, vel futurum, quod enim est essentialiter & intrinsecum propositioni est solum representare, verbi gratia, somnum unitum Petro pro illo instante, & hoc semper necessariò habet, quantumcumque duret, vel quandoque reproducitur. Ad quod melius percipiendum.

VII. Notandum quid sit esse propositionem de futuro, *Quid sit præterito, & præsentem*. Esse ergo propositionem de futuro formaliter & reduplicativè est significare ipsam illius futuritatem, ut nimirum significetur objectum tempore aliquo vel determinato vel indeterminato futurum postquam primò elicitur propositio: ut cum quis dicit, *sol orietur*, solem significat oriturum post instans illud quo ipse primò elicitur propositionem, non tamen assignando certum tempus quo sit oriturus: si autem dicat, *sol orietur hora quarta*,



ta, significat solem oriturum certâ illâ horâ, & præterea horam illam sequi instans in quo ipse propositionem elicit. Idem suo modo est in propositione de præterito, ut quivis facili intelliget.

VII. Obijciat quartò; lex Principis qua statueret, ut omnes incolæ talis loci solvant tale tributum, nunc hos nunc illos obligat successivè, prout incipiunt aut desinunt esse illius loci incolæ. Idem est de voluntate observandi omnia Dei præcepta, vel Ecclesiæ, nunc enim ex vi illius vult observare jejunium, nunc auditionem sacri, & sic de cæteris, licet successivè præcipiantur. Imò aliquando contingit id quod antea præcipiebatur, prohiberi, sicque non comprehenditur amplius sub actu volendi observare omnia Dei præcepta: ergo actus mutare poterit objectum, & nunc hoc velle, ac repræsentare, nunc illud, sicque fieri de vero falsus.

IX. Respondeo, voluntatem illam principis seu legem (idem est de voluntate observandi præcepta) esse conditionatam, & sensus est, volo obligare omnes ad solvendum tributum, non semper, sed quando erunt incolæ, & volo observare omnia illa mandata posita quòd præcipiantur, sicque completur utraque voluntas per conditionem positam. Unde dico etiam ab initio & semper volebat ille obligare omnes qui essent futuri incolæ talis loci, non tamen obligare volebat ab initio, vel semper, sed pro eo tantum tempore quo essent futuri incolæ, sicque illa voluntas nunquam mutat objectum. Omnes etiam incolæ lege illâ tenentur semper, sed non pro semper, ut aiunt, sed pro tempore quo sunt futuri incolæ, sicque antea obligationem habebant conditionatam, sicut Princeps conditionatam voluntatem.

X. Obijciat quintò; ponamus aliquem ita imperfectè & videre animal aliquod à longè, ut non possit discernere si sit animal, an truncus, nisi ex solo motu locali; ergo per intervalla ita moveri illud videat, & quiescere, & dicat mente, illud est animal, quem actum clausis oculis continuet, & interim sufficiatur truncus loco illius animalis, ipse iterum aspiciens, eundem actum continuat, & dicit, illud est animal, & tamen jam non est animal, ergo idem iudicium de vero mutari potest in falsum. Respondeo primò, iudicium illud vel mutare objectum, vel non: si mutet, jam non est idem, cum essentia actus sit repræsentare objectum; si non mutet, ergo affirmat animal de eodem, de quo antea illud affirmabat, & tunc actus est semper verus, quia objectum illius, si semel sit animal, semper est animal.

XI. Respondeo secundo, eodem modo quo in superioribus objectionibus, nempe iudicium illud solum affirmare id quod ibi est eo instante quo primò profertur propositio, esse animal: non ergo est sensus illius propositionis, id quod ibi jam est, est animal, sed quod est pro tempore per actum importato, alioqui mutatur necessariò actus, nam diversus necessariò est actus qui dicit, truncus est animal, & qui dicit, animal est animal.

XII. Dubia hac in parte est mens Aristotelis c. de substantia, circa finem: ubi cum dixisset proprium esse substantiæ suscipere contraria, objicit sibi, idem videri contingere in opinione quæ de verâ transire videtur in falsam, ex mutatione objecti. Nobis tamen sufficiat cum nonnullis ex adversariis respondere, Aristotelem ibi vel loquutum esse de propositione vocali, vel non admisisse opinionem mutari de verâ in falsam, sed omisse, & disparitatem assignasse inter modum quo substantia suscipit contraria, & quo propositio, etiam admissio quod suscipiat, substantia enim, inquit, dum suscipit contraria, ipsa in se mutatur, ut lignum de frigido fit calidum per intrinsecam susceptionem caloris, & deperditionem

frigoris, propositio autem, inquit, manens penitus immobilis fit interdum vera, interdum falsa, ex eo tantum quòd res mutetur. Quasi diceret, omisso vel gratis concessio antecedente, nego consequentiam, ob rationem dictam.

S. Thomas verò dum x.p. q. 16. ar. 8. ad tertium, XIII. affirmare videtur posse propositionem transire de verâ in falsam, solum dicit posse nos errare ac decipi persistendo in ejusdem rei affirmatione, ut si per tempus divisibile dicat quis, *Sorres sedet*, & interim Sorres qui primò sedebat, surgat. Non autem loquitur de eadem numero propositione.

#### SECTIO IV.

Inquiruntur quedam circa mutationem propositionis de verâ in falsam.

Quæres primò, si quis post mediam noctem evigilans, dicat, *luna orietur mediâ nocte*, utrum propositio illa sit de futuro? videtur enim non esse, cum tempus futurum non repræsentet, sed præteritum. Respondetur tamen esse propositionem de futuro, non enim spectandum præcisè instans illud in quo elicitur propositio, sed id quod à propositione repræsentatur. Unde cum ille esse tantum putet horam decimam, & dicat, *luna orietur mediâ nocte*, licet media nox jam sit præterita respectu propositionis in essendo, non tamen respectu illius in repræsentando, quia solum dicit lunam post tempus illud orituram, quod ipse repræsentat, & hoc est verum, quia licet ortus lunæ sit præteritus respectu temporis existentie illius actus, non tamen respectu temporis ab eo repræsentati, quia media nox semper habet rationem futuræ respectu horæ decimæ quippe quæ illam necessariò præcedit. Licet ergo tallatur existimando horam illam esse decimam non tamen fallitur in eo quòd dicit mediam noctem seu horam duodecimam futuram esse post decimam.

Res hac clarè explicatur in simili. Ponamus novam aliquam navi per flumen vehi intra unum milliæ Civitatis Londinensis, ibique anchoram jaci, postea ipso dormiente devehatur navis vi fluminis ad tria vel quatuor miliaria, tum expergefactus & nesciens quid contigerit, dicat Londinum hinc distat uno milliari, propositio illa est vera, quia nimirum inter terminos intentionales illius actus, (penes quos metienda est ejus veritas) unum tantum milliæ interjicitur, solum enim dicit, Londinum milliari uno à loco illo distare quem apprehendit, seu in quo se esse putat, non à quocunque, nec ab eo in quo est. Neque enim dicere vult, Londinum hinc, ubicunque sim, distat vno tantum milliari, hoc enim nullus sana mentis dicere posset.

Quæres secundo, utrum propositio vocalis de verâ mutari possit in falsam? Dico naturaliter non posse, quia est ens successivum, & permanere nequit, sicque de eâ minor videtur difficultas, quàm de mentali. Si autem eadem rursus verba à Deo reproducantur, videntur posse esse falsâ, sicut & mutare objectum, nec enim magis ex naturâ suâ hæc verba *Petrus dormit* significant Petrum uno instante dormire quàm alio, sicut nec magis unum Petrum, vel unum somnum significant quàm alium: unde Angelus videns hæc verba scripta, non videt quem Petrum, vel quem somnum significant, quorum tamen utrumque videret si actum intellectus cerneret, qui dicit *Petrus dormit*. Si tamen ex circumstantiis certum aliquod tempus significare videantur, possunt dici determinatè veræ, quod de propositionibus sacræ Scripturæ, quæ tempus præsens significant, omnino dicendum videtur.

Quæres



IV. Quæres tertio, quomodo hæc saltem propositio *homines qui sunt in foro, currunt*, non transeat de verâ in falsam, & muret objectum? si enim Petrus sit in foro, significat ipsum, si non sit, sed Paulus, significat Paulum, & sic de cæteris, ergo mutare potest sunt in foro objectum.

P. Arriaga & recentiores multi, ut sciunt propositionem hanc non mutare objectum, aiunt facere sensum conditionatum, nempe, si Petrus sit in foro, Petrus currit, si Paulus sit in foro, Paulus currit, nullum verò significare absolute.

VI. At sanè existimo sensum huius propositionis esse absolutum sicut si quis diceret do tibi libros qui sunt in arcâ, sciens qui in eâ libri contineantur, significat se non omnes libros ei dare, sed illos solos & determinatè, qui sunt in arcâ, Sensus ergo est, illos omnes & solos homines currere, qui sunt in foro quando profertur propositio. Quare si Petrus qui, ut suppono, est unus ex illis, non fuisset tunc in foro, fuisset alia propositio, quantumvis id non percipiat qui propositionem elicit, sicut de variis propositionibus superius vidimus.

## SECTIO V.

Verum idem numero actus possit esse simul verus & falsus.

I. IN eam sententiam abierunt Dialectici omnes, quos vidi, ut consensu veluti uno affirmarent implicare eundem actum verum simul & falsum esse posse. Non tamen mihi ita hoc manifestum videtur, ut contrarium sustineri nequeat.

II. Conclusio: potest idem numero actus respectu diversorum objectorum esse simul verus & falsus. Probatur primò, veritas & falsitas actus ex conformitate vel difformitate desumitur cum objecto, ergo si conformis simul & difformis esse possit suo objecto, poterit simul verus esse & falsus, sed potest simul conformis & difformis esse suo objecto, vel potius suis objectis, ergo. Minor probatur, potest idem actus quasi disparatè in duo vel plura objecta ferri hoc modo, Petrus currit, Paulus loquitur, sed tunc erit conformis uni nempe Petro currenti, si currit Petrus, & difformis alteri, Paulo scilicet loquenti, si tunc non loquatur Paulus, ergo poterit verus simul esse & falsus.

III. Dices, conformitas est æqualitas, sed æqualitas consistit in indivisibili, ergo & conformitas, ergo non potest simul conformis esse & difformis, conformis enim esset, & non conformis. Respondeo, admissis cæteris, distinguendo ultimum consequens, non potest simul esse conformis & difformis respectu ejusdem objecti, concedo consequentiam; respectu diversi, nego. Hic ergo actus cum disparatè quadam ratione ex modo tendendi feratur in hæc duo objecta, actus est uni conformis, difformis alteri. Quod sic explicatur, & simul confirmatur ratio superius posita. Eadem numero quantitas ulnaris est æqualis alteri quantitati ulnari, & inæqualis palmo ac decempedæ, cum tamen æqualitas consistat in indivisibili. Nil ergo vetat idem respectu unius esse æquale, & simul inæquale respectu alterius, cur ergo id in actu intellectus repugnabit, si disparatè in duo vel plura objecta tendat?

IV. Probatur secundò. Angelus in probabili sententiâ, eodem actu objecta aliqua videre potest intuitivè, & alia cognoscere abstractivè, unde de iis quæ videri intuitivè, actus erit verus, respectu verò eorum quæ non vident intuitivè, poterit esse falsus: quidni enim Angelus in iis quæ non vident intuitivè, errare

æquè possit ac homines? Confirmatur, idem actus secundum probabilem sententiam, potest simul esse fides & scientia, quidni ergo idem etiam actus, erit simul & falsus esse poterit respectu diversi objecti? Conf. secundò idem actus secundum omnes potest esse clarus & obscurus respectu diversi objecti, ut dum Angelus eodem actu rem unam videt intuitivè, aliam abstractivè, ergo & verus ac falsus respectu diversi objecti.

Tertio, in sententiâ asserente posse simplicem apprehensionem esse falsam, hoc extra omnem videtur controversiam, quidni enim aliqua objecta representent verè, & quæ intendebat, alia non? ergo cum ex modo representandi tendat in illa disparatè, quidni vera sit respectu aliquorum, & respectu aliorum falsa? seu his conformis, difformis aliis, idque sive sermo sit de simplicium apprehensione, sive de apprehensione complexâ.

Dices, ergo hic actus, omnes homines currunt, partim verus erit, partim falsus. Nego consequentiam, hic enim actus non tendit disparatè, sed in omnes homines fertur conjunctim, & tanquam in unam collectionem, sicque respectu huius actus faciunt objectum propriè unum. Sicut, exempli gratiâ, si ligno palmari duo alia ligna apponantur, quorum alterum sit unius palmi, alterum duorum, apponantur, inquam, disjuncta seu disparatè, lignum illud palmare est æquale uni, inæquale alteri, si tamen apponantur conjuncta, est illis simpliciter inæquale, quia jam non sunt in ratione mensuræ duo, sed unum. Ita suo modo res se habet in nostro casu.

Ratio demum à priori est, quia hic & similes actus, Petrus currit, Paulus loquitur, qui disparatè tendunt in objecta, æquivalent duabus propositionibus realiter distinctis, quæ hoc idem sigillatim affirmarent, & eodem modo tendit quo illæ, ac proinde hic actus est virtualiter duplex propositio, & consequenter nil vetat quò minus respectu unius objecti sit verus, respectu alterius, falsus, si possit in illa tendere disparatè, quod certè non apparet cur non possit. Deinde hæc propositio non est propriè hypothetica, cum in hypothetica, necessariò sint tres copulæ modo nostro concipiendi, duæ categoricarum, & una propria hypothetica, hic autem non sunt nisi duæ copulæ categoricæ, nec hæ realiter distinctæ. Hic ergo actus non est propriè propositio hypothetica; vocari itaque potest mixta, vel virtualis duplex categorica. Unde sicut si Joannes eliciat hunc actum, Petrus currit, qui sit verus, & Antonius hunc Paulus loquitur, qui sit falsus, ille qui eliceret hunc actum Petrus currit, Paulus loquitur, ferretur in idem planè objectum in quod illi duo feruntur, idque disparatè, ergo actus hic respectu unius objecti verus esse poterit, respectu alterius, falsus.

Dices, hic actus est difformis objecto suo adæquato, ergo est simpliciter falsus. Respondeo negando suppositum, nempe habere hunc actum unum objectum adæquatum, non enim propriè habet unum objectum, sed plura, in quæ tendit disparatè, uno illorum proinde conformis esse potest, difformis alteri. Sicut, ut supra dixi, si uni ulnæ apponantur disparatè duæ aliæ quantitates, quarum altera sit ulna, altera major vel minor, & quis diceret ulnam illam esse simpliciter inæqualem mensuræ suæ adæquatæ, negandum esset suppositum, quia illæ mensuræ non sunt una adæquata mensura, sed plures disparatæ; si tamen illæ eadem apponantur unitæ, est illis simpliciter inæqualis, quia jam non sunt duæ mensuræ, sed una.

Ad hoc autem ut sciatur, faciantur aliqua unum objectum adæquatum respectu actus, spectari debet non conjunctio objectorum à parte rei, sed modus tendendi



Vnde scitur  
actum habere  
unum  
objectum  
adaquatum

tendendi actus: ut in actu falso hypothetico contingit, quo quis diceret *Petrus currit & Paulus loquitur*, quorum alterum tantum est verum, & propositio simpliciter est falsa, hæc enim objecta licet in re non conjuncta, tamen in ratione unius objecti, respectu hujus propositionis conjunguntur ex modo tendendi actus: sicut etiam ex diverso modo tendendi diversa est propositio hypothetica ab eâ, quæ est categorica de extremo copulato.

## SECTIO VI.

*Utrum unus actus sit magis verus vel falsus alio.*

I.  
Veritas ali-  
quando su-  
mitur pro  
infallibilitate.

**N**Otandum, veritatem vel falsitatem dupliciter sumi posse, primò, ut adæquationem & inæqualitatem dicunt cum objecto; secundò, pro immutabilitate, seu non pro adæquatione præcisè, sed pro magis vel minus infallibili adæquatione vel conformitate cum objecto.

II.  
Potest unus  
actus esse  
verior vel  
falsior alio  
immutabili-  
ter.

**P**rima conclusio: unus actus potest esse radicaliter verior, hoc est, immutabilior alio, sicut etiam falsior. Probatür, illa propositio magis vera dicitur hoc sensu, cui magis repugnat falsitas, seu cujus objectum est magis necessarium, sed huic propositioni *Petrus est homo*, magis repugnat falsitas, quam huic *Petrus peccat*, prima enim est de objecto immutabili, secunda non, sed potuisset esse falsa, ergo. Confirmatur, hoc sensu fides Divina dicitur magis vera quam actus aliquis verus naturalis, quia scilicet magis repugnat falsitati, seu quia est certior. Sic etiam hoc sensu dici solet, Deus magis esse *ens* quam creatura, id est, magis necessarium *ens*, cum omnis creatura potuerit non existere. Quoad secundam partem conclusionis, hoc sensu magis falsa est hæc propositio, *Petrus est lapis*, quam *Petrus est albus*, quia magis repugnat veritati, cum Petrus lapis esse non possit, possit esse albus.

III.  
Una veritas  
est perfectior  
aliâ.

**S**ecunda conclusio: una veritas est perfectior aliâ. Est clarum, sic enim visio Beata est perfectior actu Fidei, vel actu aliquo naturali quo quis dicat *Leo rugit*. Hoc sensu, definitio si esset actus supernaturalis, perfectior foret aliâ definitione naturali: sed hæc non est perfectio in ratione definitionis, vel veritatis formaliter: sicut nec est perfectio major in ratione ulnæ inter duas ulnas aureas quam ligneas.

IV.  
Una veritas  
non est for-  
maliter ma-  
jor aliâ.

**T**ertia conclusio: una veritas non est major aliâ, rigorosè loquendo, seu in ratione veritatis formaliter. Ita Suar. d. 9. Met. f. i. n. 24. Hurt. d. ii. Log. f. 2. n. 13. Arriaga d. 14. Log. f. 3. Ratio à priori: essentia veritatis in hoc consistit, ut repræsentet objectum sicuti est, sed unus actus verus non magis objectum repræsentat sicuti est, quam alius, ergo. Probatür minor, rem namque repræsentare sicuti est, consistit in indivisibili, si enim vel minimum addat aut demat, non repræsentat objectum sicuti est & actus est falsus. Confirmatur, si duæ lineæ sint omnino rectæ, non potest una rectior esse aliâ, licet præstantioris esse materiæ possit, sed veritas est linea intentionalis omnino recta, excludens omnem omnino curvitatē, ergo.

V.  
Actus unus  
est immu-  
tabilior alio,  
non tamen  
conformior  
objecto.

**P**robatür secundò, qui dicit *Aquila volat aquilâ* volante, tam affirmat verum formaliter quam qui dicit, *homo est animal rationale*, vel *Deus est immensus*, licet hi duo actus sint veriores, id est, immutabiliores in veritate, quia objecta sunt immutabilia juxta primam conclusionem. Confirmatur, sicut unum punctum non est majus aut minus alio, quia utrumque est indivisibile, sic nec una veritas formaliter major est vel minor aliâ, cum etiam consistat in in-

divisibili formaliter loquendo sicut æqualitas, est enim adæquatio actus cum objecto, unus autem actus non potest magis adæquari objecto quam alius, si ille verè eidem adæquetur.

**D**ices primò; unus actus potest esse certior & evidentior alio, ergo & verior. Nego consequentiam, certitudo enim & evidentia actuum, cum ex pluribus vel paucioribus rationibus desumantur, quibus actus innitur, possunt suscipere magis & minus non sic veritas.

**D**ices secundò; conclusio est vera propter præmissas, ergo præmissæ sunt magis veræ, nam propter quod unumquodque est tale, & illud magis. Respondendo negando antecedens, non enim est vera conclusio propter præmissas formaliter, sed quia est conformis suo objecto.

**Q**uarta conclusio; una etiam falsitas formaliter loquendo, non est major aliâ. Ad probationem, Notandum, objecta esse in duplici differentiâ, aliqua enim sunt indivisibilia, divisibilia alia. De primis non est controversia, nam objectum indivisibile non est controversia, nam objectum indivisibile non suscipit magis & minus; unde tam falsum est formaliter, dicere *Petrus non existit*, si existat, quam dicere, *Deus non existit*, cum existentia utriusque consistat in indivisibili: unde æquè aberrat à vero uterque actus, cum uterque feratur in contradictorium veritatis, quo longius non potest quis ab eâ recedere. Aliquo tamen sensu magis falsum est hoc secundum, ob immutabilitatem, ut in primâ conclusione ostensum est.

**C**irca objectum divisibile major est difficultas, sed in illo etiam probatur: hæc propositio, *omnes homines currunt*, est tam formaliter falsa, licet omnes currant præter unum, atque si unus tantum currat. Cujus ratio est, quia non considerantur hic omnes homines secundum se, sed prout in unum copulantur in cursu, at quoad hanc copulationem requiritur ut omnes omnino currant, & si vel unus non currat, tam tollitur hæc copulatio, & consequenter veritas ex parte actus, atque si centum non currant, major enim vel minor numerus ad formalem ablationem veritatis nil facit, sed materialiter solum auget falsitatem, id est, qui hoc dicit, profert propositionem quæ magis repugnet veritati. Quo modo locutus est Aristoteles 4. Met. c. 4. fine, dum ait, *nec eodem modo mentitus est qui quatuor putat esse quinque, & qui mille*. Sicut & qui dicit *Deus non est*, magis falsam hoc sensu profert propositionem, quam qui dicit, *Petrus non existit* existente Petro.

**H**æc ergo propositio *omnes homines currunt*, nullum sigillatim respicit, sed omnes per modum unius complexi, cum ergo tam tollatur complexum illud formaliter per ablationem unius quam per ablationem viginti, tam erit formaliter falsa una propositio, quæ fertur in hoc complexum, quam alia. Sicut si decem homines essent in hoc gymnasio, & unus egredietur, tam non remanet illic numerus hominum denarius, quam si egredierentur quatuor.

**P**robatür secundò, cum, octo hominibus currentibus, dicit quispiam, *sex tantum homines currunt*, & aliter, *quatuor tantum currunt*, non ideo est actus falsus quia affirmat hic sex currere, ille quatuor præcisè, sed quia uterque formaliter excludit octonarium numerum à cursu, sed uterque æquè formaliter excludit octonarium numerum, nam uterque æquè ponit contradictorium octonarii, ergo uterque actus est æquè falsus. Confirmatur, tam falsum affirmat, formaliter loquendo, qui dicit *Petrus*, qui oculos habet clausos, videre, quam qui dicit *lapidem* videre, licet hoc secundum magis repugnet veritati.

**R**es hæc clarissimè probatur hoc exemplo. Quam-

VI.  
Unus actus  
est certior  
& evidentior  
non verior  
alio.

VII.  
Conclusio  
non est vera  
formaliter  
propter præ-  
missas.

VIII.  
Una etiam  
falsitas non  
est formaliter  
major  
aliâ.

IX.  
Nec hoc ita  
solum se ha-  
bet in obje-  
cto indivisi-  
bili, sed et-  
iam indivi-

X.  
Quis sit  
sensus hujus  
actus. Om-  
nes homi-  
nes currunt.

XI.  
Ostenditur  
ulterius nu-  
mum actum  
non esse alio  
falsiorem.

XII.  
vis



*Exemplo distantia localis ostenditur unum actum non esse magis falsum alio.*  
vis unus Londino plus distet quam alius, tamen tamen non est Londini hic quam ille, licet enim distantia non consistat in indivisibili, consistit tamen negatio ubicationis vel existentia Londinensis: unde tamen non est Londini qui est Cantabrigia, quam qui est Parisijs. Sic ergo in presenti, in non representando rem sicuti est, in quo consistit falsitas formaliter,

omnes actus conveniunt, licet materialiter & extensivè unus possit alio esse falsior, ut si quis diceret *lac est nigrum & amarum*, extensivè magis falsus esset actus, quam si solum diceret, *lac est nigrum*, formaliter tamen æquè falsus est unus actus atque alius, quia æquè uterque non representat objectum sicuti est.

## DISPUTATIO XLVI.

### De Futuris contingentibus.

#### SECTIO I.

*Utrum Propositiones de futuro contingente habeant determinatam veritatem vel falsitatem.*

**I.** *Propositio de futuro necessario vera, ut Anti-Christus erit rationalis, hæc determinatè falsa, ut Petrus non erit animal.* De futuro ergo solum in materiâ contingente est sermo, ut *Petrus eras currens, scribes, dormies.*

**II.** *Propositio de futuro contingente vera, ut Petrus scripsit, scriptio illa vel determinatè est posita, & sic propositio est determinatè vera; vel non est posita, & tunc propositio est determinatè falsa: ita & cum quis dicit, Petrus peccabit, utrum peccatum sit determinatè futurum, & propositio vera, vel non futurum, & propositio falsa: licet propositio determinatè vera vel determinatè falsa est conformitas vel diffinitas intellectus ad objectum determinatè futurum, vel non futurum.*

**III.** *Opinio negans propositionem de futuro contingente esse determinatè veram vel falsam.* Celebris hæc in re est Thomistarum opinio, qui licet propositionem de objecto futuro necessario determinatè veram esse non inficiuntur, ut *Anti-Christus erit rationalis*, & de objecto impossibili determinatè falsam, ut *calor erit albedo*, propositiones tamen de futuro contingente nec determinatè veras esse asserunt, nec determinatè falsas, sed sicut objectum est indifferens ut sit vel non sit, ita propositio illud affirmans est indifferens ut sit illi conformis, vel diffinis, & consequenter ut sit vera vel falsa, cum veritas consistat in conformitate cum objecto, falsitas in diffinitate.

**IV.** *Sententia asserens has propositiones esse determinatè veras vel falsas.* Communis tamen, & vera sententia affirmat propositiones omnes de futuro, etiam contingente, vel esse determinatè veras, vel determinatè falsas. Ita Suarez opusc. 2. lib. 1. c. 2. Vasq. 1. p. d. 67. & 66. Valen. Arrub. Tann. Hurt. d. 9. de An. 1. 6. Arriag. d. 14. log. 1. 5. Herice 1. p. d. 6. c. 7. ubi viginti pro ea auctores assert ex alijs scholis, ut Alensem, D. Bonav. Scotum, Okamum, Gabrielem, & ex Thomistis Zumel & Alvarez.

**V.** *Aliud est propositio nem esse veram, aliud esse certam.* Notandum primò ad vitandam æquivocationem, aliud esse, propositionem esse veram, aliud esse certam; primum requirit solum ut objectum ita se habeat sicut actus enunciat, secundum verò ulterius exigit, ut hoc dicenti innotescat, & firmis nitatur principijs, & quoad hoc idem est in propositione de presenti, hæc enim vera esse potest & non certa, non minus quam propositio de futuro, ut si quis dicat *Stella sunt pares, Turca dormit.*

Notandum secundò, circa objectum ipsum, aliud VI. esse rem determinatè esse futuram, & esse futuram necessariò: multa enim de facto sunt futura, quæ tamen futura sunt contingenter, seu ita ut potuerint non habere existentiam. Ad hoc ergo ut res determinatè sit futura, aliud non requiritur, quam ut verè habitura sit existentiam in aliquo instante post tempus illud, in quo profertur propositio, sive illa existentia ei obveniat liberè, sive necessariò. Et quoad hoc idem etiam est de objecto propositionis de presente.

Notandum tertiò, cum Herice, Hurtado & alijs citatis, non ideo rem dici jam futuram, quasi jam existat aliqua illius futuritio, sed merè dici rem futuram ex eo, quod aliquando erit. Est proinde futuritio rei, existentia illius in tempore aliquo sequente, connotando negationem ejus in instante presente: & eodem modo rem esse præteritam, est illius existentia in tempore aliquo præcedente, connotando negationem ejus pro tempore presente. Unde quoad hoc, eadem est difficultas de re præteritâ, ac de futurâ. Quare ut ait S. Augustinus, *non nisi abusive dicuntur esse tria tempora, cum verè nullum sit præteritum, nisi præsens: præteritum autem fuit, futurum erit.* Unde ut optimè notat P. Herice n. 89. hæc propositio, *Anti-Christus est futurus*, si omnes voces in sensu proprio sumantur, est falsa, & implicationem involvens, ac se destruens, verbū enim est importat aliquid de presente, participium verò *futurus* hoc totum negat, & importat actu nihil esse, sed aliquando fore. Quare, inquit, in rigore hæc propositio *Anti-Christus est futurus*, perinde sonat ac si quis diceret *Anti-Christus est, erit*. Sensus itaq; illius propositionis est, *Anti-Christus*, licet de presenti nihil habeat, magis quam quivis alius homo possibilis, qui nunquam existet, in aliquo tamen tempore post hoc instans in quo profertur propositio, habebit existentiam: & hoc modo propositio illa est jam determinatè vera.

Dices, jam est verum dicere rem esse futuram, ergo tota forma per quam denominatur futura, est modò. Respondeo, ad hoc ut jam sit verum dicere, rem esse futuram, sufficere quòd aliquando post hoc instans res habebit existentiam, est de facto nihil omnino habeat. Melius proinde rem explicat qui hoc modo loquitur, dico *Petrum fore*, seu *futurum*, quam *esse futurum*, *Deus videt Anti-Christum peccaturum*, quam *esse peccaturum*, licet ex usu idem sint. Ad consequentiam dico, totam formā, quæ ad denominationem futura rei illi dandam jam existere debet, jam esse, non tamen est necessariū, ut tota forma quæ ad hanc denominationem concurrir, modò existat, imò tota non debet jam existere, sic enim non esset res futura, sed præsens, & quoad hoc, eadē difficultas est de re præteritâ. Ad hoc ergo ut res dici possit futura, non requiritur ut quidquam illius jam existat, sed solum ut jam existat instans aliquod temporis vel æternitatis, post quod erit res illa. Sic in multis

VI. Aliud est rem esse determinatè futuram, aliud esse futuram, aut necessariò.

VII. Quid sit rem esse futuram, aut præteritam.

S. Augustinus. Non dicuntur tria tempora, nisi abusive.

Quid hæc verba in rigore significant Anti-Christus.

VIII.

Congruenter dicitur Petrus fore quam esse futurum.

VI. Ut res jam futura, sed præsens, & quoad hoc, eadē difficultas est de re præteritâ. Ad hoc ergo ut res dici possit futura, non est opus, ut quidquam illius jam existat.



ris alijs denominationibus non requiritur ut tota forma dans denominationē, simul existat, ut constat in denominatione prioris & posterioris, antiqui, conversi, mortui, annihilati, & similitum.

## XI.

Ad veritatem propositionis de futuro, non debet tunc existere aliquid quod veritas obiectiva.

Ultimò itaque notandum ad resolutionem huius questionis, ad hoc ut propositio de futuro sit vera, non esse necessarium, ut tunc quando profertur propositio, existat aliqua veritas obiectiva illius rei: tum quia eodem planè modo tendit in obiectum suum actus falsus ac verus, & tamen respectu illius nulla existit veritas obiectiva, ergo nec requiritur ut sit aliquid huiusmodi in obiecto, quando in illud fertur actus verus: Tum etiam quia actus sapè, præsertim de futuro, non enuntiat aliquid, quod tunc existit, sed merè futurum.

## SECTIO II.

Ostenditur propositiones de futuris contingentibus esse determinatè veras, vel falsas.

## I.

Ex contradictorijs una est determinatè vera, altera determinatè falsa.

His itaque præmissis, probatur conclusio primò: Ex duabus propositionibus contradictorijs altera est determinatè vera, altera determinatè falsa, sed hæ sunt contradictoriæ, *Petrus cras peccabit, Petrus cras non peccabit*, ergo. Confirmatur, hæc propositio *Petrus cras peccabit*, affirmat determinatè peccatum Petri cras futurum, non enim affirmat tantum futurum vel non futurum, vel ergo est cras futurum, & est propositio jam determinatè vera, cum jam affirmet sicut res est, estque conformis in representando rei in essendo; vel non est futurum, & tunc est falsa, quia non affirmat sicut res est. Quod autem veritas illius nobis innotescat vel non, nil refert ad hoc ut in se determinatam habeat, vel non habeat veritatem.

## II.

Indifferentia ad existendum non tollit quo minus quid sit futurum determinatè.

Dices, obiectum non est determinatè futurum vel non futurum, est enim indifferens adhuc ut sit vel non sit. Contrà, ergo nec propositio de præsentem in materiâ contingente erit determinatè vera, nam peccatum Petri quodcumque est, est contingenter seu ita ut possit absolute non esse, & indifferens an è ut sit, vel non sit, cum liberè fiat. Si autem sermo sit de necessitate ex suppositione, sic omnis propositio vera est necessariò vera, sicut & omnis falsa necessariò falsa, cum supposito quod obiectum sit, aliter esse non possit: unde si obiectum verè sit futurum, propositio hoc affirmans enuntiat determinatè sicuti est, & est determinatè vera, si non sit futurum, est determinatè falsa.

## III.

Dei cognitio de futuris contingentibus erat ab æterno determinatè vera.

Secundò probatur conclusio, Deus ab æterno habuit perfectam ac determinatam cognitionem horum obiectorum futurorum, ut est de fide, illa etiam Prophetis revelat: cognitio item Dei de peccato Anti-Christi non est indifferens ut sit vera vel falsa ex suppositione obiecti, sed ab æterno fuit vera, & determinatè vera; cognitio enim quæ non est determinatè vera, non est vera, sed suspensa ut vel vera sit vel falsa, quod dictu planè impossibile est de cognitione Dei, ergo universim falsum est dicere nullam propositionem de obiecto contingenter futuro esse determinatè veram.

## IV.

Respondent Deo nihil esse futurum.

Respondent adversarij cognitionem Dei esse determinatè veram, sed non esse de obiecto futuro, omnia enim, inquit, Deo præsentia sunt in æternitate, & respectu illius nihil est futurum, quod non contingit respectu cognitionis create. Præsentiam hanc rerum in æternitate latè refutavi p. d. s. l. g. hic verò quia res est Theologica hunc respondendi modum strictim solum impugnabo.

## V.

Contrà ergo est primò, per præsentiam enim in

æternitate, vel intelligunt creaturas fuisse verè ab æterno Deo præsentem, & hoc est apertè falsum, cum certum de fide sit res omnes creatas primò productas esse in tempore, ergo ante illud tempus non existebant, ergo Deo non coexistebant, ut constat, cum coexistentia sit duorum existentia in eodem tempore vel instante conjuncta, ergo si nulla creatura existebat ab æterno, à fortiori nulla coexistebat. Si autem per coexistere Deo in æternitate nihil aliud velint quam coexistere in sua differentia temporis toti æternitati indivisibili Dei, quæ, cum sit ipsa entitas Dei, necessariò existit tota in quovis instante, est minus propria locutio, nec conducere videtur ad rem præsentem: nec ob hoc verum est dicere creaturas esse ab æterno, & Deo tunc præsentem, magis quam Petrum qui est hic, & coexistit toti immensitati Dei (quæ similiter est indivisibilis, & ipse Deus, non minus quam æternitas) esse ubique, seu coexistere Deo in Indijs, aut in centro terræ. Non est ergo verum, rem quæ quocumque modo coexistit æternitati, esse ab æterno, ergo nec res futuræ præsentem Deo erant ab æterno, quod autem sint postea futura præsentem æternitati Dei, non facit ad præsens propositum, verè enim ab æterno non erant Deo præsentem, seu coexistentem, sed suo tempore coexisturæ.

Contra secundò, Deus & homo quispiam simul habebant hanc propositionem, *Petrus cras peccabit*, quis dicit propositionem Dei esse veram, non propositionem hominis, cum uterque actus feratur in idè omnino obiectum, sitque ei conformis? Vel si Deo dicente *Petrus cras peccabit*, homo vel Angelus dicat, *Petrus cras non peccabit*, quis dicit propositionem Dei esse determinatè veram, propositionem autem Angeli aut hominis non esse determinatè falsam, cum sint actus omnino oppositi & contradictorij?

Tertiò probatur conclusio, Prophetæ propositiones proferunt de obiectis contingenter futuris, ergo vel sunt determinatè veræ, vel non: hoc secundum nullus credo dicet, nec negabit prædictiones Prophetarum de huiusmodi rebus futuris esse determinatè veras, & tamen non coexistunt obiecta futura Prophetis, ergo coexistentia illa in æternitate nihil facit ad veritatem propositionum de futuro contingente.

Uterius itaque si alius quisvis homo diceret temerè aut casu id quod dicit Propheta, *Petrus scilicet cras peccaturum*, aut mortuum, vel aliquid huiusmodi, licet in hoc, differentia inter hos actus foret, quod actus prophetæ certus esset, alterius hominis incertus, in veritate tamen nulla esset differentia, cum nō minus actus huius hominis affirmet sicuti res est sitque proinde conformis suo obiecto quam actus Prophetæ. Sicut etiam si quis videns solē lucere, dicat tunc cæco cuiuspiam, *sol lucet*, & is ob auctoritatē dicentis credat, actus dicentis est certior & evidentior quam actus cæci, non tamen verior, cum uterque actus sit æquè conformis obiecto.

Alijs argumentis, quæ in infinitum congeri hic possent, omisissis: Ratio à priori breviter est quam jam insinuavi, quia veritas aut falsitas actus ex eo adæquatè desumitur, quod affirmet sicuti res est, seu erit, vel aliter quam est, aut erit, sed qui dicit *Petrus cras peccaturum*, vel affirmat sicuti res erit, si cras verè peccabit, & actus est verus, vel aliter quam res erit, si nō peccabit, & actus est falsus & diffinitus obiecto, nec enim fertur indeterminatè affirmando peccaturū vel non peccaturū, sed determinatè dicit peccaturum, ergo. Confirmatur, quidquid erit, determinatè erit, tum quia nihil potest existere indeterminatè vel vagè, tum quia quidquid existit, procedit à causis, causæ autem nihil vagum aut indeterminatè.



terminatum possunt producere, sed qui dicit aliquid futurum, in illud eo modo fertur quo, aliquando erit, ergo.

## SECTIO III.

*Argumenta contententia futura contingentia non esse determinatè vera vel falsa.*

I. Obijciunt primò Aristotelem, quem hac in parte sequitur Cicero l. de Fato: de quo proinde appositè S. Augustinus l. 7. de Civit. Dei, c. 9. ut homines liberos faceret, fecit sacrilegos, nempe qui Deo scientiam potiùs adimere voluit, quàm hominibus libertatem.

II. Respondeo primò, amicus Aristoteles, magis amica veritas, præsertim cum hoc asseruerit ex erroneo principio, ut scilicet negaret Deum isthac scire, quòd hominum libertatem cum hac Dei præscientia conciliare non posset: unde, ut ostendit P. Vafq. 1. p. d. 66. c. 2. num. 11. Aristoteles Deo rerum hujusmodi in particulari providentiam negavit. Et licet nonnulli conati sint Aristotelem ab hoc errore vendicare, frustra tamen, ut ostendit P. Suar. Opus. de scientia Dei, lib. 1. c. 2. n. 11. ex S. Gregorio, Majore, & alijs.

III. Fortè tamen dici posset non aliud voluisse Aristotelem quando negavit hanc propositionem esse nunc determinatè veram *Petrus cras peccabit*, quàm non esse jam in Petro determinationem aliquam ratione cujus dicatur cras peccaturus, sed hoc merè pendere à voluntate ipsius liberà: in igne verò & alijs causis necessarijs, jam assignari potest aliqua determinatio in ipsa earum naturà, ratione cujus dici jam possit ignis e.g. determinatus ad cras comburendum, potiùs quàm ad non comburendum.

IV. Obijciunt secundò; si propositio de peccato Petri futuro sit determinatè vera, ergo objectum est determinatè futurum, ergo Petrus est determinatè peccaturus, ergo non potest non peccare, præsertim cum suppositio hæc sit antecedens peccatum, nam est de peccato futuro: quod fortius urget in cognitione Dei de eodem peccato. Respondeo incipiendo ab hoc ultimo, hæc suppositio est antecedens tempore, concedo; naturà, nego: nec enim est vera hæc causalis, ideo *Petrus cras peccat, quia Deus videt eum cras peccaturum*, sed è contrà, ideo *Deus videt eum cras peccaturum, quia cras ipse determinabit se ad peccatum*, visio enim supponit futuritionem effectus, ac proinde hæc est solum necessitas consequens, non antecedens. Quod idem est de objecto vel peccato præsentè, & quod actu sit, supposito enim quòd Deus id videat fieri, non potest non fieri: sicut si Joannes videat Petrum hinc stantem, posito quòd Joannes ipsum videat stantem, non potest non stare, sed priùs aliquo modo supponitur stare, quàm Joannes ipsum stare videat.

V. Unde ad reliqua in objectionè respondetur, si per objectum esse determinatum, & determinatè futurum, intelligatur esse necessarium, vel necessariò futurum, est falsum; si verò solum intelligatur verè futurum, nil in hoc incommodi: est enim peccatum illud verè futurum, licet liberè, ita scilicet ut possit non esse, licet de facto sit futurum: hæc autem determinatio non tollit indifferentiam ad posse esse simpliciter, vel posse non esse, sed ad esse vel non esse de facto, de facto enim erit, quamvis liberè erit. Omnis ergo illa necessitas est solum consequens, & secundum quid, non antecedens, & simpliciter, cum antecedenter & simpliciter sit in voluntate Petri, ut

nec Joannes videt ipsum stantem, nec Deus peccantem.

Si tamen propositio aliqua vel mentalis vel vocalis, esset causa sui objecti, vel si visio intuitiva Dei, aut prædictio Prophetæ actum illum quem cognoscit aut prædicat, efficere, tunc non fieret liberè, ut si Deus elevarer actum intellectus, quo quis mente dicit *Petrus sedet*, ad primò producendum sessionem, vel actum aliquem voluntatis Petri, Petrus in eo casu necessariò sederet, vel actum illum eliceret, cum pro aliquo priori & antecedenter sit necessitatus ad utrumque nec sit in potestate ipsius (idque ob aliquid simpliciter antecedens) non sedere, & actum illum voluntatis non elicere.

Dices, hoc enthymema est verum, Deus præscit Anti-Christum peccaturum, ergo peccabit, ergo posito illo antecedente, necessariò sequitur consequens, sed antecedens illud est Anti-Christo necessarium, cum non sit in ejus potestate ut Deus non habeat illam scientiam, ergo. Respondeo, antecedens illud non esse Anti-Christo necessarium, Deus enim ab æterno erat indifferens ad habendam contrariam scientiam, & solum habet hanc dependentè à liberà determinatione futurà Anti-Christi ad peccatum, qui, si pro sua libertate, quam pro illo priori habet, eo instanti quo peccabit, determinaturus se fuisset ad non peccandum, Deus non hanc scientiam, sed aliam habuisset. Cum ergo scientia hæc Dei de peccato Anti-Christi supponat illud futurum, posterior naturà vel ratione est libertate Anti-Christi pro sua temporis differentià exercitâ, ergo illam lædere non potest, peccatum enim Anti-Christi antecedit scientiam Dei, & illam infert, non è contrà, si loquamur de antecedentià simpliciter. Quando autem dicitur, Deus præscit Anti-Christum peccaturum, ergo peccabit, distinguendum est antecedens, præscit prioritate naturæ, seu antecedenter, nego; posito quòd sit peccaturus seu consequenter, concedo.

Unde semper manet simpliciter seu antecedenter posse Anti-Christum non peccare, quod tamen non est posse fallere scientiam Dei, Deus enim non videt eum peccaturum nisi posito quòd sit peccaturus, non posse autem non peccare, posito quòd sit peccaturus, non minuit libertatem, sicut nec non posse non peccare posito quòd peccet, multò ergo minùs scientia Dei tollit libertatem, utpote quæ supponit peccatum futurum, & consequenter uno adhuc signo rationis seriùs, ut ita dicam, advenit; ergo si libertas ipsa exercita non tollat libertatem, ut fatentur omnes, multò minùs scientia quæ hanc subsequitur.

Obijciunt tertio; propositio quæ dicit, *Petrus cras peccabit*, nec videtur jam esse vera nec falsa, patet, objectum est indifferens ad existendum vel non existendum, ergo & actus est indifferens ad esse verum vel falsum, ergo actu nec est verus nec falsus. Ad argumentum, negatur antecedens: ad probationem, distinguo antecedens, objectum est indifferens ad existendum vel non existendum, id est, non necessitatur ad existendum, concedo antecedens; id est, de facto non existet, nego. Actus ergo denominationem veri vel falsi accipit à futuritione objecti, quod licet contingenter, est tamen futurum, & Deus videt illud tali tempore fore.

Obijciunt quartò; si propositio de futuro contingente sit determinatè vera, vel determinatè falsa, ergo frustra quis consultat de medijs ad finem illum obrinendum requisitis, ad peccatum scilicet fugiendum: vel enim est vitaturus peccatum, vel non, si non, frustra consultat de medijs ad illius vitationem conducentibus ponendis, cum non sint habitura effectum; si ita, non est opus ullà consultatione, cum

VI.  
Si visio  
Dei influat  
ret in actum,  
vollet li-  
bertatem.

VII.  
Dices: va-  
let hac con-  
sequentia  
Deus videt  
Anti-Chri-  
stum pecca-  
turum ergo  
peccabit.

Resp. sequi  
potius è con-  
trà, Anti-  
Christus  
peccabit,  
ergo Deus  
videt eum  
peccaturum.

VIII.  
Potentia  
Anti-Christi  
ad peccandum  
manet il-  
la.

IX.  
Obi. objec-  
tum est  
indifferens  
ad esse &  
non esse, ergo  
actu nec  
est verum  
vel falsum.

Resp. objec-  
tum de  
facto futu-  
rum, quod  
sufficit ut  
actus sit  
verum.

X.  
Obi. ergo  
frustra con-  
sultamus  
de medijs.

jam



jam effectus sine illa, & antecedenter ad illam sit futurus.

**XI.**

*Resp. non frustra con-  
sultari, cum  
in se pendere  
possit vitia-  
tio peccati.*

Peripete mihi facere videntur qui hoc obijciunt, ac si ægrotus diceret, vel sum recuperaturus sanitatem, vel non, & ob similem discursum recusaret summere medicinam. Respondeo itaque non esse frustraneam vel ibi consultationem, vel hic sumptionem medicinæ, potest namque vitatio vel non vitatio illius peccati, recuperatio vel non recuperatio sanitatis pendere à consultatione vel sumptione, potest enim uterque effectus esse futurus vel non futurus dependenter ab his medijs, unde Deus videt ægrotum illum si sumat talem medicinam, recuperaturum sanitatem, quare licet sint futuræ sanitas & vitatio peccati, sunt tamen dependenter ab ijs medijs futuræ.

**XII.**

*Argumenta  
de cognitione  
futurorum  
æquæ ur-  
gent in co-  
gnitione  
præterito-  
rum.*

Solum hic adverto, plurima ex argumentis quæ contra nostram sententiam fieri solent, æquæ urgere in cognitione præteritorum, ut, quod futurum, jam non sit, ac proinde quod jam causare nequeat veritatem, sed nec præteritum jam est, ergo non magis eam causare poterit. Ad utrumque ergo dico, non posse eam causare physicè influendo, cum operari supponat esse, sic tamen terminando, seu tanquam connotatum extrinsecum, cui conformari debeat actus, cum & purè possibilia, imò & impossibilia hoc modo causare eam possint.

#### SECTIO IV.

*An Futura etiam conditionata sint determinatè vera vel falsa.*

**I.**

*Rem hanc,  
supra  
Theologi-  
cam, paucis  
expediam.*

In hac questione difficultas haud paulò major est, quam in præcedente. Sed res est merè Theologica; & scripturæ potius ac Patrum testimonijs, quam logicis speculationibus decidenda: de qua proinde flere satius est, quam pauca dicere, eamque non omnino potius, quam non pro dignitate discutere. Ut tamen mori à Dialecticis inducto morem geram, quædam hac de re obiter attexam, ita tamen, ut quæstionem hanc non omisisse potius, quam de eà egisse videar. Legatur Suar. to. 1. de Grat. Proleg. 2. & Opus. 2. l. 2. ubi fusissimè, & eruditissimè hac de re disputat.

**II.**

*Propositiones  
hec sunt,  
vel in mate-  
riâ necessa-  
riâ, vel  
contingente.*

Propositiones de futuro conditionato, aliæ sunt necessariæ, seu in materiâ necessariâ, quando scilicet conditio necessariam habet connexionem cum re, quæ sub conditione illâ affirmatur ut futura, ut, *si sol oriatur, dies erit.* Aliæ sunt de futuro contingente & libero, utpote in quibus conditio non infallibiliter connectitur cum re futurâ, ut, *si Paulus cras incidet in tales socios, peccabit.* In his autem & alijs intercedere debet connexio aliqua inter conditionem & id quod conditionatè dicitur futurum, alioqui non est conditionata propositio, nisi voce tantum, ut in Introductione dictum est. Unde hæc non est propriè de futuro conditionato, de quo hic loquimur, *si canis latret, aquila volabit.*

Dico ergo propositiones etiam de futuris conditionatis liberis esse determinatè veras vel falsas. Ratio est primò, quia sicut propositiones de objectis absolute futuris sunt determinatè veræ vel falsæ, quia objecta sunt absolute futura vel non futura determinatè, ita & hæc similiter erunt determinatè veræ vel falsæ, quia objecta sunt etiam determinatè futura posita tali conditione, vel non futura. Exempli gratiâ, Petrus, si ipsum rogavero, dabit mihi librum determinatè, vel non dabit, posita enim hac conditione, vel se determinabit ad unam partem contradictionis, vel alteram, ergo propositio quæ affirmat ipsum, posita tali conditione, daturum librum, est determinatè vera, si sit daturus, quia affirmat sicuti res est, vel erit; aut est determinatè falsa, si non sit daturus, quia non affirmat sicuti res est, vel erit.

Secundò probatur, videt Deus hæc objecta, posita conditione, futura determinatè, vel non futura, ut patet ex varijs Scripturæ locis, ubi Deus de huiusmodi objectis quid in eo casu futurum esset revelat, unus ille locus ex infinitis propè sufficiat Matth. 11. v. 21. ubi ait Christus, *ve tibi Corozan, ve tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco & cinere penitentiam egissent:* ergo videt Deus quid futurum sit posita tali conditione.

Tertiò probatur, ad omne omnino cognoscibile extenditur infinita Dei scientia, ita ut nulla veritas cognoscibilis sit quæ eam lateat, sed res sub conditione eventura est veritas cognoscibilis, ergo. Minor probatur, sicut quia Paulo petenti Petrus absolute dat librum, propositio illa absoluta est determinatè vera, ita & conditionata est vera ex eo quod posita conditione est daturus.

Quartò probatur, sine hac scientiâ non posset Deus prudenter administrare mundum, ut facile discurrenti constabit. Deinde si Deus non videat determinatè hæc objecta, multæ Deo quæstiones ab hominibus proponi possent, quibus ipse non posset respondere, vel si responderet, dubitare possemus de veritate responsi, ut si quis peteret à Deo, num Petrus, si petat pauper ab eo cras eleemosynam, daturus sit, necne; si enim Deum lateat quid Petrus sit facturum, non potest respondere nisi sub disunctione, nempe, dabit vel non dabit, quod de Deo nullâ ratione videtur admittendum. Imò quis non videt quàm parum dignitati Dei sit consonum, ut dicatur in his objectis agere tantum conjecturis, & consequenter aliqua esse quæ Deus certò non novit? Quod si concedatur Deum hæc objecta videre, & de ijs propositiones formare, dum ea revelat, certè homo quispiam dum similem propositionem profert, licet non habeat actum æquè certum, habet tamen æquè verum, quia tam objecto conformatur actus hominis, quàm Dei, enuntiat etenim sicuti res est. Hæc in præsentia de gravissimâ hac controversiâ prælibasse sufficiat, reliqua Theologis relinquo, quibus nihil præreptum volo. Latè eam disputavi 1. p. d. 6. dum de scientia Dei.

DISPV.



# DISPUTATIO XLVII.

In libro Aristotelis de Priori Analyti, seu Resolutione.

## SECTIO PRIMA.

Verum discurfus includat essentialiter tres actus vel consistat in solā conclusionē.

I.

Suprà d. 7. §. 5. n. 2. dixi expeditissimam viam ad defendendum, Definitionem esse subiectum Attributionis Logicæ, quæque omnem tollat difficultatem, esse, ut dicatur, Discurfum non in duobus vel tribus actibus, sed in solā conclusionē consistere, quo posito, omnia adversariorum argumenta, ex eo præsertim capite deducta, quod Definitio sit pars Demonstrationis, ad nihilum recidunt. Hujus verò probationem hunc in locum dituli.

II.

Prima itaque sententia ait, Discurfum, & præmissas includere & conclusionem: ita P. Hurt. d. 10. log. §. 12. licet n. 84. probabile esse dicat consistere in solā conclusionē: P. Arriaga, d. 15. log. §. 2. & alij.

III.

Secunda sententia affirmat, Discurfum in solis præmissis consistere, & non omnino includere conclusionem: ita recentiores aliqui.

IV.

Dicendum, licet Discurfus essentialiter supponat duos actus judicij (vel unum saltem virtualiter duplicem) ad quos sequatur, est enim essentialiter cognitio habita per medium, & non ob connexionem immediatam extremorum inter se, sed quia intellectus ea prius medio unita vidit in præmissis, licet inquam, actus illos seu præmissas supponat discurfus, eos tamen formaliter non includit, sed in solā consistit conclusionē.

V.

Probatur, Discurfus enim ex S. Thom. 1. p. q. 58. a 3. & Arist. 1. Poster. c. 1. est *Cognitio unius veritatis per aliam, & post aliam* cognitionem; ergo manifestum est Discurfum illam aliam cognitionem, seu præmissas non includere. Confirmatur, affirmant Dialectici omnes cum Aristotele, Discurfum esse *cognitionem illatam seu deductam ex alijs*, sed sola conclusio est ex alijs deducta, præmissæ enim sunt immediata, seu non illata, sed inferentes, ergo. Confirmatur secundò, scientia quæ est quoddam genus Discurfus, est juxta Dialecticos *cognitio evidens habita per principia Demonstrativa*, & simplex qualitas posita in prædicamento qualitatis, ergo hic discurfus non includit formaliter præmissas seu principia, principia enim non habentur, nec causantur ex seipis.

VI.

Probatur secundò, sequeretur contra communem Philosophorum, esse quatuor modos sciendi. Probatur, conclusio enim ut distincta à præmissis, est modus sciendi diversus à Definitione & Divisione, est enim oratio ignoti manifestativa, seu id clarè explicans quod obscure continebatur in præmissis, connexionem scilicet duorum extremorum inter se, ideo verò, Definitio est modus sciendi, quia clarè explicat quod obscure continetur in actu representante definitum, cum ergo conclusio clarè connexionem duorum inter se manifestet, quæ obscure continetur in unione eorundem cum tertio in præmissis, erit conclusio, modus sciendi: si ergo concre-

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

tum ex præmissis & conclusionē sit modus sciendi, jam erunt quatuor modi sciendi. Confirmatur, tertia operatio intellectus, in quā consistit Discurfus, sufficienter distinguitur à primā & secundā ex modo tendendi, ut n. i. explicatum est, ergo non est opus ad aggregatum ex tribus actibus recurrere, ut ab ijs distinguatur.

Obijcies definitionem syllogismi ab Aristotele Priorum traditam: *Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis, aliud necessario sequitur*, ergo secundum Aristotelem, Syllogismus & conclusionem includit & præmissas. Hoc est fundamentum contrariæ sententiæ. Existimo tamen hanc Aristotelis definitionem nihil pro ijs facere, sed confirmare potius nostram sententiam, si rectè intelligatur.

Sensus ergo est, *syllogismus est oratio, in qua &c. ita ut ly in qua referatur ad necessario sequitur*, non ad quibusdam positis, quasi dicat, *syllogismus est oratio, illa probat in qua aliud necessario sequitur*, quibusdam positis, seu præsuppositis. Ex qua explicatione constat, definitionem hanc Aristotelis, nostræ sententiæ favere. Discurfum omnem statuenti in solā conclusionē, in hac enim aliud sequitur, sicque præmissas supponit syllogismus, non includit.

Obijciunt secundò, etymologiam nominis; Discurfus enim est mentalis quidam cursus, unde sicut materialis cursus plures necessario passus materiales requirit, ita mentalis cursus plures requirit passus mentales, seu actus. Sed contra, jam enim & ab autoritate & ratione ostensum est Discurfum plures actus non includere. Deinde pugnaret hæc definitio cum definitione Discurfus supra ex S. Thoma & Aristotele posita, quod sit *cognitio unius veritatis per aliam & post aliam*. Ad etymologiam ergo nominis, non ea semper exactè in rebus servari, quæ etymologia indicat, sic enim misericors servare cundum S. Thomam, est *qui habet misericordiam cor*, id est proportio qui dolorem quandam cordis & compassionem sentit ex aliorum miserijs, & tamen hæc in Deum non cadunt, qui nihilominus est perfectissimè misericors. Sic secundum eundem, *lapis à ledendo pedem dicitur*, quasi *lapias*, nec tamen lapis omnis pedem lædit, nec quidquid pedem lædit, est lapis. In Discurfu ergo duo passus præsupponuntur, tertius cum constituit.

Addo tandem etymologiam nominis nobis maxime favere, syllogismus enim à *συλλογίζουμαι*, dicitur, aptè proinde actum conclusionis significat, illam namque quæ sparsa sunt in præmissis, ratiocinando in unum colligit & connectit, ut ostensum est. Eodem modo responderetur ad id quod obijci possit, nempe ad divisionem illam syllogismorum ac Demonstrationum in diversos modos ac figuras: Dico enim primò latè ibi sumi Demonstrationes, non strictè. Secundò, præmissæ illæ requiruntur quidem ad Discurfum ac Demonstrationem, sed eam non ingrediuntur.

SECTIO



## SECTIO II.

Resolvuntur quædam circa naturam  
Discursus.

I.  
Quinam  
utantur  
discursu.

Quæres primò, quinam utantur discursu? Inprimis certum est Deum Discursu formali non uti, ad hunc enim plures requiruntur actus realiter distincti, qui Deo repugnant. Homines Discursu formali uti certum est, & aliam ex aliâ veritatem deducere. Idem existimo de Angelis, in ijs quæ intuitivè, seu per species proprias non vident, qualia sunt futura contingentia, secreta cordium, & similia.

II.  
An syllogismus  
constans pro-  
positionibus  
falsis  
sit bonus.

Quæres secundò, utrùm syllogismus ex propositionibus falsis compactus, recto tamen ordine dispositis, sit bonus? Ad hanc difficultatem, ut respondeam, quæro ego vicissim quid Syllogismi nomine intelligatur? Si dicas conclusionem intelligi deductam ex propositionibus non rectè solùm dispositis, sed veris, aio Syllogismus illum non esse bonum. Sin verò ad syllogismum aliud non requiras quàm ut præmissæ rectè secundum logicæ præscriptum ordinentur, syllogismus ille est bonus, unde Aristoteles Demonstrationum exempla in litteris statuit, ut *omne A est B, sed omne C est A, ergo omne C est B*. Vel, si mavis, distingue, & dic syllogismum illum esse malum physicè, logicè bonum, utpote qui in materiâ peccet, non in formâ.

III.  
Ad discursum  
ut plurimum  
requiruntur  
duæ præmissæ.

Ex dictis infero, ad Discursum regulariter loquendo necessarios esse tres actus, duos ad eum prærequisitos, tertium in quo formaliter consistit. Regulariter inquam loquendo, nam ideo assentimur veritati objectivæ, & extrema aliqua connectimus in conclusione, seu Discursu, quia illa videmus connexa cum uno tertio in præmissis, ut e.g. ideo dicimus in conclusione, *ergo Petrus est animal*, quia antea habuimus hos actus, *omnis homo est animal, Petrus est homo*, unus enim horum actuum solus ad hoc non sufficeret. Si verò totum hoc, nempe, *omnis homo est animal, & Petrus est homo*, dicatur unico actu, non video cur conclusio, *ergo Petrus est animal*, quæ inde deduceretur, non foret discursus, hic enim extrema non uniuntur, seu identificantur inter se immediatè, sed quia identificabantur, vel videbantur unita uni tertio in aliquo actu præcedente, qui actus æquivaleret duobus qui idipsum separatim dicerent.

IV.  
Aliud est  
cognoscere  
unum in  
alio, aliud  
ex alio.

Inferitur secundò, aliud esse unum cognoscere ex alio, aliud cognoscere in alio. Primum, si propriè loquamur, fit per discursum strictè dictum, cum scilicet per diversos actus unum deducimus ex alio. Secundum est cum effectus cognoscitur in causâ, vel objectum in actu, hoc modo, *hæc visio est visio albedinis, hæc actio est productio ignis*, qui actus nullum est dubium, quin competant Deo & Angelis, cum omnis actus comprehensivus sit huiusmodi.

V.  
Deus non  
magis cog-  
noscendo  
discursus  
hominum  
discursus,  
quam cog-  
noscendo  
eorum erro-  
res, errat.

Dices, cum homo quispiam discurret, Deus videt omnes illius actus, & objecta illa cognoscit, scitque quo ordine & modo unum deducat ex alio, quidni ergo discurret? Contrâ, sic Deus suo actu cognoscit errores hominum, perperam tamen hinc quisquam intulerit errare Deum, sicut nec ex eo quòd Deus cognoscat actus imperfectos aliorum, sequitur ipsum res illas cognoscere imperfectè. Respondeo itaque, ideo non discurrere Deum, quia discursus, saltè formalis, ut antea dixi, plures necessarios requirit actus realiter inter se distinctos. Cognitio ergo Divina dici poterit Discursus eminentialis,

quòd per unicum actum perfectissimo modo cognoscatur quidquid homo cognoscit per plures. Dici etiam potest cognitio Divina quæ unum cognoscit in alio, Discursus virtualis.

Infero tertio, non videri improbabile unum in nobis dari actum posse, qui totum syllogismum objectivum repræsentet, sicut Angelus eodem actu, quamvis modo longè perfectiore, essentiam cognoscit, & passionem, causam & effectum. Hic autem actus vocari similiter poterit discursus virtualis, vel eminentialis.

Definitionem syllogismi, & vim syllogisticam principijs illis intrinsecam dici de omni, dici de nullo, & Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, divisionem item discursus in quinque illa membra, Syllogismus, Enthymema, Dilemma, Exemplum, & Quæ sunt Inductionem, quæ hic à nonnullis tractantur, tradidi in Introductione disp. 7.

## SECTIO III.

Utrum ad cognitionem eliciendam necessaria  
sit cognitio reflexa de bonitate  
consequentia.

Præmissæ sunt causæ conclusionis, unde præmissæ formales esse debent ejusmodi quæ vim habeant inferendi conclusionem, quæ nimirum intentionalem cum eâ habeant connexionem, nec sufficiunt quævis præmissæ disparatæ. Inter præmissas verò objectivas, & conclusionem objectivam, aliquo modo debet esse identitas, cum vis syllogistica, ut in Introductione dixi, magnâ ex parte illo nitatur principio, *Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*. Quævis ergo præfens est, utrùm dum quis in mente præmissas habet rectè dispositas, actum habere debeat reflexum, quo cogitet conclusionem rectè ex illis inferri; vel utrùm habitis præmissis, sine ulterioris reflexione elicere possit conclusionem.

Conclusio: universim loquendo ad eliciendam conclusionem non requiritur, ut in actu signato reflectat quis, & cogitet conclusionem rectè ex præmissis illis deduci: ita Hurt. d. 7. de anima, l. 5. Ariaga d. 13. log. l. 3. Oviedo conc. p. log. p. 2. n. 4. & alij.

Probatur, indies enim experimur nos inter arguendum conclusionem varias elicere sine illo huiusmodi actu reflexo, ergo non est ad hoc necessarius. Confirmatur primò, non enim una sola, sed multæ requirentur reflexiones, deberet enim quis reflectere præmissas esse tales, quales esse deberent, nempe vel universales, vel universalem alteram, alteram particularem, esse in tali modo & figurâ, medium terminum esse adæquatè distributum in alterâ ex præmissis, non esse æquivocum & alia huiusmodi, hæc inquam omnia considerari deberent, si in actu signato per reflexionem cognoscendum esset hic & nunc rectè inferre conclusionem ex præmissis, cum tamen manifestâ experientiâ indies compertum sit, huiusmodi reflexiones plerumque non fieri, imò ægrè, nec nisi magnâ cum difficultate fieri posse.

Probatur secundò, voluntas fertur in objectum, illud amando, absque eo quòd præcedat cognitio reflexa de bonitate illius objecti, seu quæ in actu signato dicat, hoc objectum est bonum, sed quæ simpliciter tantummodo proponat objecti bonitatem: ita in præsentia, ut eliciatur conclusio, non requiritur ut in actu signato per actum reflexum dicatur, hæc præmissæ vim habent inferendi hanc conclusionem, sed sufficit



sufficit ut earum vis proponatur, & ea proposita intellectum in actu exercito determinat ad eliciendam conclusionem.

V. Ratio verò à priori est, quia nulla est necessitas ponendi huiusmodi actum reflexum, ergo non est ponendus. Antecedens probatur, iudicium identitatis extremorum cum medio intellectum sufficienter determinat in actu exercito ad eliciendam conclusionem, seu ad uniendam extrema illa inter se, cum sit lumine naturæ notum ea quæ sunt eadem uni tertio, eadem esse inter se. Confirmatur, intellectus absque ullâ aliâ determinatione assentitur præmissis, ergo à fortiori assentiri poterit conclusioni si determinetur à præmissis, præbendo enim assensum illis, præbet virtualiter assensum conclusioni, præsertim cum in præmissis objectivis contineatur realiter objectum conclusionis.

VI. Dices primò; actus conclusionis hoc dicit ita esse quia aliud est, ergo reflectere debet intellectus unum in alio contineri. Distinguo antecedens, dicit hoc ita esse quia aliud est in actu signato, nego antecedens; in actu exercito, concedo: hoc est, dicit ita esse quia antea in præmissis dicit aliud, in quo hoc continetur, ita esse, non tamen dicit ita esse formaliter quia aliud est, ita ut hoc totum ingreditur actum conclusionis. In hoc syllogismo, exempli gratiâ, *omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal*, conclusio non dicit explicitè & in actu signato, *Petrus est animal quia omnis homo est animal & Petrus est homo*, ita ut totum hoc repræsentet & significet, sed solum dicit *Petrus est animal*, licet verum sit ideo hoc dicere intellectum, quia antea dixerat omnem hominem esse animal, & Petrum esse hominem. Sicur contingit in actu voluntatis respectu actus intellectus, nam ideo vult quispiam objectum aliquod, quia illud apprehendit, non tamen ita ut in actu quasi signato feratur actus voluntatis in objectum quia est apprehensum, sic enim apprehensio, objectum esset parziale illius actus voluntatis, quod tamen est falsum, solum enim est conditio ut objectum ametur.

VII. Dices secundò; cognoscitur in conclusione quid tenet se ex parte objecti, sed illatio tenet se ex parte objecti, ergo illatio illa cognoscitur. Omisâ majori, nego minorem, illatio enim illa, seu ergo tenet se tantum ex parte actus, & denotat actum illum conclusionis deduci ex præmissis, seu esse conclusionem: ex parte autem objecti nihil planè est, nec repræsentatur nisi extrema illa & unio, quæ eodem planè modo se habent, sive cognoscantur per actum conclusionis, sive per alium quemcunque; idem enim planè videt Angelus repræsentari ex parte objecti, cum quis dicit *Petrus est animal*, sive producat hanc propositio immediatè, sive sit conclusio ex his præmissis deducta, *omnis homo est animal, Petrus est homo*.

VIII. Dices tertio; 1. Poster. c. 2. docet Aristoteles scientiam esse cognitionem rei per causam, & quod illius sit causa, & quod aliter se habere non possit. Respondeo, definire illic Aristotelem sententiam à priori, ad quam habendam ponitur in præmissis causa, in conclusionem effectus: illa autem verba, & quod illius sit causa, evidentiam significant, quia cognitio effectus deducitur ex cognitione causæ in præmissis habitâ. Ultima autem verba certitudinem denotant, quia ita determinatur à præmissis intellectus ad assensum conclusionis, ut firmitudine illi adhæreat.

IX. Dices quartò; sæpe concessis præmissis dubitare nos de illatione conclusionis, ergo hoc fit defectu actus reflexi. Respondeo primò, propterea addidi in conclusione, *universum non requiri*, esto fortè in aliquo casu, cum non plene penetrantur præmissæ, re-

R.P. Th. Comptoni Philosophia.

quiri possit actus reflexus, in modis præsertim imperfectis, quos ob minorem quam habent claritatem, reducere solemus ad perfectos. Secundò dico, etiam in his, postquam quis est affectus & perfectè callet regulas logicas, elici conclusionem sine hæsitatione ullâ, vel actu reflexo.

Hic solum noto, sicut supra d. 31. s. 2. dixi, licet per actum abstrahentem fiat universale, ut tamen sit aptum usibus logicis, requiri comparantem; sic in præsentia, licet elici actus conclusionis possit non cognitis omnino præmissis formalibus, (excitare enim hæc ad actum conclusionis possunt, licet non cognoscantur, sicut visio, appetitum excitat, & intellectus voluntatem) ut tamen actus conclusionis sit propriè logicus, id est, ut sciatur deductus ex præmissis, in hoc, vel illo modo & figurâ, requiritur actus reflexus.

## SECTIO IV.

*Verum assensus conclusionis includat formaliter assensum præmissarum.*

Quod aliis verbis proponi à nonnullis solet, utrum actus conclusionis attingat objectum præmissarum. Et certè in aliquo sensu non est dubium quin attingat, nam cum objectum conclusionis sit saltem inadæquatè idem cum objecto præmissarum, conclusio attingens objectum suum, aliquid saltem objecti præmissarum attingat necesse est.

Mihi tamen non indiscriminatim admittendum videtur, quod à quibusdam recentioribus passim sine exceptione ponitur, nempe objectum præmissarum & conclusionis esse semper idem. Hoc, inquam, si sermo sit de objecto adæquato præmissarum, mihi videtur falsum, primò quia præmissæ sæpe sunt universales, conclusio particularis, ut in *Baralypton, Epesmo, & Darapri*. Deinde ex eisdem præmissis diversæ frequenter inferuntur conclusiones, & quæ objecta contineant realiter distincta, quod tamen implicaret, si objectum conclusionis esset adæquatè idem realiter cum objecto præmissarum, nam quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, hæc autem objecta non sunt idem inter se, ergo nec cum uno tertio, seu cum objecto præmissarum; antecedens constat in *Barbara & Baralypton*, quæ easdem habent præmissas, & universum contingere hoc videtur in omni modo directè simul concludente & indirectè, ut in hoc syllogismo in *Celantes*, *Nullum peccatum est appetendum, omne homicidium est peccatum, directè ergo nullum homicidium est appetendum, indirectè, ergo nullum appetendum est homicidium*, quæ diversæ sunt objecta, ut constat.

Ad summum ergo hoc verum est in syllogismis expositivis, seu constantibus ex singularibus, in aliis verò solum hoc sensu communiter, quod continetur objectum conclusionis in objecto præmissarum, ac proinde habeant se objecta illa tanquam includens & inclusum. Undè licet objectum conclusionis inveniat semper in præmissis, non tamen è contrà; conclusio enim non continet adæquatè objectum præmissarum, sed tantum inadæquatè. Deinde medium quod semper est in præmissis, nunquam poni debet in conclusione, ergo non formaliter & adæquatè idem est objectum conclusionis & præmissarum.

Status igitur præsentis controversiæ est, utrum ut actus conclusionis dicatur esse propter præmissas, & sit actus discursivus, ut in hoc vel simili syllogismo.

X. Ut actus conclusionis sit propriè logicus, requiritur actus reflexus.

I. Actus conclusionis aliquo modo attingit objectum præmissarum.

II. Objectum præmissarum & conclusionis non est semper idem.

III. In syllogismis tantum expositivis, obiecta illa tanquam includens & inclusum sunt adæquatè idem.

IV. Status præsentis controversiæ.



mo, omne sensibile est vivens, omnis homo est sensibilis, dicitur Conclusio in actu signato hoc totum, ergo omnis homo est vivens, quia omne sensibile est vivens, & omnis homo est sensibilis, vel utrum sufficiat, ut, habitis in mente præmissis, feratur propter illas intellectus in actu exercito in conclusionem, & hoc solum dicat, omnis homo est vivens.

V. Prima sententia est Ruvij, 1. post. c. 1. q. 6. Fonseca 1. Met. c. 1. q. 4. Vallij 1. post. d. 1. p. 2. q. 5. Arriagæ dist. 13. Log. sec. 4. subf. 2. Oviedi Cont. 9. Log. p. 3. nu. 4. & aliorum, qui aiunt conclusionem attingere objectum præmissarum.

VI. Secunda & vera sententia affirmat actum conclusionis non attingere objectum præmissarum. Ita P. Suar. 3. p. d. 54. l. 5. Vafq. 1. 2. d. 33. c. 3. & 4. Hurt. de Ani. l. 7. & multi ex recentioribus.

VII. Probatur primò, experientià enim constat nos ejusmodi actus conclusionis non elicere, nec enim ex his præmissis, omne sensibile est vivens, equus est sensibilis, hanc conclusionem deducimus, ergo equus est vivens, quia omne sensibile est vivens, & equus est sensibilis, imò si quis conclusionem talem elicere vellet, non sine difficultate id præstaret, ut conanti constabit, cum tamen conclusio ultro sequatur, imò necessariò, licetque facillimè & sine omni difficultate.

VIII. Secundo, juxta Aristotelem & Dialecticos omnes, medium ingredi non debet conclusionem, ergo syllogismus in quo conclusio attingit objectum præmissarum, est contra artem syllogisticam. Dices, loqui ibi Dialecticos de syllogismo tantum vocali. Contrà, gratis hoc dicitur, cum nulla probabili affertur ratio possit, cur illud non æquè in syllogismo mentali defectus sit, ac in vocali. Confirmatur, syllogismus vocalis ad exprimendum mentalem ordinatur tanquam illius imago, ergo si mentalis ista omnia dicat interius, vocalis, ut sit fidelis mentis interpret, idem dicere debet exterius.

IX. Confirmatur secundo, syllogismus vocalis est veluti exemplar quoddam, ad cujus similitudinem formari debet mentalis, sicut domus in tabellâ vel chartâ delineata respectu domus veræ, ergo si exemplar habere non debeat medium in conclusione, nec illud habere debet id quod ad illius similitudinem conficitur. Confirmatur tertio, si semper in mente medius terminus sit in conclusione, ad quid tanta cura ne sit in voce? cum voces, ut dixi, ad mentis conceptus exprimentendos ordinentur.

X. Tertio probatur, hæ sunt diversæ veritates cognoscibiles, Petrus est homo, & Petrus est homo quia omne risibile est homo, & Petrus est risibilis, sciri enim potest Petrum esse hominem, & illa alia veritas ignorari. Item propositio hæc, Petrus est homo, ex variis præmissis deduci potest, ergo illarum objectum non includit. Imò aliquando contingit conclusionem esse articulum fidei, rationes, ex quibus hæc & nunc deducitur, non esse.

XI. Quarto sequeretur, hanc propositionem, Christus est homo, aliquando esse falsam, si nimirum deducatur ex alterâ vel utrâque præmissâ falsâ, ut si dicat quis, omnis substantia est homo, Christus est substantia, ergo Christus est homo, Sensus enim esset, Christus est homo quia omnis substantia est homo, quod est falsum, Et eodem modo sequeretur, hanc propositionem Deus est Trinus & unus, esse subinde falsam.

XII. Aliqui magis expeditam viam defendendi conclusionem attingere objectum præmissarum putant esse, ut dicant conclusionem facere sensum conditionatum.

Contrà primò, ergo nullus actus conclusionis facit simpliciter scire, sensus namque hujus conclusionis syllogismi in Barbara, omnis virtus est expetenda, omnis pietas est virtus, ergo omnis pietas est expetenda,

sensus, inquam, esset, omnis pietas est expetenda, si scio si condicionalis, non facit scire simpliciter.

XIV. Contrà secundo, propositiones hæreticæ frequenter essent veræ, ut in hac conclusione Nestorij, Quisquis habet duas naturas, habet duas personas, sed Christus habet duas naturas, ergo Christus habet duas personas, hæc propositio secundum hunc respondendi modum esset verâ, sensus enim esset, Christus habet duas personas, si quisquis habet duas naturas, habeat duas personas: hæc propositio, ut constat, est vera.

XV. Contrà tertio, sic enim per conclusionem nihil unquam disceremus, veritates enim istas conditionatas omnes antea norunt, quis enim novit Petrum esse animal, si omnis homo sit animal, & Petrus homo, & sic de cæteris; sicque nullus esset discursus, qui nimirum est progressus à noto ad ignotum. Contrà quarto, hoc enim non minus est contra experientiam, quàm præcedentiâ. Contrà quinto, medium etiam ingrederetur conclusionem, & pleraque, quæ contra priorem respondendi modum posita sunt, hic recurrunt. Contrà sexto, nam non posset explicari conclusio in syllogismo constante propositionibus conditionatis.

## SECTIO V.

Argumenta contententia actum conclusionis attingere objectum præmissarum.

Notandum, duplex esse objectum formale, seu motivum, alterum terminativum & intrinsecum, seu quod ab actu aliquo verè & propriè attingitur, ut, in actu contritionis & charitatis, Divina bonitas dicitur objectum formale terminativum, & quod attingitur ab illo actu. Alterum est objectum formale extrinsecum & solum impulsivum, quod scilicet non attingitur ab illo actu, quale est objectum præmissarum respectu conclusionis. Ad hoc ergo ut objectum conclusionis sit objectum materiale respectu objecti præmissarum, non requiritur ut objectum præmissarum attingatur immediatè & intrinsecè (saltem iteratò, de hoc enim procedit questio) sufficit enim quod objectum præmissarum sit objectum extrinsecè impulsivum.

Obijciens primò; assentior conclusioni propter præmissas, ergo objectum conclusionis attingit objectum præmissarum. Distinguo antecedens, assentior conclusioni propter præmissas tanquam propter objectum extrinsecum, seu per alios actus cognitivum (sermo est de præmissis objectivis) concedo antecedens; tanquam propter objectum intrinsecum, seu per hunc actum cognitivum, nego, & nego consequentiam.

Obijciens secundo; electio medij, voluntas e.g. sumendi potionem attingit intrinsecè sanitatem, seu finem ob quem illa potio sumitur, ergo & actus assentientis conclusioni attingit intrinsecè objectum præmissarum. Nego consequentiam; objectum enim conclusionis habet in se sufficientem veritatem ut terminet per se actum, at verò medium illud bonitatem non habet nisi in ordine ad finem, est enim bonum utile quâ tale, sicut ergo solum est in ordine ad aliud, ita in ordine solum ad aliud est appetibile.

Obijciens tertio; visio fertur in lucem & colorem, & utrumque attingit intrinsecè; actus item fidei non in rem revelatam tantum, sed in ipsam etiam revelationem.

V. Prima sententia est Ruvij, 1. post. c. 1. q. 6. Fonseca 1. Met. c. 1. q. 4. Vallij 1. post. d. 1. p. 2. q. 5. Arriagæ dist. 13. Log. sec. 4. subf. 2. Oviedi Cont. 9. Log. p. 3. nu. 4. & aliorum, qui aiunt conclusionem attingere objectum præmissarum.

VI. Secunda & vera sententia affirmat actum conclusionis non attingere objectum præmissarum. Ita P. Suar. 3. p. d. 54. l. 5. Vafq. 1. 2. d. 33. c. 3. & 4. Hurt. de Ani. l. 7. & multi ex recentioribus.

VII. Probatur primò, experientiâ enim constat nos ejusmodi actus conclusionis non elicere, nec enim ex his præmissis, omne sensibile est vivens, equus est sensibilis, hanc conclusionem deducimus, ergo equus est vivens, quia omne sensibile est vivens, & equus est sensibilis, imò si quis conclusionem talem elicere vellet, non sine difficultate id præstaret, ut conanti constabit, cum tamen conclusio ultro sequatur, imò necessariò, licetque facillimè & sine omni difficultate.

VIII. Secundo, juxta Aristotelem & Dialecticos omnes, medium ingredi non debet conclusionem, ergo syllogismus in quo conclusio attingit objectum præmissarum, est contra artem syllogisticam. Dices, loqui ibi Dialecticos de syllogismo tantum vocali. Contrà, gratis hoc dicitur, cum nulla probabili affertur ratio possit, cur illud non æquè in syllogismo mentali defectus sit, ac in vocali. Confirmatur, syllogismus vocalis ad exprimendum mentalem ordinatur tanquam illius imago, ergo si mentalis ista omnia dicat interius, vocalis, ut sit fidelis mentis interpret, idem dicere debet exterius.

IX. Confirmatur secundo, syllogismus vocalis est veluti exemplar quoddam, ad cujus similitudinem formari debet mentalis, sicut domus in tabellâ vel chartâ delineata respectu domus veræ, ergo si exemplar habere non debeat medium in conclusione, nec illud habere debet id quod ad illius similitudinem conficitur. Confirmatur tertio, si semper in mente medius terminus sit in conclusione, ad quid tanta cura ne sit in voce? cum voces, ut dixi, ad mentis conceptus exprimentendos ordinentur.

X. Tertio probatur, hæ sunt diversæ veritates cognoscibiles, Petrus est homo, & Petrus est homo quia omne risibile est homo, & Petrus est risibilis, sciri enim potest Petrum esse hominem, & illa alia veritas ignorari. Item propositio hæc, Petrus est homo, ex variis præmissis deduci potest, ergo illarum objectum non includit. Imò aliquando contingit conclusionem esse articulum fidei, rationes, ex quibus hæc & nunc deducitur, non esse.

XI. Quarto sequeretur, hanc propositionem, Christus est homo, aliquando esse falsam, si nimirum deducatur ex alterâ vel utrâque præmissâ falsâ, ut si dicat quis, omnis substantia est homo, Christus est substantia, ergo Christus est homo, Sensus enim esset, Christus est homo quia omnis substantia est homo, quod est falsum, Et eodem modo sequeretur, hanc propositionem Deus est Trinus & unus, esse subinde falsam.

XII. Aliqui magis expeditam viam defendendi conclusionem attingere objectum præmissarum putant esse, ut dicant conclusionem facere sensum conditionatum.

Contrà primò, ergo nullus actus conclusionis facit simpliciter scire, sensus namque hujus conclusionis syllogismi in Barbara, omnis virtus est expetenda, omnis pietas est virtus, ergo omnis pietas est expetenda,



Obij. visio-  
nem termi-  
nari imme-  
diatè ad lu-  
cem & co-  
lorem.

lationem fertur tanquam in objectum formale in-  
trinscè, ergo & actus conclusionis fertur intrin-  
secè in objectum præmissarum, cum præmissæ sint  
lumen & objectum formale respectu conclusio-  
nis.

V. Respondeo negando consequentiam. Disparitas  
est, quia color non est omnino objectum visus nisi  
luci conjunctus: at verò objectum conclusionis cog-  
nosci potest per se & independentè à præmissis:  
quando verò cognoscitur propter præmissas, sufficit  
quod intellectus per eas illuminetur, & quasi robo-  
retur ad inferendam conclusionem, licet objectum  
ipsum præmissarum non attingatur per actum con-  
clusionis, hoc enim sufficit ad incursum, ut nimirum  
sit cognitio unius veritatis per aliam, & post aliam, quod  
sufficiens habetur, licet conclusio intrinscè non  
terminetur ad objectum præmissarum.

VI. Actus etiam fidei tendere intrinscè debet in te-  
stimonium divinum, cum sit immediata illius acce-  
ptatio: at verò conclusio est cognitio essentialiter  
mediata, ergo non est opus ut tendat in objectum  
præmissarum. Addo multos dicere non esse ad actum  
fidei necessarium ut immediatè & intrinscè ten-  
dat in testimonium divinum, sed sufficere quod  
sit actus qui essentialiter pendet ab aliis actibus,  
in quibus divinum testimonium præviè proponi-  
tur.

VII. Obijes quartò; intellectus, quando elicit actum  
conclusionis, habet omnia requirita ad assentiendum  
objecto præmissarum & conclusionis, ergo cum sit  
potentia necessaria, actu illo & objectum conclu-  
sionis attinget, & præmissarum. Contrà, manifestà  
enim experiencià constat contrarium, imò tantum  
abest ut necessariò hoc fiat, ut non nisi labore sum-  
mo & conamine id homines præstent. Respondeo  
itaque, licet ex imperio voluntatis possit hoc intel-  
lectus cum difficultate præstare, non tamen esse ei  
vim naturalem insitam ut hoc faciat, multò minus  
necessariò præstet. Sicut dum quis plura simul vo-  
mina, vel carmen aliquod in mente habet, licet im-  
perio voluntatis possit verba illa ordine inverso, vel  
retrogrado recitare, non tamen id sine labore fece-  
rit, nec connaturali vi intellectus. Nec ad hæca-  
lià opus est probatione, quàm quotidianà expe-  
rientià.

VIII. Obijes quintò; particula ergo denotat conclu-  
sionem repræsentare objectum præmissarum. Hinc  
objectioni satisfiet sectione sequente, num. 5.

## SECTIO VI.

Inferuntur quedam circa naturam  
conclusionis.

I. Dicendum, licet conclusio esse nequeat sine præ-  
missis, potest tamen intellectus assentiri obje-  
cto conclusionis per actum qui non sit conclusio.  
Prima pars probatur, quia conclusio essentialiter est  
quid consequens, nam ly ergo denotat deductionem  
illius ex aliis. Confirmatur, conclusio est cognitio  
mediata essentialiter, cum sit essentialiter discursus,  
ergo non potest esse immediata, nec elici nisi cum  
dependentià à præmissis, seu per aliam & post aliam  
cognitionem: cognitio enim discursiva est illa quæ  
habetur non ob immediatam extremorum con-  
nexionem inter se, sed quia antè unita videbantur cum  
medio.

II. Secunda pars conclusionis probatur, nam ubi  
quis per crebros actus conclusionem in materià ali-  
quâ particulari exercuerit, postea experitur se sine  
actualibus præmissis elicere actus circa objectum il-  
lud.

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

lius conclusionis: imò actum circa objectum illud  
quod antea erat objectum conclusionis, ponimus  
subinde pro præmissâ in alio syllogismo. Confirma-  
tur & explicatur: sicut per actum iudicii relinquitur  
in intellectu species illius objecti, quod iudicium re-  
præsentat, per quam speciem postea sine apprehen-  
sione præviè elicit actus iudicii circa illud objectum;  
ita ex crebris actibus conclusionum relinquitur spe-  
cies circa illud objectum, quæ excitata absque eo  
quod excitetur species præmissarum, elicit actus cir-  
ca objectum conclusionis, licet nullus tunc eliciatur  
actus circa objectum præmissarum.

Dices, conclusio secundum nos connotat præmis-  
sas essentialiter, ergo illas vel formaliter, contra supe-  
rius dicta, vel virtualiter includit. Nego consequen-  
tiam, sic enim actio essentialiter connotat causam,  
quam tamen non includit. Imò hinc sequitur, sicut  
actio non continet, sed continetur in causâ, ita con-  
clusionem non continere præmissas sed in iis conti-  
neri. Attingit ergo conclusio ut dixi objectum præ-  
missarum inadæquatè tantum, non adæquatè.

Hinc infero primò, conclusionem nec divinitus  
vel esse, vel reproduci posse sine præmissis actu tunc  
in mente existentibus. Hoc probant rationes nume-  
ro primo allatæ.

Infero secundò, solutionem objectionis in fine  
sect. præcedentis positæ. Dico itaque particulam ergo  
denotare quidem conclusionem esse essentialiter con-  
clusionem, & habere modum tendendi diversum ab  
omni actu, qui non est conclusio: hic verò modus  
tendendi sufficienter salvatur ex eo quod actus con-  
clusionis elici non possit, nisi intellectus per præ-  
missas antè cognitâs ad actum illum determinetur.  
Ad hoc autem sufficit quod extrinscè à præmissis  
pendeat, seu quod præcedere debeant illæ, repræ-  
sentantes connexionem extremorum cum medio,  
quod in actu qui non est conclusio, non requiri-  
tur.

## SECTIO VII.

In quo genere cause præmissæ concurrant ad  
conclusionem.

Q UOD aliquo modo concurrant præmissæ ad  
conclusionem, est manifestum, conclusio enim,  
ut dixi sect. præcedenti, essentialiter ab iis pendet,  
cum sit essentialiter conclusio, seu actus ab aliis de-  
ductus. Eo ergo instante existere in intellectu de-  
bent præmissæ quo elicitur conclusio, quod enim  
antea fuerint perinde est quoad hoc instans, atque si  
nunquam fuissent. Quæstio ergo præsens est, utrùm  
concurrant ad conclusionem in genere causæ forma-  
lis, informando scilicet intellectum, & merè repræ-  
sentando objectum, sicut apprehensio ad iudicium  
concurrit, & cognitio ad amorem, vel etiam physicè  
simul cum intellectu concurrente, tamquam com-  
principia conclusionis effectiva.

Prima sententia ait, præmissas formales efficien-  
ter cum intellectu concurrere ad actum conclusionis:  
hoc insinuare videtur Vasq. 1. p. d. 4. n. 24. tenet Ru-  
vius, & multi ex recentioribus.

Secunda & vera sententia affirmat præmissas in  
genere causæ tantum formalis ad conclusionem con-  
currere, illuminando scilicet intellectum, & objectum  
proponendo seu approximando, nec alium earum  
concursum esse necessarium: ita Val. 1. 2. d. 2. quæst.  
4. p. 2. Hurt. d. 7. de Ani. f. 8. Arria. d. 15. Log. f. 5. est-  
que communior inter recentiores opinio.

Ratio est, quia nulla apparet necessitas statuendi  
hujusmodi concursum effectivum præmissarum re-  
spectu



*Ratio est  
quia nulla  
est necessitas  
concursum  
effectivum.*

specu conclusionis, cum intellectus a præmissis illuminatus & directus vires habeat sufficientes ad conclusionem ex præmissis deducendam, ergo gratis concursus ille statueretur in præmissis. Confirmatur ex celebri illo dicto quod ex S. Augustino desumptum approbant Philosophi omnes, *ex objecto & potentia paritur notitia*, ergo intellectus instructus specie objecti virtutem habet sufficientem ad conclusionem eliciendam, ergo supervacaneus est in hoc genere concursus Præmissarum.

*V.  
Ad tres formalitates in actu sufficienti sunt duo principia effectiva.*

Dices; in conclusione tres reperiuntur formalitates, intellectus, imaginis, & illationis, sicut ergo primæ formalitati assignamus intellectum, secundæ speciem, seu objectum rationem principia effectiva, quidni tertiæ suum etiam assignemus principium effectivum? Respondeo, ad tertiā illam formalitatem non requiri novum principium effectivum, sed sufficere intellectum præmissis illuminatum, intellectus enim in se virtutem habet non intelligendi solum, sed inferendi, est enim per se formaliter discursivus; unde duabus illis formalitatibus in objecto, intellectus scilicet & illationis seu discursus duplex respondet formalitas in intellectu, vis scilicet intellectiva, & discursiva. Alioqui singulis formalitatibus conclusionis, vitalitati scilicet, spiritualitati, & reliquis singula assignari deberet principia realiter distincta, sola ergo formalitas imaginis requirit distinctum principium, quia hæc peculiariter respicit objectum.

*VI.  
Nec ad primam conclusionem concurrunt præmissæ effectivæ.*

Dices secundò; ad primam saltem conclusionem concurrunt præmissæ effectivæ, nam necesse datur species conclusionis. Nego antecedens, sed sufficiunt species objecti præmissarum, cum etiam sint species objecti conclusionis, ut dictum est.

*VII.  
Nec obstat quod præmissæ producant effectivum speciem sui.*

Dices; præmissæ producant effectivè in intellectu speciem sui, ergo & eodem modo producere possunt conclusionem. Nego consequentiam, primò quia nulla hujus rei est necessitas, cum intellectus informatus specie, & a præmissis illustratus vim ad hoc habeat sufficientem, ut in primâ objectione ostensum est. Deinde minus est producere speciem quàm conclusionem, ut patet in actibus tum intellectus tum voluntatis, qui species semper sui producant, alios verò actus intellectus vel voluntatis non efficiunt.

*VIII.  
Concurrunt præmissæ ut rationes formales extrinsecè determinantes.*

Concurrunt ergo ad conclusionem præmissæ tanquam rationes formales extrinsecè determinantes, quæ proinde aliquo modo ad causam efficientem reduci possunt, cum quicquid ex parte causæ efficientis se tenet, efficiens dici à Philosophis soleat, licet verè & physicè ad effectum non concurrat; quo sensu Aristoteles consultorem, & Philosophi approximationem ad efficientem causam reducant, licet nec consultor in operis executionem, nec approximatior in ignem productum physicè influat. Hoc, & nihil aliud volunt S. Thomas & Aristoteles dum præmissas asserunt esse causas conclusionis effectivæ, nempe reductivè.

### SECTIO VIII.

*An posito assensu præmissarum necessitetur intellectus ad assentiendum Conclusioni.*

*I.  
Necessitas quoad præsens duplex est, quoad specificationem, & exercitium.*

Necessitas quoad præsens duplex est, quoad specificationem altera, altera quoad exercitium. Prima, cui opponitur *libertas contrarietatis*, est, cum quis in eo statu est constitutus, ut licet possit omnem actum suspendere, si tamen velit actum elicere, elicere eum in tali determinatâ specie actus debeat: quâ de causâ necessitari dicitur quoad specificationem, seu spe-

ciem actus. Si quid, verbi gratia, proponatur ut bonum finitum sine ullâ ratione mali, voluntas licet possit actum omnem circa objectum illud suspendere, si tamen in illud ferri velit, debet ferri actum amoris elicendo, non odij. Necessitas quoad exercitium, cui opponitur *libertas contradictionis*, tunc contingit, cum quis omnem cohibere actum non potest, sed aliquem necessariò debet circa objectum propositum elicere. Sic beati in cælo rapiuntur ad amandum Deum clarè visum, idque non ita solum, ut non possint illum odisse, sed ut necessariò amare eum debeant, nec cessare ab amore possint, cum bonum infinitum clarè visum voluntatem, etiam quoad exercitium, rapiat in amorem sui. Quod idem contingit in potentiis vitalibus naturaliter agentibus, ut visu, & reliquis voluntati non subiectis.

Prima conclusio: posito assensu præmissarum, necessitatur intellectus quoad specificationem, seu ad speciem actus circa conclusionem, id est, non potest intellectus in eo casu elicere actum contrarium, vel contradictorium præmissis. Est communis: ratio est manifesta, quia intellectus nec positivè dissentire ab eo potest quod evidenter proponitur ut verum, nec judicare aliquid esse simul & non esse: sed hoc faceret si concessis præmissis negaret conclusionem, ergo: Minor probatur, quia quibus præmissas concedit, virtualiter concedit conclusionem, nam qui expressè dicit aliqua esse unita uni tertio, virtualiter dicit illa unita esse inter se. Confirmatur ex definitione syllogismi ab Aristotele traditâ, nempe, *esse rationem in qua, quibusdam positâ, aliud necessariò sequitur ex eo quod hæc sint*, ergo saltem hoc habere verum debet quoad specificationem. Hoc etiam verum videtur, licet præmissæ sint solum probabiles, imò & falsæ, si pro veris & certis admittantur.

Secunda conclusio: si posito assensu præmissarum, voluntas se habeat negativè, id est, nullum eliciat actum, intellectus necessitabitur ad exercitium circa conclusionem. Ita Hurtid. 7. de An. f. 4. Arria. d. 1. 5. Log. f. 6. & alij. Ratio à priori est, quia intellectus est potentia naturalis seu necessaria, ergo operatur necessariò quando potest; sed positâ in intellectu præmissis, cum jam habeat omnia ad eliciendam conclusionem requisita, potest eam elicere, ergo necessariò elicit. Confirmatur, intellectus evidenter videt in præmissis aliqua duo esse identificata cum uno tertio, ergo non potest non judicare per actum conclusionis esse illa identificata inter se, cum sit lumine naturæ notum, ea qua sunt eadem uni tertio, esse eadem inter se. Hinc etiam infero, eodem instante intellectum elicere actum conclusionis quo habet præmissas, est enim causa naturalis, ergo quocunque instante potest operari, operatur necessariò, sed eo instante operari potest; tunc enim omnia habet ad operandum requisita, ergo tunc operatur.

Tertia conclusio: si posito assensu præmissarum, non potest voluntas suo in intellectum imperio eum cohibere, quò minus eliciat actum conclusionis: ita auctores citati. Ratio est primò, quia intellectus, ut dixi, est agens necessarium, quod positâ omnibus requisitis non potest non operari. Secundò, præstito assensu præmissarum, tam evidenter sequitur conclusio, ac positâ apprehensione terminorum in primis principis sequitur eorum assensus, sed voluntas hunc assensum cohibere non potest, ergo nec assensum conclusionis. Tertio, positâ efficace intentione finis, sequitur necessariò mediorum necessariorum electio, ergo & conclusio positâ præmissis, cum hæc ad eam non minus determinent, quàm intentio ad electionem.

Obijcies primò; intellectus juxta Aristotelem 1. Polit. c. 3. despoticè subest imperio voluntatis, ergo effi-

*II.  
Posito assensu præmissarum necessitatur intellectus ad specificationem.*

*III.  
Si voluntas se habeat negativè, voluntas necessitatur etiam tum intellectus quoad exercitium.*

*Eodem instante elicitur conclusio, quod minus habet præmissas.*

*IV.  
Non potest in hoc casu voluntas cohibere intellectum quò minus eliciat conclusionem.*

*V.  
Obijcies primò; intellectus juxta Aristotelem 1. Polit. c. 3. despoticè subest imperio voluntatis, ergo effi-*



*In quibus actibus intellectus de specie sub sit voluntati.*  
 efficere potest voluntas ut conclusionem hic & nunc eliciat. Nego consequentiam, subjectio enim intellectus respectu voluntatis relucet in actibus obscuris & probabilibus, non in evidentibus, efficere enim potest voluntas ut intellectus relicto clariore & magis probabili, minus clarum & minus probabile amplectatur, non tamen ut rei omnino claræ & evidenti assensum non præbeat.

VI.

Obijcies secundò; ex iisdem præmissis diversæ inferri subinde possunt conclusiones, ut in *Barbara*, ubi directa inferitur conclusio, & universalis, & in *Baralipon*, ubi ex iisdem præmissis inferitur conclusio indirecta & particularis; ergo hic intervenire debet determinatio voluntatis; ergo etiam efficere hic potest voluntas ut ab omni actu cesset. Respondeo primò, quidquid sit de aliis; negando ultimam consequentiam, sicut licet opus sit determinatione voluntatis ut quis hoc potius loco sit quam illo; efficere tamen non potest voluntas ut aliquis sit in nullo. Respondeo secundò, in illo casu eam producendam conclusionem quæ connaturalius sequitur, quod si utraque æquè connaturaliter sequatur, dico producendum iri ambas.

VII.

Obijcies tertio; requiritur à Theologis pia affectio ad assensum fidei, ergo idem dicendum de conclusionem. Contrà, hoc nimium probat, si enim non posset intellectus conclusionem ex præmissis evidentibus deducere sine inclinatione voluntatis assentiri, aliud esset ad illud voluntatis respectu fidei, aliud respectu actus scientifici.

quod tamen est aperte falsum, cum conclusio necessariò sequatur. Dico itaque fidem esse obscuram, sicque nil mirum si requiratur inclinatio aliqua voluntatis, quamvis si actus fidei deducatur ex præmissis, non requiratur pia affectio ad conclusionem, sed solum ad præmissam illam quæ dicit objectum illud esse à Deo revelatum.

VIII.

Obijcies quartò; datur habitus conclusionis, ergo conclusio non sequitur necessariò ex præmissis, ad quid enim principium facilitans, ubi est necessitas? Quintò; imperat voluntas potentia loco-motiva pro libitu, ergo & intellectui. Sextò; experientia constat posse nos, etiam posito assensu præmissarum, non elicere actum conclusionis. Ad quartum dico, non usque adeo certum esse dari in intellectu habitus à speciebus distinctos. Deinde, si datur huiusmodi habitus, est ut intellectus ab habitu adjutus, minorem in conclusione elicendâ vim & conatum adhibeat. Ad quintum negatur consequentia, potentia enim loco-motiva cum non sit cognoscitiva, non habet unde aliunde determinetur, intellectus autem ad conclusionem determinatur à præmissis. Ad sextum, nulla datur ejusmodi experientia, & rationes, ut vidimus, validæ afferuntur in contrarium. Ex nullo ergo capere evincitur posse voluntatem, stante præmissarum assensu, intellectum cohibere quò minus actum conclusionis eliciat.

*In certum est deus nec ne habere conclusionem.*

## DISPUTATIO XLVIII.

## In libros Aristotelis de Posteriori Analysi, seu de Demonstratione.

## SECTIO PRIMA

## Quid, &amp; Quotuplex sit Demonstratio.

*Socrates negavit omnem scientiam.*  
 Negavit Demonstrationem & Scientiam cum Academicis Socrates, negavit Plato: ille nihil omnino sciri posse asserens, hic scire nostrum aliud esse nihil affirmans quam reminisci, nihilque unquam nos de novo addiscere, sed quæ animæ in primâ ejus creatione indita erant, recordari pronuntiabat. Omnem proinde scientiam aiebat nobis esse congenitam, sed sopitam quodammodo, & quibusdam veluti tenebrarum involucris tectam & abditam, donec illucescente paulatim ratione, rerumque tandem experientiâ accedente, excussæ quædam, quæ in animâ prius latebant, scintillæ sese menti ostenderent, nec tamen ullam in eâ notitiam novam progignerent, sed earum, quas antea noverat, rerum, memoriam refricarent. Facilitatem itaque omnem & felicitatem ingenij in reminiscentiâ stutuebat, eoquæ acutiorem esse mentis aciem dictitabat, non quò promptius rei alicujus scientiam acquireret, sed quò celerius, quæ dudum noverat, in mentem denuò revocaret. Plato proinde dum memoriam extolleret, ingenium non deprimebat modò, sed penitus ab hominibus tollebat, reque dicebat, quod in ore multorum tunc temporis versabatur, ingeniosum juxta ac memorem esse neminem posse. Hoc ergo somnio relicto, ad veritatem, & Demonstrationis naturam, ac proprietates explicandas accedamus.

*Plato scire nostrum dicebat solum esse reminiscientiam.*

*Plato memorem extolens tollebat ingenium.*

Dicendum itaque primò cum Aristotele hic & Philosophis omnibus, Demonstrationem dari. Ratio est, quia experimur varia nos in dies addiscere, ergo scientia nostra non innata, sed labore & industriâ per discursum est acquisita, scientia autem discursiva habetur ex præexistenti cognitione, sicque, quibusdam positis, ex iis aliud deducimus: actus autem ille quo formaliter illud & evidenter inferimus, est Demonstratio, ergo datur Demonstratio.

*I. Dari Demonstrationem certam esse.*

Dicendum secundò, Demonstratio, juxta Aristotelem hic l. i. c. 2. est syllogismus faciens scire, seu syllogismus certus & evidens. Unde excluditur à ratione demonstrationis & scientiæ propriè dictæ syllogismus Theologicus, cujus cum altera semper præmissa sit de fide, & consequenter obscura, conclusio evidens esse non potest, sicque nec est scientia propriè, nec Demonstratio.

*II. Demonstratio est syllogismus certus, & evidens.*

Dividitur ab Aristotele Demonstratio in Demonstratorem Quia, & Propter quid, quæ divisio invocata est, & essentialis. Demonstratio propter quid, seu à priori, est cum aliquid per causam, ut existentiam lucis per solem, vel per quasi causam, ut eternitatem Dei per illius Immutabilitatem, aut voluntatem

*III. Dividitur Demonstratio in Demonstratorem Quia, & Propter quid.*



tatem per intellectum, & in homine admirabilitatem per rationalitatem monstramus. Sufficit enim ad Demonstrationem quoddam ratione nostram unum sit causa, vel quasi causa alterius, id est, quoddam ita se habere causam posset, haberet illud aliud pro causâ. Demonstratio *Quia*, quæ & à posteriori dicitur, & à signo, est cum ex effectu vel quasi effectu probatur existentia causæ, ut in exemplis positis vice versa cerni potest, si nimirum intellectum quis probaret per voluntatem, & sic de cæteris.

IV. *Quomodo Demonstratio à Posteriori.* Hic verò notandum, ut divisio hæc sit adæquata; per Demonstrationem *Quia* intelligi debere Demonstrationem à posteriori negativè, id est, omnem eam Demonstrationem quæ non est à priori, alioquin hæc *Omnis equus est animal hinnibile, Bucephalus est equus, ergo Bucephalus est animal hinnibile*, sub neutro membro continebitur, cum nec à priori sit, nec propriè à posteriori. Secundò dici posset per Demonstrationem *propter quid* intelligi eam quæ rem probat per causam proximam, per *Quia* autem eam quæ vel per causam remotam rem ostendit, vel per effectum; vel alio quocunque ex capite. Quo etiam sensu divisio est adæquata.

V. *Demonstratio à Posteriori est vera scientia.* Dicendum tertio: Demonstratio à posteriori est verè scientia. Est contra aliquos eam excludentes à ratione Demonstrationis, & scientiæ. Sed probatur, hæc enim Demonstratio est syllogismus scientificus, verè causam demonstrans per effectum, ergo rationem Demonstrationis in communi verè participiat. Confirmatur, si Demonstratio à posteriori non propriè sit Demonstratio & scientia, de hac propositione *Deus est*, non haberetur scientia, cum à priori demonstrari non possit, sed à posteriori tantum, & per effectus, res scilicet à Deo productas.

VI. *Dices, scientia est per causam scire.* Dices, definit Aristoteles I. Poster. c. 2. scientiam & scire posse per causam scire, sed Demonstratio *Quia* non datur per causam, ergo non est scientia & consequenter nec Demonstratio. Confirmatur Demonstratio *propter quid* vocatur ab Aristotele Demonstratio simpliciter, ergo Demonstratio à posteriori non est Demonstratio. Ad argumentum Respondeo, Aristotelem ibi scientiam tantum perfectissimam definivisse, seu à priori, non scientiam in communi, alioqui sibi contradiceret, eum dividit Demonstrationem seu scientiam in *Quia*, & *propter quid*, à priori & à posteriori. Ad confirmationem dico, licet ita vocetur, solum arguitur esse eam Demonstrationem perfectissimam, non tamen solum, sicut *Deus ens* dicitur simpliciter, non tamen propterea creaturæ à ratione entis excluduntur.

VII. *Demonstratio à posteriori non nititur sola experientia.* Dices secundò; evidentia non reperitur in Demonstratione à posteriori, ergo nec scientia est, nec Demonstratio. Antecedens probatur, cognitio enim effectus inductioni solum innitur, & experimento sensuum. Nego antecedens, ad probationem dico cognitionem effectus non inductione tantum niti & experientiâ, sed illam præsupponere, & inde occasionem sumere intellectum, rem ipsam penetrandi magis, connexionem risibilis, exempli gratiâ, cum omnibus hominibus, seu naturâ humanâ & cum nullâ aliâ, sicque occasione sumptâ à sensibus actum elicit evidentem iudicii, quod sequitur post apprehensionem claram terminorum, quodque magnâ ex parte simile est actui primorum principiorum, quæ aliquando etiam experimento sensuum addiscuntur, & inductione.

VIII. *Demonstratio à posteriori non nititur sola experientia.* Dicendum quartò: Demonstratio *Quia* & *Propter quid* sunt species infimæ, sed subalternæ, idque tum physicè, tum logicè: physicè, pro diversitate enim specificâ materiæ & objectorum Demonstrationes, omnesque actus intellectus differunt

specie physicâ, quo sensu Demonstrationes mathematicæ specie differunt à Logicis, & hæc à Physicis. Sunt verò etiam subalternæ seu specie diversæ logicè, seu secundum formam, nam Demonstrationes varietum *Quia*, tum *Propter quid* in diversis modis & figuris efformantur.

Demonstratio *Propter quid* dividitur in Potissimam, IX. quæ est, cum prima passio demonstratur à priori de subiecto per definitionem rei essentialem, ut cum admirativum de homine ostenditur per animal rationale, hoc modo; *omne animal rationale est admirativum, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est admirativus*. Definitur ergo ab Aristotele Demonstratio Potissima hic c. 2. est syllogismus procedens ex veris, necessariis, propriis, primis, immediatis, per se notis, & causis conclusionis. Alia est Demonstratio *Propter quid*; cum secunda vel tertia passio probatur per primam, ut risibile per admirativum; & hanc vocat Aristoteles Demonstrationem *Quia*, secundaria, non quod sit à posteriori, cum à priori procedat, ut constat, sed quia in perfectione longè distat ab illâ, quâ prima passio probatur per essentialiam.

## SECTIO II.

*Quæ sint ad Demonstrationem præcognoscenda.*

Omnem quàm acquirimus notitiam, ministerio sensuum acquirimus, nihil enim est in intellectu nisi quod prius aliquo fuerit in sensu, id est, quod aliquid simile sensibus objectum fuerit, ex quo occasionem sumit intellectus rem unam per aliam similem, vel aliquando planè etiam dissimilem & oppositam indagandi. Primò ergo ad Demonstrationem acquirendam necessariæ sunt sensationes, seu cognitiones experimentales sensuum, deinde apprehensiones, mox iudicia: ad primam enim principia, & quæ ipsa statim terminorum apprehensione innotescunt, non requirunt iudicium ullum prævium, sed sola clara terminorum propositio: ad Demonstrationem verò duo prævia requiruntur iudicia, seu præmissæ.

Duæ ergo, inquit Aristoteles, prærequiruntur ad Demonstrationem præcognitiones, nempe *An sit* & *Quid sit*: *Tria præcognita*, subiectum de quo aliquid demonstratur, principia ex quibus demonstratur, & passio, quæ & quæsitum & predicatum vocatur, estque id, quod de alio demonstratur. Principia sunt extrema unita cum medio, seu, quod eodem recidit, præmissæ in quibus semper ratio continetur conclusionis, seu medium quod aliquid demonstrativè ostendimus.

De Passione seu predicato (ut plurimum enim in Demonstratione probatur passio, Demonstratio namque est modus sciendi ad passionis investigationem ordinatus, sicut definitio ad investigationem essentialis, licet alia præter passionis subinde in Demonstrationibus probentur) præcognoscendum, quid sit, id est, quid nominis & rei, non tamen quid sit, seu quod inest subiecto. Primum constat, nam si vel vocem non intelligamus, vel nesciamus, saltem confuso quodam modo, quid illud sit, quod de alio demonstrare volumus, frustra id ostendere attemptamus. Secundum etiam, nempe quod non sit necessarium præcognoscere quod passio sit, seu inest subiecto, est manifestum, id enim quod in conclusionem probamus, est, passionem inesse subiecto, ergo hoc non debet præcognosci, alioqui superflua esset conclusio.



conclusio, frustra enim id in conclusione intulerit quispiam, quod antè scitur, quàm eliciatur conclusio.

IV. De subiecto, præcognoscendum quid sit, non semper quod sit. Prima pars probatur, & primò, quoad quid nominis, non est dubium, hoc enim æqualiter omnibus convenit, si quis voce arguat, ut fieri plerumque solet, non si solâ mente speculetur. Quoad quid rei, certum est confusam saltem aliquam notitiam requiri, ad minimum quoad accidentiâ quædam magis nota, cum de subiecto probentur passionēs, nihil autem de eo probari potest, quod quid sit planè ignoratur.

V. Secunda pars, quòd scilicet ad Demonstrationem non semper præcisci debeat quid sit, ostenditur, in variis namque scientiis de multis particularibus objectis inquirimus sint necne, ut in philosophiâ, darinè possit infinitum, an possibiles sint alij mundi, & Aristoteles ipse probat dari materiam primam, ac, ne longius abeam, hic contra Socratem, Platonem, & alios probat dari Demonstrationem, & scientiam, cum tamen hujus libri in particulari subiectum sit Demonstratio. Imò in secundo Poster. c. 2. inter quatuor illa quæ ad cuiusque rei perfectam notitiam requirit, primum investigandum ponit *An sit*, ergo hoc non semper supponitur. Dum ergo hic præcognoscendum ait de subiecto quid sit, intelligendus est juxta communem modum procedendi, quo homines cum experienciâ compertum habent existere aliquid, vel esse possibile, ad proprietates illius latentes & reconditas, quæ ignorantur, investigandas progrediuntur.

VI. De Medio, cognoscendum quod nominis & rei. Quoad primum, clarum est ex dictis. Quoad secundum etiam constat, nihil enim probare per illud possumus, nisi quid sit per quod probare aliquid volumus, sciamus. Hæc autem tria integrant præmissas, siquæ dum dicit hæc tria ad Demonstrationem præcognoscenda, idem est ac si diceret præcognoscendas ad eam esse præmissas.

VII. Solum noto, cum Aristoteles in definitione suprà posita pro Demonstratione posissimâ, quam definitens ait esse eam, quæ procedit ex primis, veris, &c. per primam autem, veram, & alia ibi allata intelligat præmissas, ut omnes fatentur, dum ait procedere Demonstrationem ex illis, & nihil ex illis procedat nisi conclusio, conclusionem solam juxta Aristotelem esse integram Demonstrationem.

### SECTIO III.

De medio Demonstrationis, & utrùm in Demonstratione dari possit circulus, seu regressus.

I. Ictè medium aptissimum Demonstrationis, illius saltem quâ prima passio probatur de subiecto, videatur definitio subiecti, ut si quis probare vellet hominem esse admirativum, rectè id præstaret explicando essentiam hominis, quæ sicut in re est radix illius passionis, ita convenientissimum est medium per quod judicemus ipsi passionem illam competere, cum modus cognoscendi sequatur modum essendi: aliquando nihilominus assumi pro medio Demonstrationis potest definitio ipsius passionis, cum passio non minore cum essentiâ connexionem habeat, quàm essentia cum passione. Cognitâ ergo per illius definitionem, passionis essentiâ, optimè cognoscetur convenire subiecto, seu ordinem di-

cere ad illud. Perfectissima tamen Demonstratio qua De- dici solet ea, quæ pro medio habet definitionem subiecti, ut omne animal rationale est admirativum, sed sit perfectissima. omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est admirativus.

Dices; definitio subiecti idem est cum subiecto, II. ergo assumi nequit pro medio ad aliquid de eo probandum, nam sic idem probaretur per idem. Respondedo distinguendo antecedens, est idem re cum subiecto, concedo antecedens, est idem ratione, nego: ad probandum autem aliquid de aliquo, sufficit quæcunque distinctio rationis, & ut propositio non sit identica; sicut etiam ad propositionem formalem sufficit ut prædicatum ratione distinguatur à subiecto, saltem quoad explicitum & implicitum, licet semper sit idem re cum illo.

De secundâ parte tituli quoad circulum, notandum, duobus modis posse circulum in demonstratione contingere, primò, cum aliquid à priori probavimus, & conclusionem per principia demonstrativa eliciamus, postea absque eo quòd objectum aliunde magis innotescat, cognitionem illam assumimus ad probanda principia ex quibus deducitur, ut cum quis ubi per hoc quòd homo sit animal rationale probasset ipsum esse risibilem, statim per risibilitatem eundem demonstraret esse animal rationale, licet nulla alia de risibilitate notitia interveniret præter illam quam acquisiverat, per animal rationale. Hic circulus merito censetur vitiosus quia inutilis planè, cum ab ignotiori procedat ad notius, ejus tamen contrarium in omni discursu regulæ à Dialecticis præscriptæ denotant faciendum.

Secundò, ita in Demonstratione contingere potest circulus, ut dum quis aliquid cognovit per effectum à posteriori, melius postea penetrando causam, effectum rursus per causam à priori demonstrat. Probavit quis, exempli gratiâ, à posteriori hominem esse rationalem per risibilitatem, postea per rationalitatem, quam melius penetravit, eundem à priori probat esse risibilem. Hic circulus non est vitiosus, quia in hoc casu, intellectus à notiori procedit ad ignotius, estque ordinatus procedendi modus in discursu, qui semper esse debet à notioribus ad ignotius, hæc autem supponitur principium illud, per quod probare quis vult conclusionem, aliunde jam magis innotuisse.

confirmatur, sæpe enim per effectum causa probatur, & effectus vicissim per causam, non quidem idem numero effectus, sed diversus, ejusdem tamen rationis, sic Aristoteles hic, l. 2. c. 3. ait in istiusmodi fieri posse circulares Demonstrationes, ut ex abundantia vaporum demonstrare possumus futuram pluviam, & ex pluvia futuram similiter abundantiam, non eorumdem vaporum, sed aliorum, sicut enim inter hæc & hujusmodi, natura fecit circulos in essendo, ita scientiæ sine vitio circulos facere possunt in cognoscendo, modò naturæ illius per quod primum rursus probamus, aliunde major habeatur notitia. Et hoc sensu dari potest in Demonstratione regressus.

### SECTIO



## SECTIO IV.

*De propositione primâ, immediatâ, per se notâ.*

*I.* Aristoteles definiens vel describens potius Demonstrationem *Potissimam*, seu perfectissimam, varias in illius descriptione ponit particulas, ut quod procedat ex *primis immediatis*, &c. in quas figillatim hic inquirere oportet. Duo verò hic suppono, primò, debere præmissas, semper esse veras, si enim utraque, vel altera sit falsa, conclusio inde deducta vera esse non potest: secundum est, illas veriores conclusionem esse similiter non posse, cum veritas consistat in indivisibili, ut suprà ostendi d. 45. f. 6.

*II.* Quoad tria ergo illa in titulo proposita, idem videntur significare; perindeque sonant, ac propositio quæ aliam non habet se priorem, & per quam probetur à priori, quæ de causâ vocatur immediata, id est, carens medio per quod à priori ostendatur, seu quam intellectus ob solam terminorum explicationem approbat, eique assentitur propter seipsam, & non ob aliam ullam cognitionem præviâ, clara enim ad eam est & manifesta, ut, visis tantum terminis, illius veritas per se statim elucescat, sicque huiusmodi propositio est *prima & immediata*. Ex quibus deducitur quod proximè dixi, idem omnino sonare hæc tria, & propositionem significare à priori indemonstrabilem.

*III.* Notandum tamen, propositionem *per se notam* esse triplicem, quoad se, quoad nos, & utroque modo. Quoad se illa dicitur propositio *per se nota*, quæ aliam non habet per quam probetur à priori, & ideò, ut diximus, dicitur *prima & immediata*, seu *indemonstrabilis* à priori. Illa est quoad nos propositio *per se nota*, *prima*, & *immediata*, quæ licet re ipsa medium habeat, & consequenter propositionem quâ ostendatur, & probetur à priori, nos tamen medium illud latet, & rem illam cognoscimus tantum in se, ut ventum & concitationem æris in se cognoscimus, causam autem illius, licet aliquam esse certum sit, ignoramus. Denique propositio *per se nota & quoad se & quoad nos*, est illa quæ nec in se, nec quoad nos medium habet quo ostendatur à priori, quales sunt *Dignitates* ut vocant, generalissima scilicet illa principia, quodlibet est vel non est, & similia, & omnium maximè hæc *Deus est*. Si verò per propositionem mediatam quoad nos intelligat quis illam quæ quocunque medio, etiam à posteriori, ostendi potest, tunc hæc propositio, *Deus est*, est mediata, per effectus enim Deum rerum omnium causam esse cognoscimus.

*IV.* Ex propositionibus *per se notis*, aliæ sunt universales, seu quæ cuius facultati & scientiæ deserviunt, ut quodlibet est vel non est, quæ sunt eadem uni tertio, sunt idem inter se, & reliquæ *Dignitates*. Aliæ sunt propositiones *per se notæ* ad unam aliquam particularem facultatem spectantes, ut peculiare quædam propositiones mathematicæ, vel alterius facultatis, e. g. si ab aequalibus aequalia demas, quæ remanent sunt aequalia, & huiusmodi aliæ. Sicut verò sunt prima principia immediata evidentia, ita sunt similiter quædam prima & immediata principia probabilia, ut infra ostendam d. 50. f. 1. n. 4.

*V.* Ulterius, sicut propositiones immediatæ à priori dicuntur illæ, quæ à priori, seu per aliquam ex quatuor causis probari non possunt; ita mediatæ à priori sunt, quæ à priori, seu per aliquam ex quatuor causis probari possunt, sic tanquam per causam efficientem calorem probamus per ignem; per finalem, ho-

minem ostendimus esse intellectualem, quia ordinatur ad videndum Deum; per materialem, Petrum esse materialem quia habet materiam; per formalem, eundem esse hominem quia habet animam rationalem. Propositio itaque ut sit immediata simpliciter, ejusmodi esse debet, ut nullo ex quatuor causarum generibus probari possit; si enim vel uno ex illis ostendi possit, quamvis aliis tribus non possit, est immediata solum secundum quid, non simpliciter. Propositio verò quæ à posteriori tantum probari potest, non à priori, ut hæc, *Deus est*, est immediata à priori, à posteriori mediata.

Hinc tandem deducitur, Demonstrationem non constare semper propositionibus vel quoad se, vel quoad nos immediatis actu & formaliter, constare tamen immediatis actu vel virtute, id est, iis quæ ex immediatis deducuntur. Prima pars est clara, sæpe enim quod in conclusione unius demonstrationis intulimus, statim in aliâ pro præmissâ. Secunda etiam pars probatur, quando enim propositio evidens ex aliâ inferitur, vel illa ex quâ deducitur, est prima & immediata, seu quæ ex aliâ deduci non potest, vel non: si sit immediata, habemus intentum; si non sit, idem de eâ inquiram ex quâ hæc secunda deduci potest: Tandem itaque ad immediatam perveniendum, vel processum concedendus in infinitum. Idem d. 50. f. 1. ostendam de principiis probabilibus.

## SECTIO V.

*De Propositione per se, de omni, de Prædicato primò, & secundum quod ipsum.*

*I.* Aristoteles hic c. 4. & 5. Met. c. 18. quatuor enumerat modos *per se, prædicandi, inveniendi, existendi, & causandi*. Propositiones de *per se primo modo*, sunt quando prædicatum est de essentiâ subjecti, ut *homo est animal*. Secundo modo est contrâ, quando subjectum est saltem in obliquo de essentiâ prædicati, seu quando prædicatur passio de subjecto, passio enim definitur in ordine ad subjectum, sicque in obliquo est de illius essentiâ, seu ingreditur definitionem illius essentialem. Tertius *modus per se, seu existendi per se* convenit primis substantiis, nempe substantiis individuis, quæ propterea dicuntur *esse per se*, quia aliis Logicæ, seu metaphysicæ non insunt: genera verò & species, seu secundæ substantiæ non dicuntur *esse per se*, sed inesse primis. Quartus demum *modus* competit causis, inter quas aliæ sunt *per se*, ut ignis est causa caloris, sol lucis, aliæ *per accidens*, ut fossio est causa per accidens inventionis thesauri.

*II.* Prædicatio de omni est illa, cujus prædicatum competit omni contento sub subjecto, ut hæc prædicatio *homo est animal*. Dicunt tamen aliqui non requiri ut actu habeat inferiora & positivè, sed solum intelligi debere negativè, & conditionatè, id est, quòd si haberet inferiora, nullum esset cui non competeret: hanc proinde aiunt prædicationem esse de omni, *Deus est omnipotens*. Præpositio de prædicato primo eadem est cum propositione immediata, quæ sectione præcedenti explicata est. Prædicatum secundum quod ipsum illud est, quod alicui secundum rationem suam specificam convenit, non secundum genericam, ut ei convenit prædicatum de omni: exemplum sit, *homo est admirativus*.

Definitio autem illa ab Aristotele pro Demonstratione ca. 2. assignata, nempe quòd sit syllogismus procedens ex veris, necessariis, primis &c. Demonstrationi solum potissima competit, seu perfectissima, qualis



*Definitio illa Arist. solum competit Demonstrationi potissimum.*  
 lis est, per quam prima passio probatur de subiecto, ut omne animal rationale est admirativum, sed omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est admirativus. Cum verò dicitur Demonstrationem debere ex proprijs procedere, non intelligitur debere eam habere præmissas proprias unius alicujus scientiæ, vel artis, cum contrarium videamus sæpè contingere, ut in hoc discursu, in omni figurâ rotundâ partes maxime distanti a centro, sed vulnus in quo partes maxime distanti a centro, difficilîus curatur, ergo vulnus rotundum difficilîus curatur, major est mathematica, minor & conclusio chirurgica. Sensus ergo

est, ex ipsis rei visceribus sumi debere argumentationem, seu pro medio assumi debere definitionem subiecti, aut saltè prædicatî. In alijs verò demonstrationibus hæc omnes conditiones non requiruntur.

Tandem noto, definitionem hanc non esse propriè definitionem, sed tantum descriptionem, etiam respectu Demonstrationis perfectissimæ, cum multa particula in illâ posita penè coincident, vel una includatur in aliâ, & explicationis tantum gratiâ addantur. De veritate, certitudine, & evidentia præmissarum, & reliquis ad Demonstrationem spectantibus dicitur disp. sequente.

IV.  
*Definitio illa Demonstrationis non est rigorosa.*

## DISPUTATIO XLIX.

### De Scientia actuali.

#### SECTIO PRIMA.

*Quid sit Scientia, & de quibus rebus dari possit.*

*I. Scientia variè sumitur.*  
**S**cientia actualis subinde pro quacunque cognitione sumitur, etiam probabilî, ut cum dicitur, omnis homo naturaliter scire desiderat, sed hæc latissima est illius acceptio: aliquando strictius pro cognitione certâ & infallibili, sive ea conclusio sit & discursiva, sive non. Quo sensu Deus scientiam habet omnium rerum, qui tamen nec conclusionem elicit, nec Demonstrationem habet, aut discursum. Nos autem de hac non loquimur, sicut nec de cognitione intuitivâ Angelorum, sed de solâ scientiâ discursivâ. Hæc ergo duplex est, primò enim sumitur pro cognitione discursivâ, certâ & infallibili deductâ ex principijs certis, quæcunque demum illa fuerint. Hæc scientia tam reperitur in Demonstratione, quam propter quid, in dē & congruit Demonstrationi etiam Theologicæ, quæ vera semper est & certa, quamvis non usque adeo evidens, utpote cujus altera semper præmissa est actus fidei. Secundo & propriissimè, scire est, ut ait Aristoteles, per causam cognoscere, & quod illius sit causa, & quod aliter se habere non possit. Hæc est scientia rigorosè & strictissimè sumpta, nec ulli nisi scientiæ à priori competens: ac proinde non definitur hîc Aristoteles scientiam in totâ latitudine, sed hanc tantum ultimam & strictissimam.

*Non habetur hæc scientia à priori de Deo.*  
**II.** Hinc infero primò, non habere nos hujusmodi scientiam à priori de Deo, cum ipsum, ut dictum est, cognoscamus à posteriori tantum & per effectus; aliquorum tamen attributorum illius, si non propriam & rigorosam, aliqualem saltem causam habemus, & consequenter scientiam à priori, ut dum voluntatem illius probamus per intellectum, & æternitatem per immutabilitatem.

*Quid vult ille particula, & quod illius sit causa.*  
**III.** Infero secundo, ex illis verbis, & quod illius sit causa, non argui debere in actu signato intellectum reflectere quod sit causa illius, seu de bonitate consequentiæ, ut supra suo loco fusiùs dictum est, sed solum ut in actu exercitō determinetur à præmissis (in quibus continetur causa) ad conclusionem, in qua continetur effectus, cum à quo res pendet in esse, pendeat similiter in cognosci.

**IV.** Circa secundum quod in titulo ponitur, difficultatem facit quod communiter dici solet, scientiam

esse debere de universalibus, de necessarijs, de ente reali, & de ente per se, quo dicto ab objecto materiali rebus sit scientiæ excluduntur singularia, contingentia, entia scientiæ rationis, & entia per accidentis.

Dico tamen primò: de singularibus, si non perfectissima, vera tamen dari potest scientia. Probatur, primò enim de Deo veram habemus scientiam. Astrologi etiam de hac particulari stellâ, de Sole v. g. Lunâ, aut aliâ quapiam effectus varios demonstrant. Confirmatur, individua suam habent differentiam particularem, quæ subinde radix est aliquarum proprietatum, ergo hæc cognosci physicè loquendo possunt. Confirmatur secundo, negari non potest quin Deus & Angeli individuum perfectam habeant scientiam, & noverint hoc vel illud individuum radicem esse talium vel talium proprietatum.

Confirmatur tertio, scimus saltem illa esse singularia, ut in hoc syllogismo in Darij. Quicquid existit à parte rei, est singulare individuum, sed Petrus existit à parte rei, ergo Petrus est singulare & individuum. Ergo universim scientia omnis non est neganda de singularibus. Confirmatur quarto, hic est syllogismus demonstrativus, Omne vivens dum currit calefit, sed Petrus currit, & est vivens, ergo Petrus calefit, & tamen est de re singulari, ut constat, nempe de hoc individuo cursu Petri, ergo. Dum itaque negat Aristoteles dari scientiam de individujs intelligit, moraliter loquendo, quia scilicet parum durat, vel de scientiâ perfectissimâ. Nec ad omnem scientiam, seu conclusionem certam requiritur ut præmissæ sint universales, alioqui frustra esset syllogismus expositivus.

Dico secundo: de rebus contingentibus, & corruptibilibus physicè, datur scientia, non de corruptibilibus metaphysicè, seu logicè. Explicatur & probatur conclusio, res corruptibilis dicitur & contingens physicè, quando secundum suam entitatem perit, & cum ea omnes ejus passiones unâ intercidunt, ut homo & alia hujusmodi quæ quotidie esse desinunt, de quibus tamen datur scientia, ut constat. Contra, res incorruptibiles physicè ex sunt, quæ subiecta nō sunt corruptioni physicæ, ut Deus, cali, Angeli. Res logicè vel metaphysicè corruptibilis est, quando connexio inter subiectum & prædicatum est defectibilis, ut in hac propositione, Petrus est albus, & aliquo modo in hac, animal est rationale, cum accidentale animali secundum se sit, quod contrahatur ad rationale magis quam ad irrationale.

Res logicè & metaphysicè incorruptibiles illæ sunt.

VII.  
*De rebus physicè corruptibilibus datur scientia, non de corruptibilibus metaphysicè.*



Quæ res  
sunt Logicæ,  
seu meta-  
physicæ in-  
corruptibi-  
les.

sunt, quæ licet in entitate pereant physice, infallibilem tamen retinent & necessariam inter prædicata sua essentialia connexionem, quæ de causâ hæc propositio, *homo est rationalis* semper est vera, etiam nullo homine existente. Precedit ergo conclusio de rebus contingentibus & corruptibilibus physice, quæ nihilominus cum incorruptibilibus sint & necessaria, non contingentes metaphysice, non est cur de ijs dari nequeat scientia. De his ergo intelligendus est Aristoteles, dum dicit, *scientiam esse de ijs, quæ non possunt aliter se habere*, nempe metaphysice, nam de ijs quæ physice se aliter habere possunt, certum est dari scientiam.

IX.  
De entibus  
rationis, &  
entibus per  
accidens  
dari potest  
scientia.

Dico tertio: *de entibus rationis, & entibus per accidens* dari potest scientia. Primam partem non negat Aristoteles, & videtur certa, cum entia rationis aliquas habeant proprietates de ipsis demonstrabiles, ut supra ostensum est d. 15. & 16. Secunda pars *de entibus per accidens* constat, nam Arithmetica multa demonstrat de numeris, medici de pharmacis, quæ ex rebus varijs sunt composita, item de complexionibus seu temperamento humorum, & sic de cæteris. Dum ergo ait Aristoteles *de entibus per accidens*, non posse dari scientiam, loquitur de fortuitis, ut supra ex aliâ occasione dixi, quæ sicut nullam certam sui causam habent, ita nec certò cognosci possunt: vel intelligendus est de iis quæ sunt per accidens metaphysicè, id est, quorum prædicatio & connexio est merè accidentalis, ut in his & similibus, *paries est albus, grammaticus est citharædus.*

## SECTIO II.

*Utrum præmissæ sint certiores & evidentiores  
conclusionē.*

I.  
Certitudo  
est triplex,  
moralis,  
physica, &  
metaphysi-  
ca.

**N**otandum primum, certitudinem triplicem esse, *moralem, physicam, & metaphysicam*. *Moralis* est, cum multi fide digni in rei alicujus affirmationem consentiunt. Hac certitudine Hierosolymam esse aut Constantinopolim nonrunt, qui civitates illas non videntur; *Physica* certitudo est, quando aliquid scimus ita se habere spectatis naturis rerum, ut ignem applicatum comburere, solem supra horizontem ortum, lucem in nostro hemisphario producere, licet per Divinam potentiam aliter possit contingere, ut contigit igni in fornace Babylonis. Sic cum videmus albedinem, scimus certitudine physicâ esse ibi subjectum, cui insit, licet in Eucharistia contrarium contingat per miraculum. *Meta-*  
*physica* demum certitudo est, cum nec per Divinam potentiam aliter se res habere potest, ut homo si sit, non potest non esse animal, nec equus non esse hibernibilis. Idem est de omnibus *primis* principiis *per se notis*, ut quodlibet est vel non est, & similibus.

Certitudo  
Metaphysi-  
ca.

II.  
Certitudo,  
& eviden-  
tia nō con-  
sistunt in  
indivisibili.

Notandum secundò, licet veritas & falsitas constent in indivisibili, ut diximus d. 45. s. 6. non tamen certitudo & evidentia : cum enim certitudo actus & evidentia pendeant à principiis, quò magis hæc firma fuerint & infallibilia ac ad verum determinata, eò actus ex hujusmodi principiis procedens erit certior, aliundeque excedens, qui ex similibus principiis non deducitur. Sic etiam actus qui ex clarioribus præmissis deducitur, clarior erit & evidenter alio, qui ex præmissis oritur minus claris.

III.  
Certitudo  
duplex, es-  
sentialis,  
& gradua-  
lis.

Notandum tertio, dupliciter posse unum actum esse certiores alio, certitudine *essentiali*, & *graduali* seu *intensivâ*. Certitudo *essentialis* major est illa, quæ & plura habet & magis infallibilia motiva ad verum determinantia, ut actus fidei Divinæ, qui & super-

naturalis est, & ninitur dictione Dei, qui nec fallere potest, nec falli. *Gradualis* certitudo maior est, quando actu intensiore assentimur alicui objecto, ut si quis actu naturali plures habente gradus certitudinis assentiatur huic objecto, *paries est albus*, quam alter actu supernaturali huic, *Deus est trinus & unus*: hic tamen actus fidei intensus solum ut duo, certior est certitudine essentiali, seu quoad substantiam actus, quam alter intensus, ut sex vel septem, licet in *graduali* certitudine ab eo superet. Quæstio autem hic de certitudine substantiali, seu essentiali procedit, non de gradualis.

Prima sententia affirmat præmissas non esse certiores, nec evidētiores conclusionē. Ita P. Hurt. d. 1. *Sententiæ affirmat.*  
 11. Log. f. 3. & alij. Secunda sententia est P. Arriaga d. 1. *negat præmissas esse certiores conclusionē.*  
 16. Log. sect. 4. qui alteram ex præmissis admittit certio-  
 rem esse conclusionē, non tamen utramque  
 sect. 4. tamen quinta ait utramque præmissam esse evi-  
 dentio-  
 rem conclusionē.

Dico primò: utraque præmissa debet esse saltem V.  
æque certa & evidens ac conclusio. Ratio à priori, Vrraque  
ideo namque aliqua uniuntur inter se in conclusio- præmissa  
ne, quia unita prius erant medio in præmissis, ergo debet esse  
eâ certitudine quâ unita fuerunt medio, uniuntur æque certa  
inter se, non majori. Confirmatur, præmissæ sunt & evidens  
causæ conclusionis, ergo non possunt dare ei majore ac Conclu-  
torem certitudinem quam ipsæ habent. Confirmatur sio.  
secundò, conclusio sequitur debiliorem partem, unde  
si altera præmissa solum sit probabilis, conclusio  
tantum erit probabilis: sicut in catena, si unus an-  
nulus sit debilis, ut ex ligno, licet alij omnes ex ære  
sint, vel ferro, adhuc catena est simpliciter debilis.

Dico secundò: si conclusio deducta ex duabus præmissis de fide sit de fide, ut in hoc syllogismo, *Si Conclu-*  
*quicquid Deus revelat esse hominem, est homo, sed Deus* *si deducta*  
*revelat Christus esse hominem, ergo Christus est homo.* *ex præmis-*  
*si, inquam, hæc conclusio sic deducta sit de fide, et* *sis fidei sit*  
*quoad substantiam aequè certa ac ulla, vel utraque ex* *de fide, est*  
*præmissis, non tamen quoad modum, participandi* *equè certa*  
*certitudinem. Prima pars probatur, in omni actu* *ac præmis-*  
*fidei est summa certitudo, ubi autem est summa,* *sa.*  
*major nullibi dari potest. Secunda etiam pars const-*  
*at: in primis namque actus hic conclusionis non*  
*attingit intrinsecè auctoritatem Divinam sicut*  
*præmissa, sed solum extrinsecè; deinde non est actus*  
*immediatus sicut illæ, sed ex alijs deductus, imme-*  
*diatus autem modus tendendi, per se loquendo, argu-*  
*git perfectionem.*

Utraque conclusionis pars illustratur communi illâ doctrinâ, quam d. n. de Incarnatione, sect. i. ex Patribus & Theologis ostendi, humanitatem scilicet Christi æquè sanctam fuisse quoad substantiam ac Verbum ipsum Divinum, cum per eandem numero verbi sanctitatem fuerit sancta, non tamen tantam sanctam fuisse quoad modum, quia nimirum sanctitatem illam non per identitatem participabat & necessariò sicut verbum, sed contingenter, & per unionem realiter distinctam. Sic actus iste conclusionis non eodem modo participat suam certitudinem, quod præmissa quæ est de fide, immediatè scilicet tendendo, & intrinsecè attingendo auctoritatem divinam.

Dico tertio: altera ex præmissis seorsim sumpta, VII.  
est certior & evidentior conclusione. Quoad certi- *Vna præ-*  
tudinem constat in Demonstratione Theologica, *missa se-*  
in qua altera semper præmissa est de fide, conclusio *sim sumpta*  
autem ex hac & præmissa naturali deducta, quan- *est eviden-*  
tius sit illius certitudo, ad certitudinem certe *tior con-*  
fidei non assurgit. Idem de evidentiâ clarè ostenditur *clusione.*  
in Demonstratione, cujus altera præmissa est primû  
aliquod principium. Imò idem est in omni præmissâ,  
in hoc enim conclusionem superat, quod sit cognitio



gnitio immediata, seu ex aliâ cognitione hic & nunc non deducta, cujus contrarium in conclusione semper reperitur.

IX.

Præmissæ etiam simul sumptæ sunt certiores, & evidentiores conclusiones.

Dico quartò: præmissæ non seorsim tantum, sed simul etiam sumptæ, certiores sunt, & evidentiores conclusione. Probatur primò, prima principia naturalia ita sunt evidentiâ, ut ex ipsâ statim terminorum apprehensione innotescant, quâ de causâ dicit Aristoteles melius est dispositus intelligens quam sciens, per intelligentiam autem ut suprà aliâ occasione dixi, significat aliquem primis principiis naturalibus instructum sine discursu habitis, per scientem verò intelligit elicientem conclusionem seu discursum, ergo. Imò conclusio nunquam ad eam claritatem pertingit, ut sit propositio per se notâ instar principiorum. Ait deinde Aristoteles evidentiâ, quæ à paucioribus pendet, esse naturâ suâ maiorem eâ quæ pendet à pluribus, immediata enim veritas vel evidentiâ est perfectissima, nempe per se notâ.

X.

Præmissæ sunt viciniores naturali luminis intellectus, quam conclusio, siquæ evidentiores.

Confirmatur primò, hi actus propius accedunt ad actus Angelorum, qui simplici intuitu res clarissimè inspicunt. Confirmatur secundò, præmissæ sunt semper viciniores naturali luminis intellectus, & plus de illo participant, ergo evidentiores & certiores sunt conclusione, quæ non nisi per illas lumen & certitudinem participant. Confirmatur tertio, idè magis amatur finis quam media, quia media amantur propter finem, unde arguitur finem, saltem ut apprehensum, maiorem in se habere bonitatem quam media, non malè ergo quis similiter intulerit, præmissas maiorem habere certitudinem & evidentiam, quam conclusionem, cum non minus ad eam moveant, quam finis ad media. Confirmatur quartò, præmissæ sunt causa æquivoca respectu conclusionis, ergo.

XI.

Præmissæ sunt evidentiores conclusiones, ergo & certiores.

Probatur secundò ad hominem contra P. Arriagam, concedit ipse in præmissis maiorem esse evidentiâ quam in conclusione, ergo & in iis maior est certitudo. Probo consequentiam, licet enim non rectè inferatur, ubi est maior certitudo, ibi maiorem esse evidentiâ, ut constat in actibus fidei divinæ, è contrâ tamen ubicumque est maior evidentiâ, est etiam maior certitudo, & firmitus per se loquendo illi adhæremus, de cuius veritate nobis claritè constat. Confirmatur, idèd maior ab omnibus censetur certitudo physica quam moralis, & metaphysica quam physica, quia objectum in his claritè innotescit. Adde quod novit quis evidenter, ita ei firmiter adhæret, ut ab eo nullâ vi, nullis rationum momentis divelli possit. Quare, hac ratione sciens, inquit Aristoteles, redditur imperturbabilis, omnemque à se contrarij formidinem quam longissimè repellit.

XII.

Propter quod unumquodque tale, & illud magis. Contra quod multa opponunt nonnulli ad probandum axioma hoc in nullo genere causæ tenere; nisi in causâ tantum finali. Sed appositis quibusdam conditionibus verum illud esse arbitror. Prima est, ut id, in quo fit comparatio, conveniat utrique extremo, defectu cuius hæc propositio & similes non sunt veræ: paries est albus propter albedinem, ergo albedo est magis alba, multò minus vera est hæc, homo est creatura propter Deum, ergo Deus est magis creatura. Secunda conditio est, ut id, in quo fit comparatio, suscipiat magis & minus; defectu cuius hæc non est vera, Petrus est homo propter Patrem, ergo pater est magis homo, esse enim hominem consistit in indivisibili. Tertia est, ut comparatio fiat inter extremâ realiter distincta; defectu cuius, hæc à veritate deficit, homo discurret quia est animal rationale, ergo animal rationale magis discurret. Quarta conditio est, ut id, in quo fit comparatio, fiat uni, solùm ratione alterius, & non ob aliquid aliud, defectu cuius, si

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

anima simul cum voluntate concurrat immediatè ad actus voluntatis, & eos recipiat, hæc est falsa, anima vult propter voluntatem, ergo voluntas magis vult. Hæc conditiones si servantur, puto non difficulter sustineri posse hoc axioma, iis non obstantibus quæ contra illud proponit P. Hurt. d. 11. Log. f. 3. nu. 46. Quidquid autem sit de aliis, in causâ certè motivâ per se loquendo semper tenet axioma, & non in voluntate magis, quam intellectu.

## SECTIO II.

Argumenta contendunt præmissas non esse evidentiores & certiores conclusione.

**O**bjicitur primò à P. Hurt. d. illa 11. citatâ; I. Actus ille clarior est & certior, qui plures habet rationes quibus probetur, sed plures habet rationes conclusio quam præmissæ, omnes quippe rationes quæ præmissas probant, probant similiter conclusionem, ergo, hoc enim probat conclusionem non æquare solùm certitudinem præmissarum, sed excedere, contra ipsum Hurt. nam præter rationes quæ probant præmissas, quas ait etiam probare conclusionem, præmissæ ipsæ probant conclusionem. Deinde præmissæ sæpè nullas habent rationes quibus probentur, sed sunt prima principia, ergo conclusio esset ipsis certior & evidentiôr.

Respondeo itaque negando maiorem, prima enim principia, ut proximè dixi, sunt clariora & consequenter certiora conclusione. Major ergo vel minor certitudo & claritas non penes rationum multitudinem semper est metienda (quamvis cæteris paribus hæc regula non sit aspernanda) & quasi extensivè, sed secundum perfectionem seu immediatum modum tendendi, & intensivè. Præmissæ ergo nobiliorem habent modum tendendi, propius absunt à lumine naturali, magis accedunt ad cognitionem intuitivam, quæ omnia maiorem & perfectiorem simpliciter arguunt claritatem & certitudinem quam sit modus cognoscendi discursivus, animæque corpori affixæ, & à sensibus in cognitione dependentis proprius.

**O**bjicitur secundò; Intellectus naturæ lumine novit ea quæ sunt eadem uni tertio esse eadem inter se, ergo non potest esse certior de veritate, unius quam alterius, cum non sit unum & aliud, sed planè idem, quod in præmissis unitum cognoscitur uni tertio, in conclusione unitum sed identificatum sibi. Respondeo primò, ad hoc sufficere idem objectum realiter, esse ratione distinctum. Secundò dico, licet ferantur in idem objectum, cum tamen actus sint distincti, & certitudo ac evidentiâ actibus sint intrinsecæ, idem objectum perfectius per præmissas cognosci potest, quam per conclusionem; cum illæ perfectiori modo & immediatiùs in suum objectum ferantur, quam Conclusio, ut in objectione præcedenti ostensum est.

**O**bjicies tertio; quando conclusio deducitur ex duabus præmissis de fide, præmissæ non sunt certiores conclusione, ergo universim loquendo sententia nostra non est vera. Respondeo, vel conclusio illa est de fide, ut aliqui volunt, tunc verò nil mirum præmissas non esse certiores quoad substantiam conclusionem, licet sint perfectiores quoad modum, ob rationem sectione præcedente. Conclus. 2. positam: vel illa conclusio non est de fide, sed tantum Theologica, ut philosophantur alij, qui proinde asserunt

R

præ-



V.  
Hæc Con-  
clusio ergo  
Christus  
est risibilis  
ut hic dedu-  
ctus, est mi-  
nus certa,  
quā illa præ-  
missa natu-  
ralis.

Obijcitur quartò; saltem quando conclusio deducitur ex unâ præmissâ de fide, & alterâ naturali, ut in hoc syllogismo, *Omnis homo est risibilis, Christus est homo, ergo Christus est risibilis*, in hoc inquam syllogismo, conclusio *Christus est risibilis*, est æquè certa ac principium naturale unde deducitur, *Omnis homo est risibilis*. Respondeo, quicquid sit num hæc conclusio sit Theologica necne, (qua in re dissident auctores, affirmantibus aliis, aliis negantibus). Respondeo inquam, negando conclusionem illam ut hic deductam esse æquè certam ac est præmissa naturalis, ex

qua deducitur, ob perfectiorem scilicet seu immediatiorem modum quo principium illud in objectum fertur. Ita P. Granado 1. p. d. 5. sect. 2. num. 6. & valdè communis est hodie inter Theologos opinio, ut mirum sit P. Hurtado d. 1. r. Log. sect. 5. num. 41. asseruisse hoc à nullo Theologo admitti.

Obijcitur quintò; Præmissæ sunt causæ necessariæ, ergo agunt quantum possunt, ergo parem sibi certitudinem in Conclusionem transfundunt. Nego ultimam consequentiam, quantumcumque enim causæ necessariæ sint, & agant quantum possunt, cum tamen efficere nequeant ut conclusio, cognitio immediata sit, instar præmissarum, nunquam eam efficiant sibi in claritate & certitudine parem.

VI.  
Præmissæ  
quamvis  
causæ neces-  
sariæ, non  
faciunt con-  
clusionem  
sibi parem.





# DISPUTATIO L.

## In libros Topicorum Aristotelis, seu de Discursu probabilis.

**D**uo in se complectitur *Scientia*, certitudinem & evidentiam, duo *fides humana* & opinio, obfcuritatem & incertitudinem. *Fides divina* media *Scientiam* inter & opinionem, aliquid de utriusque naturâ participat, certitudinem scilicet & inevidentiam, Harum itaque omnium notiones in hac nobis disputatione declarandæ.

### SECTIO PRIMA.

*Quid sint Opinio & Fides, & quomodo inter se differant, & a Scientia.*

**I.** **V**ariè à variis sumitur *Scientia*, aliquando pro quavis notitiâ certâ, vel physicè vel moraliter: quo sensu S. August. lib. 1. de lib. arbitrio, id, inquit, *scimus quod certo cognoscimus*. In hac acceptione nomen *Scientiæ*, *Fidei* competit; tum *Divina*, ut in illo Job 19. v. 25. *scio quod redemptor meus vivit, & in novissimo die de terrâ surrecturus sum*, tum *Humana*, sic S. August. lib. 1. de Doct. Christiana, *non verendum*, inquit, *dicere nos scire quæ idoneis testibus novimus*. Secundò sumitur strictius *Scientia* pro solâ nimirum notitiâ evidente, quo sensu non humanam tantum per discursum habitam; sed Dei etiam & Angelorum *Scientiam* comprehendit. Tertiò accipitur pro solo discursu certo & evidente, non pro primis principiis, nec cognitione immediatâ, quæ cum sine labore & industriâ habeatur, & suâ quasi sponte in mentem illabatur, dici solet *intellectus*. Quartò demum pro solâ Demonstratione à priori, seu per causam traditâ, quo sensu *Scientiam* definit Aristoteles 1. Post. c. 2. quod *scire sit per causam scire &c.* de qua *Scientiæ* notione dictum est supra d. 47. f. 3. n. 7. & d. 48. f. primâ. In hac ergo sectione de *Scientiâ* in tertiâ acceptione loquimur, seu de discursivâ.

**II.** *Scientia*, itaque est notitia certa deducta ex principiis certis: unde *Opinio*, ut hic sumitur, erit assensus probabilis deductus ex principiis probabilibus: *Fides* verò assensus nixus auctoritate alterius aliquid dicentis.

**III.** In hoc ergo differt *Fides* & *Opinio*. quod *Opinio* sit assensus probabilis ex medio intrinseco, seu connexionem aliquam naturalem habente cum re, cui ob rationem illam assentimur: *Fides* verò est assensus ob medium extrinsecum, auctoritatem scilicet dicentis, quæ rei ipsi est planè extrinseca, ut constat. Si quando autem *Fides humana* vocetur ab Aristotele *Opinio*, idèd solùm ita eam appellat, quia *Fides humana* est assensus incertus sicut *Opinio*. non tamen quoddam instar illius nitatur medio intrinseco.

**IV.** Notandum ergo, *Fidem* niti auctoritate dicentis, quæ in duobus consistit, sapientiâ nimirum seu scientiâ illius, ex qua provenit quoddam ipse non fallatur, & veracitate ejusdem, quâ efficitur ut fallere nolit: quæ duo cum summa sint in Deo, dignissimus est cui *fides* habeatur, utpote cujus dictis falsum subesse non possit: Unde assensus, illius auctoritate nixus est certissimus. Quo autem hæc vel sapientiâ vel ve-

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

racitas in aliquo minor fuerit, minor etiam erit illius auctoritas, & consequenter minus certa *fides*, quæ ejus auctoritate nititur. Si verò quis vel mendax sit, vel planè ignarus, *fides* ei haberi nulla potest. Maxima ergo auctoritas est auctoritas Dei, & omnino infallibilis, minor Angelorum, minor adhuc hominum, dæmonum nulla, non quod *Scientia* ipsis defit, sed veracitas, cum dæmon sit mendaciæ pater, cui proinde, etiam cum vera dicit, *fides* haberi non potest.

Circa *Opinionem* etiam notandum, Aristotelem, dum illam dicit esse *existimationem propositionis immediatæ & non necessariæ*, non definivisse ipsam conclusionem probabilem, sed prima principia probabilia, de quibus erat difficultas, quæque ibi dari ostendit. Quod ulterius probatur, dantur enim conclusiones variæ probabiles, ut constat, ergo hæc deducuntur ex alterâ saltem præmissâ probabili, nam ex duabus præmissis certis & evidentibus, non deducitur conclusio probabilis sed certa: tum sic, ergo præmissa illa probabilis immediata est, vel non; si ita, ergo dantur prima principia probabilia immediata; si non, ergo ex alia præmissâ probabili deducitur, de qua idem denuò recurret argumentum, & sic in infinitum, in hujusmodi autem subordinatis procedi in infinitum non potest.

Est ergo *Opinio assensus obscurus, incertus, & formidolosus*, non nitens auctoritate: *fides* autem humana in reliquis congruit cum *Opinione*, in hoc ultimo differt, quod nitatur auctoritate, nempe humanâ & fallibili. De obfcuritate utriusque plura dicentur postea, nunc de formidine quæritur qualis illa sit, quæ in *Opinione* & *fide* humana reperiri solet.

**VII.** Formido itaque (ut omittam eam quæ est in voluntate) quoad præsens duplex est, *formalis* & *radicalis*: *formido formalis* est, cum quis ita assentitur aliqui conclusioni probabili, ut tamen per actum alium dubitet, ne resaliter se habeat, atque ille judicat.

**VIII.** *Formido radicalis* est assensus ex modo tendendi ita imperfectus substantialiter, seu quoad entitatem & substantiam, ut non convincat intellectum, sed illum relinquat debiliter assentientem, seu est actus qui in se negationem habet certitudinis, licet id intellectus non advertat. Vocatur verò *formido radicalis*, quia assensus ille est ejusmodi, ut si supra actum suum reflecteret, non iis niti eum principiis adverteret, nec tale habere fundamentum, ut dubitationem omnem de falsitate objecti excludat.

**IX.** Formalis ergo *formido* nec de ratione *Opinionis* est, nec *fidei* humanæ, est tamen *radicalis*. Primum constat experientiâ, quia nonnullos videmus ita suis indies *Opinionibus*, quæ tamen meræ *Opinionibus* sunt, mordicus adherere, ut nullam planè de iis dubitationem habeant, super quas tamen, si oculo indifferenti reflecterent, non ita certis viderent niti fundamentis, ut de iis merito dubitari non posset. De quibus bene Aristoteles 7. Ethic. c. 3. *Quidam inquit, opinantium non dubitant, sed existimant se certo scire*. Formalis ergo *formido*, ut dixi, non est de ratione vel *Opinionis*, vel *fidei* humanæ, sed sine eâ reperitur tota ejus ratio, nempe ut eliciatur actus ob medium

R 2

non

Dei auctoritas maxima.

V.

Dantur prima Principia probabilia.

VI.

Definitio Opinionis.

VII.

Formido duplex, formalis est, cum quis ita assentitur aliqui conclusioni probabili, ut tamen per actum alium dubitet, ne resaliter se habeat, atque ille judicat.

VIII.

IX.

Radicalis formido est, cum quis ita assentitur aliqui conclusioni probabili, ut tamen per actum alium dubitet, ne resaliter se habeat, atque ille judicat.



non certum. Secundum de radicali formidine etiam constat, nam actus tam opinionis quam fidei humana nituntur auctoritate, vel medio fallibili, ergo sunt ejusmodi, ut si quis supra eos reflecteret, rationem de eorum certitudine dubitandi reperiret.

X.  
Probabilitas  
non est in re-  
bus, sed in  
intellectu.

Hic solam noto, probabilitatem non in rebus esse, sed solo intellectu, ex imperfecto nimirum tendendi modo, res enim omnis a parte rei vel est determinata, vel non est. Unde licet duas de eadem re propositiones contradictorias esse simul veras implicet, nil tamen vetat duas contradictorias de eadem re esse simul probabiles, cum & rationes in utramque partem probabiles afferri subinde possint, & virorum doctorum a se in opinionibus dissentientium auctoritas.

XI.  
De objecto  
certo dari  
potest cogni-  
tio incerta,  
& e contra.

Tandem circa particulas illas non necessaria in definitione opinionis n. 5. ab Aristotele tradita positas, notandum non ita hoc loco intelligere ipsam propositionem quæ est de re contingente, quasi de objecto certo cognitio dari incerta nequeat, aut de claro obscura, vel e contra: Nec enim pari adeo inter se passu procedunt objectum & actus, ut mathematicæ quasi sibi invicem respondeant. Sicut ergo de objecto infinito dari potest cognitio finita, de increato creata, de æterno temporanea, de negativo positiva, de divisibili indivisibilis, de successivo instantanea, de materiali immaterialis, & alia hujusmodi; ita de re certa dari potest cognitio tantum probabilis, & de evidente invidens: nec enim rationes omnes, quæ ad conclusionem aliquam quantumvis certam & evidentem probandam afferuntur, certæ semper sunt & evidentes, quæ proinde notitiam de eâ sui similem gignunt.

## SECTIO II.

An cognitio evidens, Fides, & Opinio, possint simul in eodem intellectu circa objectum idem consistere.

I.  
Prima sen-  
tentia est af-  
firmativa.

Prima sententia multorum est, qui asserunt id omnino repugnare. Ita Sotus, Cajet. Bannes, Medina, Canus, & alij apud Valen. To. 3. d. 1. q. 1. p. 4. n. 2. tenet Ruvijs 1. Post. c. 16. Turrian. in disp. de Fide, Lorca d. 14. & alij.

II.  
Secunda  
negativa.

Secunda sententia affirmat non repugnare scientiam, Opinionem, & fidem de eodem objecto esse simul in intellectu. Ita D. Bonav. in 3. dist. 22. ar. 2. q. 2. & 3. Halensis 3. pr. q. 79. mem. 3. Henric. quodlib. 1. q. 14. Joannes Baconius 3. dist. 25. q. 1. a. 1. & 2. Ocam, Gabriel, & alij Nominales. Mol. 1. p. q. 1. a. 1. d. 2. Suar. de Fide d. 3. f. 9. Valen. citatus. Hurt. d. 10. de Anim. f. 5. Tanner. d. 1. de Fide, q. 1. dub. 6. n. 169. & 176. Arriag. d. 6. de Anim. f. 6. & alij innumeri.

III.  
Tertia sen-  
tentia media.

Tertia sententia est illorum qui cum quadam limitatione asserunt posse fidem simul stare cum scientiâ. Ita Vasq. 1. p. d. 4. c. 2. qui fidem stare posse affirmat cum scientiâ per species abstractivas habitâ, non per proprias. Coninck de Actib. d. 11. dub. 1. id solum concedit de scientiâ intuitivâ supernaturali: alij de cognitione sensitivâ: alij demum de visione tantum beatificâ.

IV.  
4. sent. ait  
posse opinio-  
nem existi-  
matam  
scientiam  
stare cum  
scientiâ.

Quarta sententia est Durandi quem sequuntur Conimb. 1. Post. c. 26. q. 2. a. 2. qui ajunt posse opinionem stare cum scientiâ, si medium actus opinionis, licet tantum sit probabile, existimetur esse evidens, secus si sciatur esse solum probabile.

Prima Conclusio: possunt in eodem intellectu stare simul habitus Scientiæ, Opinionis, & Fidei. Pro-

batur, habitus enim, ad actus etiam oppositos sibi invicem non repugnant, in gradibus saltem remissis, ut constat in voluntate, ubi non statim ac quis habitum virtutis æquirere incipit, expellitur e vestigio totus habitus vitij contrarij, ira ex. g. aut in eodem in superbiæ. Cujus ratio est, quia sicut potentia eadem numero & indivisibilis datur divisivè ad formas contrarias, & ad effectus inter se non diversos modis, sed repugnantes, ut in materiâ ad formam ignis & aquæ, in intellectu ad assensum & disensum, & similia, ita nil obstat quod minus dentur in eodem subjecto inclinationes duæ seu propensiones ad effectus divisivè, etiam oppositos, multo minus repugnat ut dentur ad non oppositos, quales sunt actus fidei & opinionis respectu scientiæ, ut mox ostendam.

Secundò Conclusio: Non possunt de eodem objecto simul esse in eodem intellectu scientia, fides naturalis, & Opinio cum actuali & formali formidine & dubio simpliciter de veritate objecti. Ad probationem præmitto quod supra notavi sec. præcedenti n. 7. formidinem formalem esse actum quo quis dubitat num res, de qua actus opinionis vel fidei humanæ judicat, aliter se habeat aut habere possit. Hoc posito.

Ratio conclusionis videtur manifesta, nam si simul cum actu scientiæ esse in intellectu formalis hæc formido, intellectus duobus simul assentiretur contradictoriis, & contra lumen rationis idem simul affirmaret esse & non esse. Probatur, per actum quippe scientiæ evidenter scit & judicat objectum ita esse, imò aliter se habere non posse, quam actus enunciat, per actum autem formidinis putat forte non ita esse, vel posse aliter se habere quam actus enunciat, sed hæc sunt contradictoria, ergo. Juxta hanc conclusionem intelligendi sunt S. Thomas & Aristoteles, si quando videantur asserere opinionem & scientiam de eodem simul objecto esse non posse, nempe cum formaliformidine.

Dices, nulla videtur repugnantia, ut simul cum scientiâ staret formido ne subit falsum, non actus scientiæ, sed opinionis vel fidei humanæ. Contrâ, pugnat apertè, nam si dubitet num subit falsum actui opinionis (qui ut supponitur, idem repræsentat objectum cum actu scientiæ) dubitat utrum conformi sit objecto, seu utrum objectum ita se habeat, sicut actus ille affirmat, ergo putat forte non ita se habere, cum tamen per actum scientiæ sciat ita se habere, & aliter esse non posse, sed sunt contradictoria scire rem ita esse, & judicare fortasse non ita esse, putare aliter posse se habere, & scire non posse aliter se habere, ergo. Si autem solum dicat quis posse formidinem de certitudine actus opinionis, non de veritate illius, stare cum scientiâ, puto nil ibi involvi repugantiæ, formido enim non esset circa idem objectum, nec enim dubitat utrum objectum aliter se habeat, aut habere possit, sed solum utrum actus procedat ex iis principiis, quæ ipsum ad veritatem determinent infallibiliter, non ergo dubitat utrum actus sit verus, sed utrum sit certus.

Tertia Conclusio: non repugnat ut scientia, fides, & opinio in eodem simul intellectu reperiantur de eodem indivisibili objecto. Ita auctores supra propositi secundâ sententiâ allati. Probatur primò, nam non est unde hæc repugnantia oriatur, cum ex nullo capite actus fidei & opinionis sint cum scientiâ impossibiles. Dices, hinc oriri impossibilitatem, quod fides & opinio objectum obscure repræsentent, scientia verò clarè, claritas autem & obscuritas de eodem objecto non magis consistere simul possunt in eodem intellectu, quam lux & tenebræ in eodem aëre, ergo. Negatur tamen minor, nam fi-

Habitus  
scientiæ, opi-  
nionis, & fi-  
dei possunt  
simul stare  
in eodem in-  
tellectu.

VI.  
Scientia &  
opinio cum  
formidine  
formali non  
possunt simul  
stare.

VII.  
Ratio est,  
quia intelle-  
ctus simul  
assentiretur  
contradictoriis.

VIII.  
Ratio est,  
compositio  
scientiæ non  
potest quia  
timere ne  
subit falsum  
actus opinio-  
nis.

IX.  
Stare simul  
possunt scien-  
tia, fides, &  
opinio de eo-  
dem objecto.



des & scientia non se habent sicut forma & privatio formæ vel sicut lux & tenebræ, cum fides non sit negatio scientiæ; sed sunt instar majoris & minoris lucis, diversæ tamen non ejusdem rationis; vel sicut actus perfectus & imperfectus. Unde etiam dicimus locum aliquem esse obscurum, licet ibi sit aliquid lucis.

**X.** Obscuritas fidei est positiva, non privativa. Obscuritas fidei est positiva, non privativa, nempe modus tendendi positivus, obscurus, & debilis in opinione & fide humanâ, & ad summum, in suo conceptu dicit privationem claritatis in eodem actu, non in eodem subiecto. In quo est manifesta disparitas inter lucem & tenebras, quæ privationem lucis essentialiter requirunt in eodem subiecto.

**XI.** Multa proponuntur credenda, quæ tamen novimus lumine naturali, ut Deum esse, sed hoc frustra fieret si ea credere non possemus. Sed est certum non ea posse credere, nam ait S. Paulus ad Hebræos undecimo, *accidentem ad Deum oportet credere, quod sit, & quod remuneratur sit.* Angelietiam in viâ scientiam naturalem habuerunt de existentia Dei, à qua, ut multi probabiliter putant, nunquam cessare poterant, & tamen fidem habebant de eadem Dei existentia, & credebant esse Deum. Eodem etiam loco additur ab Apostolo, *fide intelligentes apte esse secula verbo Dei*, quod tamen ratione naturali cognosci potest, & de facto cognoscitur. In symbolo item Athanasij credendum proponitur, *Deum esse omnipotentem, æternum, immensum*, & similia: si verò cognosci simul & credi hæc non possent, pejore loco vir doctus foret, quàm rudis aliquis & ignarus rusticus, hic enim credit illa omnia fide supernaturali & meritoria, vir autem doctus juxta contrariam sententiam credere ea non posset, cum sciat, scit autem semper si super ea vel minimum reflectat, cum ex.g. sit maximè lumine naturæ notum, Deum esse.

**XII.** Confirmatur primò, hinc enim sequeretur, non posse homines (saltem doctos, qui Dei ferè semper actu scientiam habent) elicere actus virtutum circa Deum, cum juxta Apostolum proximè citatum, fides earum omnium sit fundamentum, quam tamen juxta adversarios tante scientiæ habere non possunt. Confirmatur secundò, post rationes claras pro aliquâ sententiâ propositas, proponi solent probabiles, quod tamen frustra fieret, si assensum probabilibus præbere non possemus, habitis prius rationibus scientificis.

**XIII.** Probatur tertio, fides, opinio, & scientia circa idem objectum non tendunt modo contradictorio; sicut affirmatio & negatio, sed feruntur in idem objectum affirmativè omnes, vel omnes negativè, licet ex suo quæque motivo & ab aliis diverso: si autem hoc præstent, quid refert quod actus unus clarè tendat & evidenter, alter obscurè? id enim solum arguit in eodem simul intellectu actum perfectum dari posse & imperfectum de eodem objecto, hoc verò non repugnare constat ex apprehensione & judicio, quæ simul in eodem intellectu sunt circa idem objectum, cum tamen unus actus perfectus sit, alius imperfectus.

**XIV.** Probatur quarto, potest de eodem objecto esse simul in intellectu intuitiva cognitio & abstractiva, ergo etiam fides & opinio. Antecedens probatur, quid enim vetat ut beati in cælo videntes Deum intuitivè, ipsum etiam cognoscant per rationem aliquam abstractivam, seu discursum ex effectibus? sed cognitio intuitiva & abstractiva non multò minus videntur repugnare, quàm fides & scientia, cum altera objecti præsentiam requirat, altera absentiam, ergo. Si autem dicatur hoc idèd non re-

pugnare, quia nil ei obstat quò minus idem objectum sit præsens per unum actum, & absens per alium, dicemus similiter non repugnare ut idem objectum per unum actum cognoscatur clarè, per alium obscurè.

## S E C T I O I I I.

*Solutione argumentorum ostenditur fidem & Opinionem stare simul posse cum scientiâ.*

**O**bjicies primò; non potest esse simul lux & tenebræ in eodem aëre, ergo nec scientia, si fides & opinio in eodem intellectu. Nego consequentiam, non enim opponuntur privativè, ut antè dixi, hi actus; quis enim dixerit fidem, præsertim Divinam, esse tenebras respectu scientiæ? maximè cum à S. Petro Epist. 2. cap. 1. v. 19. vocetur *lucerna lucens in caliginoso loco*, & dicamur fide intelligentes: dicitur præterea Isaïæ 9. v. 2. *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis*: quando nimirum Dei & rerum supernaturalium notitia ipsis per fidem illuxit. Deinde sequeretur, æquè opponi fidem & scientiam circa idem subiectum, ac errorem & scientiam.

Objicies secundò; si opinio vel fides tantum neget perfectam claritatem in eodem actu, ergo cum unus actus scientiæ sit alio perfectior, actus minus perfectus erit opinio, vel fides. Nego consequentiam, quia actus opinionis vel fidei habere in se debet negationem omnis evidentiae; sicut etiam licet unum judicium sit alio perfectius, non inde sequitur, perfectius judicium esse apprehensionem tantum simplicem. Differunt ergo ex modo tendendi, & motivis seu objectis formalibus extrinsecis, vel intrinsicis fallibilibus vel infallibilibus, claris vel obscuris, certis vel incertis, quibus inniuntur.

Objicies tertio; S. Paulus Heb. 11. asserit fidem esse argumentum rerum non apparentium, unde communiter ex S. Augustino dicitur, *fides est credere quod non vides*. Respondeo distinguenda esse verba illa Apostoli, est argumentum rerum non apparentium per fidem, seu per motiva fidei, concedo; aliunde, nempe per scientiam seu motiva scientiæ, nego. Ut constat de cognitione naturali Dei quam hic unâ cum fide habemus ejusdem objecti. Non ergo est de necessitate fidei ut objectum ipsius non sit evidens concomitanter, & aliunde, sed solum ut non sit evidens per fidem, vel per medium fidei.

Objicies quarto; actus fidei est meritorius, ergo consistere nequit cum scientiâ, nam juxta S. Gregorium; *fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum*. Respondetur concedendo actum fidei esse meritorium. Verba ergo illa S. Gregorij exponit S. Bonav. in 3. dist. 2. q. 2. ita ut intelligantur cum quis vult solum credere vel assentiri quia experientia rem ita esse videt, ita ut assentiat, non quia Deus dixit, sed quia ipse experimento, vel rationis indagatione ita esse comperit, sicque fides illa vel assensus quicunque is fuerit, nitatur solo ipsius experimento non Dei auctoritate: vel saltem ita est dispositus, ut credere omnino non vellet, nisi rei veritatem aliunde compertam haberet. Rebus ergo visis assentiri quia videntur, nullum est meritum, assentiri tamen rebus visis quia dicuntur à Deo, actus est meritorius; minus tamen quàm si non fuissent omnino visæ, testante ipsâ veritate Joan. 20. v. 29 *Beati qui crediderunt, & non viderunt.*



V. Objicies quintò S. Gregorium super illa verba Jo. 20. asserentem, S. Thomam aliud vidisse, aliud credidisse, vidisse hominem, credidisse Deum, ergo juxta ipsum non potest quis idem videre simul & credere. Respondetur S. Thomam ibi vidisse & credidisse Christum resurrexisse, quod insinuant illa verba Christi immediate sequentia, *Beati qui non viderunt & crediderunt*. Sanctum ergo Gregorium dicimus velle ipsum S. Thomam non adæquatè idem vidisse & credidisse, sed plus credidisse quàm vidit, vidisse scilicet Christum resurrexisse, credidisse ipsum simul resurrexisse & esse Deum.

VI. *Differentia inter lucem & candelam respectu solis, & fides respectu scientiæ.*

VI.

Objicies sextò; lucente majore luce; sole, verbi gratià, candela nullam producit lucem in aëre, ergo nec opinio vel fides, lucente in intellectu scientiæ. Respondetur primò, multos negare antecedens: sed eo omisso, respondetur secundò, negando consequentiam: disparitas est, quia lux candelæ & solis est ejusdem rationis, non sic fidei & scientiæ, sed specie diversa: unde non est cur scientia & fides simul esse non possint, sicut cognitio intuitiva & abstractiva de Deo. Et quid vetat, ut licet solem quis videat lucentem, id tamen simul credat ob auctoritatem Petri illud affirmantis?

VII.

*Cur dari nequeat fides in patria.*

II.

Objicies septimò; ergo fides actualis in beatis reperiri simul poterit in cælo cum visione beatificâ. Respondeo negando consequentiam, primò quia actus fidei actus est propriè viatoris, in cælo autem viatores non sunt, sed soli comprehensores: unde 1. ad Cor. c. 13. ait Apostolus fidem, quam in viâ habemus, in patriâ evacuatum iri, cessante enim omni actu, cessat habitus. Datur autem fides in viâ ad eliciendos actus supernaturales intellectus, requisitos ad actus supernaturales virtutum in voluntate. Deinde, in cælo non solum objectum fidei clarè videtur, sed omnia etiam motiva, & ipsa ad d. revelatio, ac proinde nulla remanet obscuritas, non solum in objecto, sed nec in motivis, cum videant non solum objectum ita se habere, scilicet Deum esse Trinum & Unum, sed etiam hoc Deum revelare, & miracula in illius confirmationem esse facta, sique pro motivo illius actus nihil habet intellectus obscurus, sed omnia evidentia; quare actus sic elicitus evidens erit & scientificus. Dico tamen, si solum videretur objectum actus fidei, & non motiva, nec revelatio, posse simul cum visione beatificâ componi actum fidei; sicque per Divinam potentiam potest unâ cum visione beatificâ stare & actus fidei & habitus.

VIII.

VI.

*Homines artium hic acquiritur scientiam in cælo retinent.*

IX.

Objicies nonò; voluntas bonum præsens & possessum ulterius non desiderat, nec media ad illius consecutionem adhibet, ergo similiter intellectus, si semel veritatem aliquam possideat per scientiam, frustra vel fidem de ea vel opinionem adhiberet, sed in eâ jam per scientiam possessâ quiescit. Negatur

consequentia, nova enim illa objecti per voluntatem possessio ejusdem planè esset rationis cum priorè, siquæ nihil inde boni voluntati accresceret. Actus verò opinionis & fidei sunt novæ intellectus perfectiones, illique bonæ, sicut bonum illius est cognitio Dei abstractiva, stante cognitione ejusdem intuitivâ. Hæc quæstio magis ex eâ illustrabitur quam discutiam sec. sequente.

*Aliud quoad huiusmodi diversos actus est in intellectu, aliud in voluntate.*

## SECTIO IV.

*Possuntne idem actus respectu ejusdem objecti esse simul fides, opinio, & scientia,*

PRIMA conclusio: existimo eundem numero actum, fidem simul esse posse, opinionem, & scientiam. Ratio à priori est, quia fides & opinio licet in conceptu suo non dicant claritatem & evidentiam (tunc enim nullus posset dari actus fidei obscurus, nec opinionis incertus) universim tamen loquendo eam non excludunt: Opinio enim ex naturâ suâ solum postulat ut sit actus pendens à media probabili: Fides (Divina) à medio certo: scientia demum à medio claro & evidente. Quidni ergo unus dari actus poterit, quibz hæc tria motiva eidem simul objecto assentiantur? Quod si contingat, erit actus ille scientiæ, fidei & opinionis. Quod autem hoc possit contingere, inde probabiliter suadetur, quidni enim judicare quis eodem actu possit animam esse immortalem & quia fides docet, & ratio id naturalis dicit?

Secundò probatur, etsi ratio practici & speculativi esset actibus intrinseca, posset tamen juxta communem Philosophorum sententiam dari actus unus qui practicus simul esset & speculativus respectu diversi objecti, quidni ergo idem etiam actus esse poterit scientiæ respectu unius motivi, & fides vel opinio respectu alterius? confirmatur, potest idem finis eligi ob diversa motiva, ut amicus infirmus visitari ob charitatem & amicitiam, porio suavis voluptatis gratiâ sumi & sanitatis, & alia hujusmodi.

Dices primò; actus ille nec esset opinionis, nec scientiæ, sed tertiæ cujusdam rationis, utpote ex principiis seu motivis genitus specie distinctis. Probat, nam quando duo animalia diversarum specierum, equus verbi gratiâ, & asina concurrunt ad generandum tertium animal, illud non continet speciem, & naturam utriusque, sed tertiam speciem constituit, ab utroque parente distinctam, ergo idem erit in præsentia, & actus hic suos quidem referre debet parentes, non tamen eandem cum iis fortiri naturam. Negatur tamen consequentia, disparitas est, quia in animalibus nec mas solus nec sola femina ad prolem ejusdem secum speciei generandam sufficit, ac proinde nisi uterque parens concurrat, non ponitur principium sufficiens ad ullam prolem generandam: hic verò sola motiva fidei sufficient ad actum fidei producendum, & naturam illam ei communicandam, sicut & sola opinionis motiva aut scientiæ sufficient ad actum opinionis & scientiæ; quando ergo unâ concurrunt, actum producent utramque rationem in se habentem, cum ad hoc vires habeant in actu primo sufficientes.

I. *Idem numero actus potest esse fides, opinio, & scientia.*

II. *Idem actus potest esse practicus & speculativus, ergo etiam scientia, & opinio.*

III. *Dices: actus ille nec esset opinionis, nec scientiæ, sed tertiæ alicujus rationis.*

*Resp. ostendendo fore actum opinionis & scientiæ.*

IV. *Dices: motiva scientiæ non possunt generare actum probabilem.*

Dices secundò; repugnantiam hic involvi; actus enim ille probabilis simul esset, & non esset: esset, ut supponitur; non esset, motiva enim scientifica non magis actum probabilem prognerant, quàm aquilæ columbam. Respondet aliqui hunc actum esse virtualiter aut æquivalenter probabilem, quia perfectus, in se continet imperfectum, sicut calor ut tria virtualiter est calor ut unum. Sed contrà, sic enim actus procedens ex solis motivis & principiis scientificis



tificis esset probabilis, est enim talis virtualiter & æquivalenter, quod tamen omnes negant.

V.  
Quid sit  
actus esse  
probabilem.

Respondetur ergo huiusmodi actum esse probabilem formaliter, ad hoc enim non requiritur aliud, quam ut procedat à motivo probabili. Quod autem simul sit scientificus, non tollit quominus sit probabilis, esse enim actum probabilem aliud nihil est, ut dixi n. r. quam dependere & produci ex motivo probabili, hoc verò semper retinet hic actus, quantumcunque etiam procedat à medio & motivo scientifico; unde utramque in se habebit rationem conjunctam. Quod idem de actu dici debet qui simul fidei esset & scientiæ. Non tamen dicendus simpliciter est hic actus clarus & obscurus, certus & incertus, hæ enim voces *obscurus* & *incertus* negationem sonant claritatis & certitudinis, hoc autem esset falsum, cum in ipsis terminis involvatur implicancia, idem quippe actus haberet simul & non haberes claritatem & certitudinem.

Non debet  
hic actus  
simpliciter  
dici clarus  
& obscurus.

VI.  
Actus fidei  
revertitur habere  
claritatem  
à motivo  
fidei, non  
aliunde.

Actus itaque fidei non excludit claritatem, sed solum renuit eam habere ex medio vel motivo fidei, sicut nec actus opinionis excludit certitudinem, sed tantum respuit illam ex motivo opinionis accipere, quod semper est principium inevidens & incertum. Conceptus ergo essentialis actus fidei est procedere ex medio obscuro, & conceptus similiter essentialis actus opinionis ex medio incerto, hoc autem habent hi actus quantumcunque ex aliis simul motivis procedant. Sicut conceptus vegetativi est posse se nutrire, hoc autem semper habet vegetativum, licet simul sit sensitivum. Verum quidem est vegetativum tantum excludere sensitivum, sed hoc non ex conceptu vegetativi, sed ratione illius exclusivi tantum quod omne renuit consortium alterius; sic non fides, sed fides tantum excludit consortium scientiæ, & consequenter fides tantum necessariò involvit obscuritatem, quæ excludit processum ab omni medio vel motivo claro & scientifico, à quo ipsi communicaretur claritas, sed non propterea sequitur fidem ut sic hoc in suo conceptu involvere, latius namque patet fides quam fides tantum, sicut vegetativum, ut dixi, quam vegetativum tantum, seu planta.

VII.

Fides ut sic  
non dicit ob-  
scuritatem  
positivè, sed  
præcisivè.

Fides ergo ut sic non dicit obscuritatem seu negationem claritatis positivè, sed præcisivè, sicut, ut ante dixi, animal ut sic præcisum, non dicit positivè negationem rationalis, nec vegetativum ut sic positivè negationem sensitivi, sed solum præcisivè, id est, ex conceptu animalis aut vegetativi id non dicunt, non tamen excludunt, tunc enim non posset unquam vegetativum esse sensitivum, nec animal, rationale. Præcisivè ergo possunt duæ in hoc actu formalitates, & formalitatem fidei habet, in quantum ex testimonio extrinseco procedit, & auctoritate dicentis, in quantum verò procedit à medio claro, habet formalitatem scientiæ. Et Angelus hunc actum intuens, utramque hanc in eo formalitatem identificatam cernit.

VIII.

Actus, qui est  
opinionis &  
scientiæ, non  
paritur se-  
cundum formi-  
dinem for-  
malem.

Notandum tamen hunc actum, si sit de eodem indivisibili objecto, non pati secum formidinem formalem supra sect. prima explicatam, seu dubitationem de objecti veritate, cum excludat omne dubium, imò nec fundat absolute & simpliciter formidinem radicalem, si enim quis supra principia illius adæquata reflectat, dubitare nequit utrum actui illi subsit, aut subesse possit falsitas. Secundum quid tamen fundat formidinem formalem, id est, talis est naturæ, ut si quis reflectat solum super principia illius adæquata, nempe media probabilia, dubitare de veritate illius actus possit, saltem remotè, hoc est, principia illa, vel actus in quantum ab iis procedit nec claritatem habet, nec certitudinem, licet aliunde habeat.

Secunda conclusio: ut idem actus sit fides, scientia, & opinio, motiva fidei, scientiæ, & opinionis ad eum divisim & adæquatè concurrere debent, non conjunctim, seu copulatè, & inadæquatè. Explicatur & probatur conclusio: tunc divisim concurrere censentur motiva & adæquatè, quando singula seorsim sumpta ad actum, non quidem hunc, (hic enim omnia illa tria motiva essentialiter requirit) sed alium producendum sola sufficerent; motivum scilicet fidei ad producendam fidem, motivum scientiæ ad scientiam, opinionis ad opinionem. Conjunctim verò & inadæquatè tunc censentur motiva aliqua concurrere, quando quodvis seorsim sumptum actum sibi proprium non produceret, licet una cum aliis actus varios producere posset. Exempli gratiâ, ratio alicujus rei subinde est adeò debilis, ut ad actum opinionis eliciendum sola non sufficiat, si tamen alia planè similis accedat, utraque simul efficiet, ut actum quis opinativum de re illà eliciat. Quod sæpè contingit in actu fidei, ubi plurium auctoritas ad fidem faciendam concurrat, quorum nulla ad hoc per se sufficeret. Hæc posteriora motiva conjunctim concurrunt & inadæquatè, priora divisim & adæquatè.

IX.  
Ad actum  
qui simul  
est fides &  
scientia mo-  
tiva fidei  
& scientiæ  
concurrere  
debent divi-  
sim, non con-  
junctim.

Probatur itaque conclusio, in omni actu scientiæ esse evidentia, ergo in principio seu causâ illius productivâ esse debet sufficiens vis motiva ad eum eliciendum, & consequenter evidentia apta ex se ad actum evidentem producendum, idque licet principium illud, seu motivum solum applicaretur, formalitas enim scientiæ in actu qui simul est fides & scientia, æquivalat actui scientiæ, qui ab actu fidei & opinionis realiter existeret distinctus.

X.  
In quo vis  
motiva esse  
debet vis  
sufficiens ad  
actum suum  
producen-  
dum.

Nec (quod responderi posset) motivum opinionis defectum illum supplet, est enim motivum illud essentialiter incertum & obscurum, unde sicut centum rationes probabiles nunquam per se actum scientificum efficerent, ita nec conjunctæ cum motivo scientifico, si illud ex se ad hoc non sufficiat.

XI.  
Motivum  
opinionis ne-  
quit supplere  
defectum  
motivi scien-  
tiæ.

Mihi tamen probabilius videtur quamcunque rationem evidentem semper sufficere ad actum aliquem scientiæ eliciendum. Quare conclusio procedit de mediis opinionis & fidei, quæ certum est tam debilia subinde esse, ut una sola ratio, vel unius auctoritas ad actum opinionis aut fidei eliciendum non sit sufficiens.

XII.

## SECTIO V.

Objectiones contendentes non posse actum eundem esse simul fidei, opinionis, & scientiæ.

Obijcitur primò; actus idem esset clarus & obscurus, certus & incertus. Distinguo, esset clarus accertus simpliciter, obscurus & incertus secundum quid, seu præcisivè, id est, claritatem non haberet ex motivo opinionis vel fidei, concedo; esset clarus & obscurus, certus & incertus simpliciter, nego, ut sec. præcedente ostensum est, n. 7. & 8. Absolutè ergo hic actus non est obscurus & incertus, cum obscuritas dicat partem lucem cum negatione majoris.

I.  
Huiusmodi  
actus non  
est simpliciter  
clarus &  
obscurus.

Obijcitur secundò; ergo non est actus fidei & opinionis, hi enim actus essentialiter obscuri sunt & incerti. Distinguo, actus fidei & opinionis tantum sunt essentialiter obscuri & incerti, concedo; actus qui simul sunt scientia, nego. Essentia ergo actus fidei & opinionis, ut dixi, est ut procedat necessariò à motivo obscuro & incerto, licet aliunde habeat claritatem. Quod si positivum hunc tendendi modum in actu vocet quis obscuritatem, quæstionem fecerit de nomine.

II.  
Nec est actus  
fidei & opi-  
nionis tan-  
tum.

Obijcitur



III.  
Motus illa  
possunt in  
concurrere.

IV.

Quid cen-  
sendum de  
varius con-  
binationibus  
eorum.

V.

In hisce  
combinationi-  
bus, aliud  
est de inten-  
tionalibus,  
aliud de  
physicis.

VI.

An idem  
habitus possit  
esse fidei &  
scientia.

VII.

Obicitur ergo  
scientia est  
obscura.

VIII.

Ostenditur  
nec scientia  
esse obscura,  
nec fidem  
divinam in-  
certam.

Obicitur tertio; principia illa, distincta cum sint  
ae disparata, non possunt in unius actus principium  
coalescere. Nego antecedens, sicut albedo & nigre-  
do ac varia objecta ad eandem speciem, vel unio-  
nem concurrunt in oculo producendam.

Obicitur quarto; si actus fidei, opinionis, & scienti-  
ae in eundem coire actum possunt, ergo variae alia-  
rum essentiarum combinationes fieri possunt, ut  
idem esse equus posset & leo. Respondeo primo, ubi  
non est specialis repugnantia, variae fieri possunt  
combinationes, sicut, ut supra dixi, homo est vegetati-  
vus & sensitivus, unde fortassis idem animal esse po-  
test rugibile & hinnibile, non tamen leo & equus, hæc  
enim voces significant principium rugibile tantum,  
& hinnibile tantum, sicut homo, licet sit vegetati-  
vus, non tamen est planta, hæc enim vox sonat prin-  
cipium vegetandi tantum. Unde non potest idem  
esse simul rationale & irrationale, sunt enim con-  
tradictoria.

Respondeo secundo, aliud esse de physicis; aliud  
de intentionalibus; constat enim eundem numero  
actum intellectus in varia, imò opposita objecta, ut  
gratiam & peccatum, amorem & odium, lucem &  
tenebras ferri, sicque prædicata eorum representa-  
tiva in se identificata habere, cum tamen objecta ip-  
sa nullâ inter se identificari virtute possint. Sic idem  
actus voluntatis specie distinctas in se formalitates  
identificatas continet, ut idem numero actus obe-  
dientia est & religio, iustitia & charitas; idem actus  
vitii furtum simul & sacrilegium, & alia huiusmodi.

Obicies quinto; habitus scientiæ & fidei non  
possunt identificari, ergo nec actus. Negabit fortas-  
sis aliquis antecedens, quidni enim ex huiusmodi  
actibus qui simul fidei sunt & scientiæ frequenter  
elicitis generari habitus poterit, qui ad eisdem po-  
stea actus eliciendos deserviat? Secundo dico, mul-  
to facilius prædicata huiusmodi in qualitatibus in-  
tentionalibus identificari, quam in physicis, ut in  
præcedente objectione ostensum est.

Obicitur sexto; ergo hæc propositiones sunt veræ,  
*opinio est certa, scientia, fides divina incerta*: pro-  
batur, *scientia enim opinio, & fides divina* secundum  
nos identificari possunt, ut si quis eodem actu cre-  
dat animam esse immortalem quia Deus dicit, & ob-  
rationes generales, evidentem unam, aliam proba-  
bilem.

Respondeo primo distinguendo sequelam, scientia  
quæ est scientia tantum, est obscura, nego; quæ  
simul est opinio, transeat. Licet non simpliciter hoc  
concedi debeat, sed secundum quid. Respondeo  
secundo, nec scientiam, etiam in hoc casu, esse ob-  
scuram, nec fidem divinam incertam, nam, ut in so-  
lutione primæ & secundæ objectionis dixi, hic actus  
nec obscurus dici potest, nec incertus, ad hoc enim  
ut dicatur incertus vel obscurus, non sufficit quod  
ex uno motivo claritatem & certitudinem non hau-  
riat, sed habere eam debet ex nullo, quod hic non

contingit. Sicut ut locus aliquis sit obscurus, non  
sufficit quod parva illic aliqua candela luceat, sed  
cum illâ lucere non debet magna, sic enim obscuri-  
tatem tollet, quæ, ut dixi, est exigua lux cum negatio-  
ne majoris.

Obicitur septimo; actum hunc liberum fore &  
necessarium, cum ex principiis procedat liberis par-  
tim, partim necessariis. Responderi solet commu-  
niter esse actum illum liberum. Sed contra, quan-  
docunque unum principium, etiam inadæquatum  
necessario operatur, rapit secum alia omnia princi-  
pia indifferentia, & ad operandum compellit. Sic fore liber,  
prædeterminatio physica voluntatem, in sensu divi-  
so illius indifferentem, ad actum omnem ad quem  
potest prædeterminatio concurrere, rapit, & ad ope-  
randum secum in sensu composito necessitat. Cum  
ergo principium scientificum hic non minus neces-  
sarium sit in operando, quam prædeterminatio phy-  
sica, non minus etiam intellectum cum omnibus  
suis comprinciis, in sensu diviso scientiæ indiffe-  
rentibus, ad operandum rapiet & necessitabit ad  
omnem actum, ad quem potest principium illud  
scientificum concurrere, quam prædeterminatio rapit  
voluntatem.

Quod sic ulterius urgeo; sicut in intellectu secun-  
dum nos datur actus qui simul sit *scientia, opinio, & fi-  
des*, ita in voluntate dari potest actus qui eliciatur  
ex motivo misericordiæ, obedientiæ, & charitatis,  
quique proinde sit *misericordia, obedientia, & charitas*.  
Ponamus ergo infundi prædeterminationem physi-  
cam ad actum *misericordiæ*, efficiet necessario actum  
*misericordiæ*, sicut principium scientificum, *scientiam*.  
Inquiri ulterius, cur ad actum eum qui simul est *mi-  
sericordia, scientia, & charitas*, non concurrat præde-  
terminatio cum aliis principiis liberè? Si dicas, quia  
tantum habet virtutem ad actum *misericordiæ*. Con-  
trâ, sic nec motivum scientiæ solitariè sumptum vim  
habet nisi ad actum scientiæ: sicut tamen simul cum  
aliis liberè elicit scientia actum qui simul ut *scientia,  
opinio, & fides*, ita quidni liberè cum aliis comprinci-  
piis concurrere poterit prædeterminatio ad actum  
qui simul sit *misericordia, obedientia, & charitas*? Si di-  
cas, fieri hoc non posse, quia prædeterminatio est  
principium necessarium: Contrâ, sic etiam est mo-  
tivum scientificum ad scientiam solam: sicut tamen,  
hoc non obstante, potest per motivum scientiæ  
cum aliis principiis liberè elicere actum omnes illas  
formalitates *scientiæ, opinionis, & fidei* in se comple-  
ctentem, quidni etiam simul cum aliis comprinciis  
idem liberè præstare poterit prædeterminatio respe-  
ctu actus ex tribus his formalitatibus *misericordiæ,  
obedientiæ, & charitatis* compacti? Certe puto vel hoc  
prædeterminationi in voluntate concedendum, vel  
negandum in intellectu scientiæ.

Et hic Dialecticæ; primæ tripartitæ Philosophiæ  
partis, finis esto.

FINIS LOGICÆ.